BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
6 G
49

~~VII G 86 f~~ 2a

13—23.6.35.

DE VSVRIS

AC COMMERCIIS

[illegible]



VENETIIS,

Apud [illegible]

[illegible]

DE VSVRIS
ET COMMERCIIS
ILLICITIS

Commentarij quatuor reſolutorij, ſummè vtiles, ac perneceſſarij,

IO. BAPTISTA LVPO GEMINIANO. I. C. AVTHORE.

Nunc primùm cum Summarijs, & Indice rerum, ac verborum locupletiſſimo, in lucem editi.

AD SERENISSIMVM FRANCISCVM Mediceum, Magnum Hethruriæ Ducem.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS,
Apud Bernardum Iuntam, & Fratres.
M D LXXXII.

SERENISSIMO
FRANCISCO
MEDICEO, MAGNO HETHRVRIAE DVCI.

IOANNES BAPTISTA LVPVS Geminianus, I. C. D.

CVM adminiſtrandę Reipu. ratio omnis ferè peti ſoleat, aut à præceptis huiuſcemodi philoſophiæ legalis, aut ab hiſtoriæ exemplis, pro quibus capeſſendis, ſicut Principes omnes, qui ſeſe in rebus ciuilibus vſquequaque perfectos præſtare ſtudent, ſumma openiti decet; ita te FRANCISCE Sereniſſime, ad hæc aſſequenda omnibus propenſiorem aſpicio, quippe qui rerum à MAGNO COSMO optimè geſtarum ſeriem, & domeſticam eius diſciplinam, velut imaginem præclarę virtutis in oculis collocatam retinens, non ſolum imitatione digniſſimam, ſed quod maius eſt, à te longè indicas ſuperandam, tam eximiæ prudentiæ, ſummique ingenij ſpecimen nobis prætefers, poſtquam huius regiminis faſtigium ſuſceptum tam iuſte moderateque regis. Ad quæ tua egregia animi documenta accedit quoque manſuetudo, atque benignitas, quam incredibilem in te obſeruaui, & quæ tantum in Principibus poteſt, ut non ſolum cum ſint præſentes, uerum etiam maximo interuallo diſiuncti homines ad ſe amandum ſummopere valeant inflammare. Quibus tot tantiſque virtutibus tuis, nec non naturæ dotibus cum diu multumque exoptarim obſtrictum me profiteri maximæque obſeruantiæ ſignum in eas oſtendere, non modo in hoc mihi ſatisfacere, ſed operæpretium me facturum putaui ſi haſce vſurarum lucubrationes, neſcio quo nam meo fato conſcriptas tuo auſpicio ederem ratus haud tibi iucundas fore, quando ob negociatorum frequentiam eas præ cæteris videtur expoſcere hæc tua opulentiſſima urbs religione omniumq; virtutum genere celeberrima, & quam in dies magis reddis illuſtriorem nouis, & quidem optimis inſtitutis, ne dicam pulcherrimis, ac plurimis ſignis, ornamentis, fortiſſimiſq; mu-

nimentis. Cæterùm, niſi me fallit ſuſcepti negocij amor, liberè tibi polliceri non dubitabo fœnebre opus, maximè omnium in hac noſtra facultate præcipuum, ac memorabile, tuæq; ac vniuerſæ Chriſtianæ Reipub. vtiliſsimum. Veruntamen non ſum neſcius, me cùm veterem, tùm vulgatam rem fuiſſe aggreſſum, & in qua pertractanda multos, & illos grauiſsimos authores rerum, tùm diuinarum, tùm humanarum plurimum ſentio laboraſſe, vt verear, ne in hac tanta Scriptorum caterua, mea fama prorſus deliteſcat ſplendore, ac nobilitate eorum, qui nomen ſupprimens meum. Sed vtcunque ſit, immenti & ardui operis ſufficiet conatus, meamque in te enixam uoluntatem pateſeciſſe. Ego contrà hoc à te laboris præmium petam, ut operis obtrectatores, quos noſtra forſan feret ætas, tua authoritate omninò refutes: quod tunc facilè euenire poſſe arbitror, ſi ſtudium hoc meum abs te viderint ſuſceptum ea liberalitate, qua bonarum artium ſtudioſos amplecti ſoles, atq; fouere; & ne longiori, quàm par eſt, epiſtola detinearis, iam me in præfatione ſummæ totius haud ab re de Diocletiano, & Maximiano AA. deq; priſcorum Imperatorum ſtatu loquentem fac, obſecro, audias. Vale eximium Hethruriæ prouinciæ, totiusq; Italiæ decus.

INDEX OMNIVM EORVM QVAE IN VSVRARVM.

Commentarijs continentur.

A.

ACTVS *duo, quando incontinenti reperiuntur acti, unus alterius contemplatione cenſetur factus: & actus, qui incontinenti ſequitur, in actu præcedenti voluntatem declarat.* 119.89
Ad æſtimationem quanti plurimi tenetur quis, conſtitutus in mora regulari, non autem irregulari. 47.168
Adminiſtratores uniuerſitatis, uel collegij fænerantes pro ſua uniuerſitate, ſunt vſurarij, & tenentur ad reſtitutionem. 100.34
Aeſtimatores debent prius iurare pro forma, ſe benè æſtimaturos. 87.243
Aeſtimatores debent eſſe periti. ibid. 144
Aeſtimatorum electio, pertinet primum a partes, poſtea ad Iudicem. ibid. 145
Aeſtimatores regulariter duo requiruntur ſi reperiri poßunt, ſin autem vnus ſufficit. ibid. 146
Aeſtimatoribus non debet dari fides, abſq; iuramento. ibid. 147
Aeſtimatores, potius dicuntur Iudices quàm teſtes. ibid. 148
Aeſtimatores, & alij periti, qui de peritia deponunt in figura iudicij non producuntur, unde die feriata poterunt examinari. ibid. 149
Aeſtimatores poſſunt à Iudice mitti, etiam publicatis atteſtationibus. ibid. 150
Agriculturę laus, atq; vtilitas. 28.93
Agriculturæ, & ruſticæ rei priuilegia. 29.34
Alexander Mammææ A. & eius uita. 49.1
Alexandri iij Pont. vita, ſeu elogium. 122.99
Anatociſmum, ſeu Palintocia, quale in uſura. 10.21
Arbitrium Iudicis uerſatur in iudicandò contractum illicitum. 61.33
Argentarij, Trapezitæ, Numularij, & Menſarij, qui apud Roman. 104.49
Argumentum à reciprocis, & correlatiuis. 44.154
Articulus, ſeu capitulum, ad probandum rei valorem, & æſtimationem, quomodo formandus. 83.121
Aſſecuratores licitè ſtipulari poßunt lucrum cauſa aſſecurationis. 96.17
Aſſecuratio ſapit potius naturam locationis, quàm mutui. ibid. 18
Auguſti cognomen, unde dictum. 5.5
Aymon Crauet. ſententia reijcitur circa interesse. 73.123

BALDI doctrina reijcitur, dum tradit in dubio magis credendum teſtibus affirmantibus pro parte uenditoris, quam alijs. 85.127
Belli tempus, peſtis, penuria pecuniarum, & ſimiles calamitates minuunt rei ualorem. 86.137
Beſſes uſuræ, quæ. 1443
Bona uſurarij, nunquid ſint à iure tacitè hypothecata pro reſtituendis uſuris. 152.55
Bulla Nicolai V. Pont. periculoſa, & ſuſpecta. 71.84
Bulla Nicolai V. Pont. tenor. ibid 85
Bulla Nicolai V. Pont. reijcitur, & quibus rationibus. 71.86
Bulla Nicolai V. Pont. duo in ſe continet iniuſta. 71.88
Bullæ, quę circa approbationem Montis pietatis extent. 117.82

C

CAMBIA videntur illicita. 103.43
Cambia, nondum in ſcholis tractata. 134.45
Cambia, apud Roma. in nullo uſu, niſi illud minutum. ibid.46
Cambium quod minutum dicitur, licitum eſt, & abſque uſurarum labe exercetur. ibid.51
Cambium in reale, & ſiccum diuiditur, & quare, & unde talia nomina. 105.53
Cambia ad quid, in ſui principio introducta. 106.54
Cambium, quomodo in negotiationis artem mutatum. ibid.55
Cambij ars, quare in Rep. ſubſtineri debeat. ibid.56
Cambia Florentiæ, ut plurimum exercentur per Lugdunum. 107.60
Cambium quomodo fiat, & eius exemplum. ibid.61
Cambij literæ, quæ. ibid.62
Cambij expenſæ, quæ. 108.63
Cambiorum ſeries, quampluribus DD. incognita. ibid.64
Cambia illicita, & uſuraria dicerentur, ubi pecuniæ tranſmiſſio verè non fieret. 109.65
Cambij literæ, quæ ex forma ſtatuti habent executionem paratam non extenderentur ad eius literas fictas. ibid.66
Cambium ſiccum, quale. ibid.67
Cambium ſiccum damnatum, etiam ſi fiat pro ſubueniendo quem in indigentijs, & pro pio opere faciendo. 112.69
Cambium ſiccum dicitur, etiam ſi verè exerceatur per loca eiuſdem prouinciæ, cum tamen exerceri ſimuletur per loca diuerſarum prouinciarum. ibid.70
Cambium noſtrorum mercatorum, quod uocant percontationem, damnatum, & qualiter fiat. ibid.71

Cambia, nunquid licitè exerceri poſſint inter loca eiuſdem prouinciæ, & regni. 113.72
Cambiorum, ſeu monetæ pretium, nunquid poſſit in nundinis uariari. ibid.73
Cambijs pretia, in foro poni deberent bonorum virorum arbitrio, uel ad honeſtum numerum per Principem taxari. 114.75
Cambium licitum, etiam ſi quis dederit minorem pecuniæ ſummam vbi eius eſt inopia recepturus maiorem alibi, ubi eſt copia. 115.76
Cambij pretium, nunquid poſſit augeri in eo caſu, quando quis dediſſet pecuniam recepturus Lugduni, non in proximas, ſed in alias nundinas. ibid.77
Cambium, non eſt mutuum, ſed contractus innominatus præſcriptis verbis. 116.79
Campſores, qui apud Romanos. 104.47
Campſoribus licet in cambijs retinere lucrum aliquod pro ſuo labore. 116.78
Cap. Salubriter, de Vſur. & eius deciſionis ratio, quæ. 24.77
Item alia ratio, quæ reijcitur. 25.79
Cap. Nauiganti, de Vſur. eſt correctorium & derogatorium. 119.90
Cautela ad hoc, ut venditor licitè uſuras conſequi poſſit, etiam ſi dederit emptori terminum ad ſoluendum, videlicet, vt reſeruet ſibi dominium. 43.148
Cautela, ut uenditor licitè uſuras conſequi poſſit, videlicet vt locet prius rem pro certa mercede, quàm illam vendat. 44.150
Cautela, vt venditor licitè vſuras conſequatur, videlicet, vt accipiat rem in pignus ea conditione, vt non teneatur fructus in ſortem computare. 43.149
Cautelæ plures oppoſitæ in contractu cum pacto reſolutio, reddunt illum magis ſuſpectum de vſura. 62.37
Cautela Ananiæ pro reſcindendo contractu emptionis, ſi læſio non ſit vltra dimidiam, reijcitur. 127.113
Cautio vſurarijs pro effugiendis pęnis, ut reſtituant uſuras. 149.43
Cautio alia uſurarijs pro effugiendis pœnis, ut caueant de reſtituandis vſuris, & qualiter ſit cauendum ab eis. 152.53
Cautio alia uſurarijs pro effugiendis pœnis ſi a debitore eſt ſibi facta remiſſio. 155.59
Cenſus unde procedat, & quando inductus. 65.54
Cenſores, qui apud Romanos. 66.55
Cenſus priuatus definitur. ibid.56
Cenſus reſeruatiuus quid ſit. ibid.57
Cenſus conſignatiuus quid ſit. ibid.58
Cenſus quotuplex, & eius diuiſiones. ibid.59
Cenſuum emptiones, qui ſuper alienis rebus conſtituuntur, nunquid licitę. 67.60

Cenſus emptio ad uitam licita ob incertitudinem lucri. ibid.61
Cenſus euitandi ob periculum uſuræ. ibid.62
Cenſus, licitus ſi conſtituitur ſuper certis fundis, aut rebus, ſecus aliter. ibi.63
Cenſus, licitè emi poteſt, etiam ſi certa pecunia conſtituatur, puta ad rationem 5. pro 100. 68.64
Cenſus, licitus quando facultas reducendi eſt collata in uoluntatem uenditoris ſecus ſi emptoris. 69.69
Cenſus, licitus quando conuentum, ut redimatur pro eadem ſumma. ibid.70
Cenſus redimibilis, licitus etiam ſi emptus ſit conditione, ut non in partem, ſed totum ſimul redimatur. ibid.71
Cenſus tunc licitus, ſi contineat iuſtum pretium. 70.72
Cenſus tunc iuſtus, ſi commenſurabitur ad rationem fructuum, qui percipiuntur ex re, in qua ſit conſtitutus. ibid.80
Cenſus, tunc licitus, quando illius reditus ſit incertus. 71.81
Cenſus ad uitam ementis licitus, ſi conſtituatur ſuper rebus incertis, & perſona. ibid.83
Centeſima uſura qualis, & in quibus caſibus conueniretur. 13.40
Centeſima uſura antiquitus ſtipulari licebat, quando conuentum fuiſſet creditoris eſſe periculum. 93.10
Centeſima uſura per Nycenam ſynodum omnino ſublata. 14.42
Certitudo curſus cenſus, arguit contractum uſurarium. 68.65
Ceſſionarius poteſt iure emptoris, uel uenditoris agere ad uſuras. 45.159
Cæſaris nomen, unde dictum. 5.4
Clanculum, & ſecreto acta, magis præſumuntur ſuſpecta, & doloſa. 62.35
Claſſis, quæ ſit & unde dicta. 91.3
Clericus uſurarius ipſo iure infamis. 139.6
Clericus uſurarius, deponendus eſt ab officio, & beneficio. 140.8
Collectarij, qui apud Romanos. 104.50
Collegium diſtribuens ſuas pecunias ſingulis de collegio, cum onere recipiendi aliquid annuatim, illicitè facit, reiecta Roma. ſententia. 134.134
Collybus, qualis apud Græcos. 104.48
Commodantes pecuniam mercatoribus ad pompam, nunquid licitè faciant ſi recipiant mercedem. 133.132
Conditiones, & circunſtantiæ, relatæ à Theologis ad comprobandum intereſſe reijciuntur. 36.118
Confeſſio extraiudicialis, non conuinceret quem uſurarium manifeſtum. 144.24.
Compenſatio, nunquid ipſo iure fiat ad impudiendum curſum uſurarum. 81.115.
in Correlatiuis, uno expreſſo, alterum in conſequentiam intelligitur. 44.153
Conſtitutio Calixti iij. Pont. arguitur ſuperflua. 73.87

Contractus

Contractus in dubio ſemper præſumitur licitus. 60. 27
Contractus,in quo pactum redimendi ſit collatum in voluntatem emptoris,tria concurrere debent ad hoc,vt reddatur vſurarius. ibid.28.
Contractus, in quo pactum redimendi ſit collatum in voluntatem venditoris, quæ concurrere debeant,ad hoc vt reddatur vſurarius. ibid.29.
Contractus ſi vſurarius ſit venditor,non obſtante lapſu termini poteſt recuperare rem cum fructibus. 77.96
Contractus in dubio,nunquam præſumitur vſurarius,ſed iuſtus & licitus,quod tamen aliud eſt in animæ iudicio. 119.91.& 120.93
Contractus dicitur licitus; quando emitur ab eccleſia ad vitam annus reditus, licet emptor ſuperuiuat tanto tempore,quòd fructus percepti excedant ſolutum pretium. 121.96
Contractus emptionis reſcindi debet, etiam ſi læſio interueniat infra dimidiam, quando fuerit dolo,& propoſito lædentis. 127.112
Contractus eſt illicitus,quando merces venduntur pretio quo valebunt die,vſque ad quem erat ſeruaturus. fol.129.nu.122.
Contractibus licitum eſt in pretio ſe circumuenire,etiam de iure canonico.123.104
Sed qualiter intelligatur vide 125.111
Creditor pro ſuo intereſſe non poteſt à principio paciſci de certa quantitate 37.121.
Creditor paciſci poteſt de intereſſe,ſoluendo poſt moram. ibid.123
Creditor paciſci poteſt de intereſſe damni ſibi ſoluendo ante moram. ibid.123
Creditor habens pignus prætorium tenetur ad fructus & quales. 135.140
Creditor tenetur ad fructus pignoris,etiam ſi conueniſſet de illis lucrandis. ibidem.141.
Creditor tenetur ad fructus pignoris, etiam ſi debitor iuraſſet de illis non repetendis. ibid.142
Creditor tenetur ad illos fructus,qui ſuperſunt deductis expenſis. 136.146
Creditor non tenetur ad fructus,quando ratione pecuniæ numeratæ ſubijſſet notabiles labores. ibid.147
Creditor non tenetur ad fructus,ſi res pignorata ſpectet ad eum ratione proprietatis,vel directi dominij. ibid.148

D

DAMNANTVR Neoterici Pariſienſes,& in quo. 31.100
Datio in ſolutum continens pactum de reuendendo,& minoritatem pretij,nunquid debeat cenſeri vſuraria. 61.32
Debitor, qui recipit pecuniam mutuam ſub vſuris,ſi poſtmodum alteri mutuo dediſſet illam ea conditione, vt reſtituere ſuo primo creditori ſortem cum vſuris, quæ in eius perſonam potuiſſent currere, nunquid illicitè faciat. 100.32.

Debitor, qui recipit pecuniam mutuam pro ſoluenda vſura, non dicitur vſurarius. ibid. 33
Debitor iurans vſuras præſtare, tenetur illas ſoluere, niſi petere. et abſolutionem à iuramento. 149.46
Debitor repetens ab vſurario vſuras, quas dicit praſtitiſſe ei ſecundum ſuam conſuetudinem, & probat ſolitum fœnerari ad x. pro centum, nunquid uſurarius teneatur. 150.48
Debitor non obſtante remiſſione facta, nunquid vſuras poſſit repetere, ſi vſurarius mandat reſtitui. 155.60
Debitor non tenetur mittere fructus ad domum creditoris, quando non habet annexam recognitionem dominij. 64.46
Definitio vſuræ, nulla reperitur bona. 7.11
Definitio vſuræ, communis damnatur. ibid. 12
Definitio vſuræ, à Didaco Couar. lata reijcitur. ibid. 13
Definitio noua vſuræ. ibid. 14
Depoſitum factum à venditore pro redimendo, cuius periculo cedat, ſi perijt. 79.103
in Depoſito vſuræ exigi poſſunt, & quomodo. 19.61
Depoſitum, ſi non eſt legitimè factum non releuat venditorem, & qualiter integrè debeat fieri. 79.104
Depoſitum, vel conſignatio pecuniæ, nihil prodeſt niſi ea prius fuerit legitimè oblata, & quando dicatur legitimè oblata. ibid. 105
Depoſitum ad hoc vt dicatur legitimè factum, quæ requirantur. 80.106
Depoſitarij confeſſio non ſufficit, ſed de vera numeratione conſtare debet, ubi depoſitione opus eſt. ibid. 108
Depoſitum confeſſum, non gaudet priuilegijs depoſiti. ibid. 109
Depoſitum confeſſum præiudicat confitenti, & quo ad eum probat numerationem. ibid. 110
Depoſitum confeſſum, nunquid præiudicet alijs, quàm confitenti. ibid. 111
Depoſitum nihil prodeſt, ſi ſit factum in alio loco, quàm ſit in citatione expreſſum. ibid. 112
Depoſitum, & oblatio, debent fieri congruo loco & tempore. 81.113
Dictio, quoque, eſt implicatiua, & repetitiua ſimilium. 118.88
Et intelligitur ratione ſubiecti. 120.94
Didaci Couar. ſententia reijcitur circa intereſſe lucri. 37.125
Didaci Couarr. ſententia de conuentione ſuper uſuris recompenſatiuis reijcitur. 43.147
Dilectio, & charitas fraterna, quæ. ibid. 99
Diuitiarum gloria, & laudes. ibid. 98
Doctores credentes uſuram marito conceſſam fuiſſe fauore dotis, falluntur. 25.81.

Dominium, ſi non transfertur in uenditorem, abſque noua traditione, reſoluto pacto de retrouendendo, nunquid de directo intelligitur, an de utili. 53.9

Donatio debitoris facta creditori occaſione mutui, nunquid ipſi proſit habenti prauum animum recipiendi aliquid ultra ſortem. 151.51

E

EMI poteſt licitè annuus reditus, etiam ab eo, qui ſponte poſuit ſuas pecunias ſuper monte. 118.86

Emi poſſunt licitè granum, uinum, oleum, & aliæ merces præſenti pecunia tradenda ad certum diem minori pretio, quàm ualerent tempore contractus, ubi dubium eſt, an ſint pluris, uel minoris ualituræ tempore traditionis ſecus aliter. 120.95

Emphyteotica res minoris æſtimatur. 86.135

Emptionis contractus ad uitam illicitus, quando non eſt factus ſecundum probabilem, & ueriſimilem coniecturam uitæ. 121.98

Emptor ſi intra terminum reuendendi pretium, uel eius partem receperit, quandocunque cogi poterit ad reuendendum. 76.93

Emptor uidens ſe feciſſe contractum illicitum, non poteſt petere à uenditore, ut uel pretium ſibi reddatur, uel contractui tanquam licito ſtetur. 75.90

Emptor cum pacto de reuendendo, non poteſt cogi ad reuendendum ante tempus. 63.41

Emptor à die traditionis ſibi factæ tenebitur, dum pretium ſoluere differt, reddere uenditori uſuras pretij non ſoluti, ſed iuxta quantitatem fructuum perceptorum, etiam ſi fructus excederent quantitatem pretij conuenti. 40.138.& 41.139.

Emptor ob dilatam pretij ſolutionem tenetur reſtituere uenditori uſuras ad rationem fructuum quos ipſe uenditor percepiſſet, non autem quos emptor percepit. 41.140

Emptor ſi poſt traditionem ſibi factam nullos ex re empta fructus percepit, non tenebitur ad uſuras pretij non ſoluti, quod ampliatur, & limitatur. ibidem 141

Emptor differens ſoluere pretium, tenebitur uenditori ſoluere uſuras pretij nõ ſoluti, etiam ſi res ſibi tradita fuerit abſque fideiuſſoribus, quos uenditor promiſiſſet, uel quia, ut promiſerat uenditor liberam poſſeſſionem non tradidit. ibid.142

Emptor, etſi ſoluerit pretium, ſed nõ totum, attamen tenetur ad uſuras pro portione illa pretij non ſoluti. 44.152

Emptor non ſoluens pretium, non poterit petere rem emptam cum fructibus, offerente poſtmodum pretium non uſuris. 46.162

Emptor cum pacto l. commiſſoriæ, & addictionis in diem, facta reſolutione contractus,

contractus, tenetur fructus reſtituere, ſecus in emptore cum pacto de reuendendo, & ratio. 53.10
Emptor cum pacto de reuendendo, facit fructus ſuos, etiam ſi pactum ſit collatum in voluntatem emptoris. 58.26
Exercitium uſurarum, neque per I.C. neque per Principem, neque per conſuetudinem, etiam immemorialem, neque per Pont. poteſt priuilegio, diſpenſatione, aliove iure permitti, etiam pro pio opere faciendo, & pro captiuo redimendo. 21.66
Expoſitio Antonij Auguſtini, ex animaduerſione Lelij Taurellij, ad l. nihil interest. ff. de naut. fœno. reijcitur. 15.52
Expoſitiones Accurſij, & DD. circa antiquas uſuras reijciuntur. ibi. 49

F

FAMIS calamitas, eiusq; nomina, & effectus dirè execrabiles. 29.95
Famis neceſſitas derogat regulis, legibus, & natura. 30.96
Fideiuſſor, qui reddit ſecurum creditorem, nunquid licitè ſtipulari poſſit lucrũ ex cauſa fideiuſſionis. 96.19
Fideiuſſio incommoda, & periculoſa fideiubenti. ibid. 20
Fideiuſſor, nunquid poſſit repetere à ſuo principali uſuras, quas pro eo ſoluerit creditori, penes quem pro ipſo debitore interceſſit. 97.2
Fideiuſſor pro uſurario non tenetur ultra uires hæreditarias uſurarij. 152.54
Fœnus, & uſura idem, reiecta opinione Franciſ. Hottoma. 8.17
Fœneratores in contractibus utuntur excogitatis fraudibus, & calliditatibus. 64.50
Fructus conſumpti extenuant ſortem ipſo iure. 135.143
Fructuum acquiſitio, non procedit ſecundum naturam pactorum, ſed cauſatur à ſolutione pretij. 53.11
Fructus nõ dicuntur conſumpti, licèt ſint commixti cum alijs fructib. 136.144
Fructuum conſumptio debet probari cum non præſumatur, & in quibus intelligatur. ibid. 145
Fundus dotalis ſtatim mortuo viro debet uxori cum fructibus reſtitui. 26.85

G

GABELLA ſi cautum ſit, ut in totum ſpectet ad uenditorem, reddit cõtractum magis ſimulatum. Idem de alijs expenſis. 63.45
Gloſ. in l. qui Roma, in principio, in uerſi. obtulerit. ff. de uerb. obl. cum traditionibus DD. ibi, reijcitur. 53.23
Gregorij IX. Pont. Vita, ſeu elogium. 90.1
Gregorij X. Pont. Vita, ſeu elogium. 138.1

H

HAEREDES & ceſſionarij mariti, poterunt eaſdem uſuras petere, quæ ipſi marito concederentur. 26.82
Hæredes uſurarij, tenentur ad reſtitutionem uſurarum, & qualiter. 153.58

Hieronymi

Hieronymi Cagnoli ſentētia reijcitur circa intereſſe alterius intereſſe. 36.120
Hypotheca cenſus eſt priuilegiata, nec ſequitur conditionem aliarum hypothecarum. 68.66

I

IMPERATORES *duo pluresve ſimul regnarunt, & quomodo. verſ. Aliud ſequitur, &c.* ſol. 3
Imperatores creandi, atque eligendi modus. 4.3
Imperatores duo pluresve nunquid de iure poſſint ſimul regnare. 6.6
Imperatores hodie, accipiunt iura ab eccleſia Roman. ſummoque Pont. ibid. 8
Imperatores leges promulgarunt ſuper eo, quod prius fuerat deciſum. 40. 135.
Imperium hodie prouenit à Pont. & quando incœpit. 6.9
Ignorans pactum de redimendo, nunquid termino elapſo debeat in integrum reſtitui. 76.94
Intellectus Modern. Pariſienſ. & Hadria. ad cap. Nauiganti, de vſur. reijcitur. 95.13
Intellectus alius Hadr. ad cap. Nauiganti, de vſur. reijcitur. ibid. 14
Intellectus communis, & verus ad capitulo Nauiganti, de vſur. retinetur. ibid. 15.
Intellectus ad l. periculi ff. de naut. fœn. 15.41
Intellectus varij ad l. nihil intereſt, ff. de naut. fœn. 15.51
Intellectus ad l. vſuræ, C. de vſur. 16.54
Intellectus ad nouellam, Nullum credentem agricolam, incip. Rem duram, redactam in Cod. incip. Ad hæc 17.57
Intellectus ad cap. 23. Deuterono. varij. 21.69
Intellectus ad l. 3. §. vlt ff. de annu. lega. 73.73
Intereſſe damni emergentis diffinitur ex mente Nauar. 32.102
Intereſſe damni, de omni iure peti poteſt. ibid. 103
Idem de intereſſe lucri. 33.107
Intereſſe lucri, nunquid ante Iuſtinianum potuerit peti. 32.105
Intereſſe lucri de iure Pontificio permiſſum. 33.108
Intereſſe lucri, ac damni nulla haberi poteſt ratio, niſi poſt moram debitoris. fol. 33. num. 109
Intereſſe venit, etiam ſi nulla adſit mora ex parte debitoris, quando inuitus coactus creditor mutuo dedit. 34.111
Intereſſe damni, etiam ante moram debitoris, debetur in eo caſu quando præuiſum conuentumque ſit. ibid. 112
Intereſſe lucri nunquam debetur niſi poſt moram debitoris. ibidem 113
Intereſſe lucri, & damni debetur, quantum fuerit probatum. 35.114
Intereſſe lucri, & damni qualiter capitulandum atque probandum. ibidem 116. & 117.

Intereſſe

Intereſſe nunquid per ſolitum negociari peti poſſit non ſolum pro primo anno, & pro prima negociatione: ſed etiam pro alijs ſequentibus. 36.119
Intereſſe certum poteſt ob initio conueniri & qualiter. 38.126
Intereſſe licèt per creditorem non fuerit ſpecificè probatum, nihilominus obtinere debebit. ibid. 127
Intereſſe difficilem in ſe continet probationem. ibid. 129.
Iniuria irrogatur vocando quem uſurarium, & iniuriarum agi poterit. 140. 9
Iudæi cogi poterunt de iure ad remittendas uſuras Chriſtianis extortas. 23.71
Iudex ex officio poteſt taxare certam quantitatem pro inteſſe, 38.128
Iudex debet iudicare ex his, quæ ſibi nota ſunt ut Iudici, nõ ut priuato. 41.140
Iudex debet ſtatuere terminum partibus, quando mittit agrimenſorem ad æſtimandum. 87.151
Iudex, aduocatus, & procurator, qui iudicarent, & defenderent ſcienter uſuras, ſunt periuri, & infames. 101.36
Iudicem ſuum, non autem emptoris, debet adire uenditor, quando uoluerit facere oblationem, & depoſitum cum Iudicis autoritate. 81.114
Iurare in litem, poterit creditor pro ſuo intereſſe contra debitorem moroſum. 38.130.
Iuramentum interpoſitum in contractu cum pacto reſolutiuo præſumit uſuram. 62.36
Ius Pontificium non induxit uſuras fauore aliquo ſpeciali dotis. 25.80.

L

LEGATA *quando eſt dos mulieri ſtatim debet ei reſtitui non expectato anno.* fol.26.nu.87
Legata pię cauſæ in teſtamento uſurarij manifeſti, an ualeant. 101.39
Leges uſuras permittentes, non loquuntur de lucratoria, ſed de moroſa, & punitoria. 20.65
Leges ciuiles nauticum fęnus permittentes, an ſint iure Pontificio ſublatę. 95.10
Lex unica, C. de ſent. quæ pro eo quod inter, nihil de nouo inducit, nec diſcordat à iure antiquo. 32.106
Lex, Curabit, C. de act. empt. arguitur de ſuperfluitate. 39.132
Lex debet eſſe de caſu dubitabili. ibid. 133
Lex debet eſſe neceſſaria, nec ſuperuacua. ibid. 134
Lex, curabit, C. de act. emp. & eius deciſionis ratio. 40.136
Lex, curabit, C. de actio. emp. & eius diſpoſitio, procedit in omnibus contractibus correſpectiuis. 45.160
Lex ciuilis contra crimen eccleſiaſticum pœnam ſtatuere poteſt. 143.19
Legitimam acceptanti filio in quantitate debentur uſurę, ſeu intereſſe loco fructuum, quæ filio deberentur ſi legitimam habuiſſet in prędijs. 46.165

Liber

Liber æſtimi inter quos faciat fidem. 89.158

Locans par boum, cum pacto, quòd debeat in anno habere certam menſuram grani, licitè facit, ſi eorum in ſe ſuſcipit periculum, ſecus aliter. 98.27

Leſio eadem requiritur in eccleſiaſticis, quæ in laicis. 127.114

M

MANDATI *in contractu, vſuræ quomodo conuenirentur.* 20.61

Maritus recipiens pignus pro dote promiſſa, non tenetur fructus in ſortem computare. 24.74

Maritus cum promiſſore dotis paciſci poteſt vltra ſortem certam quantitatem, quotannis ſibi ſoluendam interim, dum non fuerit ſoluta dos, & qualiter. ibid.75

Maritus poteſt vſuras petere etiam ſi dotis promiſſori dediſſet dilationem ad ſoluendum. ibid.76

Maritus non ſubſtinens onera matrimonij, non poteſt agere ad dotis fructus vel intereſſe. fol.25.nu.78

Mediatores, & proxenetæ interuenientes in vſuris, ad quid teneantur. 101.38.

Mercatoribus licitum eſt lucrari in ſuis negocijs. 123.101

Et quomodo procedat. 124.108

Mercatori licet rem vendere ob dilatam pretij ſolutionem carius iuſto pretio, quando dubium eſt, nunquid merces venditæ plus minuſve ſolutionis tempore eſſent valituræ, & quando non eſſet alias vendituras. 128.118.& 129.120.

Mercatores corradentes nomina debitorum, nunquid licitè honeſteque faciant. 130.126.

Mercator, ſi mutuo dat pecuniã, quibus paratus erat emere merces, alicui offerenti ſe illas reſtituturum cum illo lucro ſperato, nunquid illicitè faciat. 99.30.

Miniſtri fœneratorum petentes, & recipientes vſuras iuſſu domini, ad nihil tenentur. 101.39

Minoris ætatis fauor facit currere vſuras abſque mora. 40.137

Minor, eccleſia, Reſp. vel aliter impeditus, nunquid elapſo termino redimendi, debeant in integrum reſtitui. 79.95

Modius qualis. 17.58

Mons Pietatis licitus honeſtusq; eſt, licet acris ſit diſſenſio inter DD. 117.80

Mons Pietatis, quid ſit, & ad quid inſtitutus. ibid.81

Mons Pietatis, ad inſtar trientarij fœnoris olim à M. Antonio, & Alexandro A A. erecti. ibid.83

Montis creditores, qui coactè ibi erogant pecunias ſuas, licitè percipiunt lucrum, ſecus ſi ſponte ponant. ibid. 84

Mora quãdo dicetur eſſe ex parte debitoris ad hoc vt intereſſe ueniat. 33.110

Mulier, nunquid excuſetur à contractu illicito. 61.31

Mutuans

Mutuans aſſecurando pecuniam, & pro periculo recipiens lucrum, ſi non conſtat quo animo mutuo dederit, nunquid uſurarius ſit cenſendus. 118.87

Mutuans nihil animo recipiendi ultra ſortem, nunquid ſaltem poſſit licitè ſibi ſtipulari aliquod ſeruitium facti, abſque uſurarum labe. 102.42

in Mutuo, quis non excuſatur ab uſura ratione ſuſcepti periculi, quod tamen ſecus eſt in alijs contractibus. 97.22

Mutuans pecuniam nauiganti, eo pacto, ut ſuſcipiat in ſe periculum, ſed inde aliquid ultra ſortem capiat eſt uſurarius, & ratio. 99.28

Mutuans pecuniam, puta Mercatori, qui poſtea ſtipuletur à mutuante aſſecurationem illius pecuniæ certæ ob id conſtituta mercede licitè facit, & ratio. ibidem 29

Mutuantes alieno nomine ſub uſuris, nunquid dicantur uſurarij, & teneantur ad reſtitutionem. 100.33

N

NAVIS, *quæ inſtrumenta in ſe comprehendat.* 61.2

Nauium uſus, ad quid primum inuentus. ibid.4

Nauem quis primus inuenerit. 92.5

Nauigationum pericula. ibid.6

Nauigans, non dicitur in periculo, ſi opportunis temporibus mare ingrediatur. ibidem 7

Nauigantium proprium eſt tranſportare, & traijcere. 93.8

Nauticum fœnus, de omni iure permiſſum, ſed quid de iure canonico. ibid.11

Notarij conficientes inſtrumenta ſuper uſuris, non dicuntur uſurarij, ſed ſunt periuri, & infames. 101.35

Numi æreí inuentum. 10.24

Numi argentei inuentum apud Roma. ibid.25

Numi aurei inuentum apud Roma. ibid.26

O

OBLATIO *ſola, nunquid ſufficiat in caſu redemptionis, an uerò cum ea requiratur conſignatio, & depoſitio.* 80.107

P

PACTVM *de retrouendendo, de omni iure licitum in contractu emptionis.* 54.12. & 58.25

in Pacto de reuendendo, illo reſoluto in uenditorem, dominium non transfertur ſed traditione opus eſt, quando uerbis obliquis ſit conceptum, ſed quid ſi eſſet conceptum uerbis directis. 52.7

in Pacto l. commiſſoriæ, & addictionis in diem, eueniente caſu ſtatim dominium transfertur in uenditorem abſque noua traditione, & qualiter intelligitur. 51.6

Pactum l. commiſſoriæ, in pignore reprobatur. 54.13

Pactum l. commiſſoriæ, in pignore iuramento non firmatur. Item nec conſuetudine.

tudine. ibid. 14
Pactum l. commiſſoriæ, in contractu emptionis admittitur. ibid. 16
Pactum l. com. in pignore inter debitorem, & fideiuſſorem reprobatur. ibi. 17
Pactum l. commiſſoriæ, etiam ex interuallo initum nihil prodeſt creditori, etiam quoad retinendam rem, & excipiendum aduerſus debitorem. 55. 18
Pactum l. commiſ. factum in fauorem mulieris pro ſua dote, non ualet. ibi. 19
Pactum l. commiſſoriæ, vt ſi debitum infra certum tempus non fuerit ſolutum tunc res debitoris, quæ non fuit data in pignus, ſit creditori pro debita quan titate, empta, non valet. ibi. 20
Pactum l. commiſſoriæ, ad hoc ut valeat in pignore, debet fieri cõuentio, vt res maneat iuſto pretio empta. ibid. 21
Pactum l. commiſſoriæ, ne debitor luere poſſit niſi poſt xxx. annos reprobatur. 56. 22
Pactum de reuendendo dupliciter à DD. conſideratur, & malè. 57. 24
Pactum de reuendendo ſi fuerit ex interuallo appoſitum, nunquid faciat, præſumi contractum vſurarium. 61. 34
Pactum addictionis in diem, & eius natura. 51. 2
Pactum l. commiſſoriæ, & eius diffinitio. ibid. 3
Pactum addictionis in diem, & l. commiſſoriæ, in quo differant à pacto de retrouendendo. ibid. 5
Pactum de reuendendo ſi ita ſit initum, ne remaneat in facultate venditoris re dimere quandocunque, ſed tantum poſt aliquem terminum, reddit contractũ ſuſpectum. 62. 40
Pactum, quòd non liceat venditori redimere, niſi poſt certum tempus, in contractibus cenſuum reprobatur. 63. 42
Pactum de reſtituendo maiori, aut minori pretio, quàm fuiſſet datum, reddit cõ tractum ſuſpectum. ibid. 43
Pacta inſolita, & inuſitata reddunt contractum magis ſimulatum. 64. 49
Pactum de reuendendo ſi fuerit initum infra terminum trium annorum, eo elapſo venditor non audietur. 76. 92
Pactum quando ſe habere poteſt ad lucrum, & damnum propter dubium euẽ tum, ſuſpitio vſurarum remouetur. 128. 119
Pagæ montis virides, & accerbæ uilius abſolutè emi non licèt reiecta in hoc doctrina Gaietani. 131. 127
Paupertatis mala eiuſque effectus. 30. 97
Pecuniæ inuentum. 10. 23
Pecuniæ vſus, apud exteras notiones ante Roma. originem. ibid. 27
Pecuniæ nullus vſus in mundi exordio. 111. 29
Pecuniam olim in corio ſignatam, vt credunt aliqui vanum, & figmentum. ibidem 30
Pecunia traiectitia, & nautica vnde dicta. 93. 9

Pecunia eſt omnium rerum æſtimatio,& ad emendum iuncta. 103.44
Item ad alium uſum. 105.52
Pecuniæ loco rerum ſeu mercium redacta in cambio. 106.57
Pecuniæ inopia,& copia in foro qualiter inducatur. ibi.58
Pecuniarum varietas ratione diuerſorum locorum. 107.59
Pecuniarum anguſtia in foro ex quibus cauſis. 114.74
*Pecunia tardius,& in futurũ ſoluenda,minoris æſtimatur q̃ præſens.*123.100
Et qualiter intelligatur. 124.106
Pij Quinti Pont.Decretalis contra cambia ſicca,& eius tenor cum alia Decretali Pij Quarti. 109.68
Pœna loco vſurarum ſuffecta. 16.55
Pœna adiectio in contractu præſumit illum uſurarium. 64.47
Pœna in exercentes Scrocchi Barocchi,& Retrangoli. 130.125
Pœna infamiæ in vſurarios ſtatuta 139.2
Pœnæ impoſitæ vſurarijs nunquid intelligantur ipſo iure,an verò circa eas requiratur ſententia hominis. 144.21
Pœnæ in vſurarios ſtatutæ nunquid comprehendant Iudæos. 148.42
Pontifex approbat,ungit,& coronat Imperatores. 6.7
Pontifices duo pluresve ſimul eſſe non poſſunt. ibid.10
Pontifex non poteſt diſpenſare ſuper eo quod damnatur de iure naturali, & diuino. 20.67
Pontifex non poteſt concedere,aut diſpenſare Iudæis licitum vſurarum exercitium. 21.68
Poſſeſſor prædij in quo eſt cenſus,conueniri poterit, nulla præcedente excuſſione. 68.67
*Poſſeſſor unius rei,nunquid ab emptore cenſus poſſit inſolidũ conueniri.*ibi.68
Practica eſt optima legum interpres eiusq; laus,& utilitas. 46.164
Præſcribitur ſpatio triginta annorum pacto de redimendo. 77.98
Præſcriptio, quæ curat in pacto de redimendo liberè collato in facultatem uenditoris. ibid.99
Præſcribitur facultas redimendi ſpatio xxx.annorum etiam ſi emptor promiſiſſet reuendere uenditori,& hæredibus eius quandocunq;. 78.100
Præſcribitur facultas redimẽdi ſpatio xxx.annorum,etiam ſi pactum iuratum ſit,& iuramentum qualiter præſcriptionem tollat. ibi.101
Præſcribi non poteſt facultas redimendi quando contractus eſt vſurarius. ibidem 102.
Pretium certum cadit in fructibus. 47.166
Pretium iuſtum rei,quale dicatur. 48.172
*Pretij magnitudo reddit cõtractũ cũ pacto reſolutiuo ſuſpectũ de uſura.*62.38
Pretium iuſtum cenſus,quale ſit. 70.73
Pretium iuſtum cenſus quando ſit emptus ad rationem x.pro uno. ibid.74

Pretium iuſtum cenſus quantum aſcendit cumulus penſionū ad ann. 15. *ibi.* 75
Pretium iuſtum cenſus, ſi pro centum conſtituantur annua ſex. ibid 76
Pretium iuſtum cenſus, ſi ematur ad rationem uiginti pro uno. ibid. 77
Pretium iuſtum cenſus, ſi emptus ſit ad rationē unius pro uigintiquinq;. ibi. 78
Pretium iuſtum cenſus perpetui, ſi emptus ſit pro communi æſtimatione rei, ſu per quo eſt conſtitutus. ibid. 79
Pretium iuſtum cenſus ad uitam ementis, quale. 71.82
Pretium minuitur & augetur ex qualitate, & conditione rei. 85.128
Pretium rei minuitur ſi ematur cum pacto de reuendendo. ibid. 129
Pretium rei minoris æſtimatur ſi fuerit litigioſa. ibid. 130
Pretium rei minuitur ratione mali uicini. ibid. 131
Pretium rei minuitur, ſi uenditor eſt ære alieno implicitus. ibid. 132
Pretium rei minuitur ſi precibus uenditoris ematur, & qualiter intelligitur. ibidem 33
Pretium rei minuitur, quando eſt ſita in loco periculis obnoxio. 86.134
Pretium rei minuitur ob quoduis onus in uenditione appoſitum. ibi. 136
Pretium iuſtum rei, quale conſtituatur. 128.116
Probatio per æſtimatores non uidetur bona, quando ualor habet reſpectum ad præteritum. 88.155
in Probando ualore, & communi æſtimatione rei, debet haberi reſpectus ad tē pus conuentionis. 89.154
Probādi modus circa ualorem fructuum, qui percipiuntur è re uēdita. 47.165
Probationes ſunt cauſæ fundamenta, atque uictoria. 35.115
Procurator, qui alieno nomine emerit fundum, & de ſuo proprio ſoluerit pretium, nunquid poſſidens poſtea fundum non requiſito ſuo principali teneatur fructus perceptos in pretium ſolutum computare. 44.151
Promittens de uendendo, ſi recipit pretium, tenebitur ad uſuras. 45.157
Princeps contrahendo, utitur iure priuati. 48.170

Q

Quincunces uſuræ, quæ. 14.45

R

Rationes, quare uſura de omni iure prohibita. 28.92
Relatio æſtimatorum debet in actis ſcribi, & inſeri. 88.153
Relationi facienda per æſtimatores, partes non debent eſſe præſentes. ibi. 152
Recipientes in pignus domus, & prædia, ſi percipiunt fructus tenentur in ſortē computare. 134.135
Et non ſolum perceptos, ſed qui percipi potuerunt. 135.136
Item ad æſtimationem deteriorationis tenentur. ibid. 137
Item ſi ſuperſint fructus, ultra ſatisfactionem ſortis tenentur. ibid. 138
Remiſſæ quando dicantur uſuæ per maritum. 11.83
Reſtitutio uſurarum cuius expenſis ſit facienda, & qualiter. 150.47

Reſtitutionis modus ab uſurario faciendus. 149.44
Reſtituere tenetur uſurari⁹ ẽt ſi debitor iuraſſet de nõ repẽtẽdis uſuris. ibi.45
Romani priſci ſummo ſtudio vſuras improbabant ex plurium ſcriptorum authoritatibus. 17.59
Ruſticus nunquid excuſetur à contractu illicito. 61.30

S

SCROCCHI, *Barocchi, Retrangoli nomina furiarum, & Dæmonum, acriter damnantur, & qualiter fiant.* 129.124
Semiſſes vſuræ quæ. 14.44
Semiunciariæ vſuræ, quæ. ibid.48
Sententia non confirmat contractum illicitum, licet eius executio perceptionẽ vſurarum impediri non poſſit. 75.91
Sententia relata à Iudice ex relatione æſtimatorum, nunquid tranſeat in rem iudicatam. Item ex relatione aliorum peritorum, & ex probationibus priuilegiatis. 83.156
Siclus, apud Hebræos, quale. 10.28
Siliqua quid. 17.56
Simulatio contractus dicitur ſufficienter probari ex coniecturis. 64.51
Singulare Anc. credẽtis deceptionẽ tolli ẽt ſi læſio nõ excedat dimidiam quando quis ob neceſſitatem vilius vendit, vel carius emit, reijcitur. 127.115
Singularis ſucceſſor creditoris, qui recepiſſet rem in pignus, tenetur ad fructus. 135.139
Societas illicita reputatur quando conuentum fuiſſet nullum periculum ad vnum ex ſocijs ſpectare debere. 97.24
Societatis contractus ſemper licitus, quando conuentum eſt periculum ad ſocios pertinere. ibid.23
Socius paciſcens, quòd ſi aliam ſummam in ſocietatem conferret ſalua ſibi ſorte prouideretur ſibi de aliquo lucro, illicitè facit. 98.25
Soccida licita quando dat quis pecora cum pacto quòd prius percipere debeat fructus omnes ipſorum quouſque conſequatur totum ſuum capitale, & poſtea pecora ſint communia. ibid.nu.26
Statutum an poſſit uſuras inducere, & quomodo. 27.nu.91
Statutum, aut lex, efficere non poteſt vt contractus dicatur vſurarius, ex aliquo facto, qui verè vſurarius non ſit. 120.91
Statuta aut leges laicorum tribuentes facultatem Iudicibus ſecularibus decidendi in materia uſurarum ualent. 143.20

T

TErminus redimendi ſi elapſus ſit interim dum pendet cauſa nullitatis, nunquid uenditor debeat audiri uolens redimere.* 77.97
Teſtamenta vſurarij manifeſti de iure canonico damnoſa. 147.35
Teſtamentum uſurarij manifeſti nullum, etiam ſi tempore ipſius conditi uſurarius

rius dimiſiſſe t fœnerari,& non reſtitueret. ibid.36
Teſtamentum uſurarij manifeſti nullum, etiam ſi cautionem præſtiterit,& tamen ſecretè continuet in fœnerando. ibid.37
Teſtamentum uſurarij manifeſti conualidatur, ſi poſt illum conditum cautio præſtetur. 148.38
Teſtator in ſuo teſtamento non poteſt inducere uſuras. 23.72
Teſtes de ualore fructuũ deponẽtes nõ tenẽtur reddere cauſã ſui dicti. 47.169
Teſtes ſi unus dicat rem ualere centum, duo autem centum & uiginti ſtatur dicto duorum. 84.124
Teſtes ſi uariant in ualore, ſtatur mediæ ſummæ. ibid.125
Teſtes in probando ualorem tenentur aſſignare rationem ſui dicti etiam non interrogati,& quæ dicatur bona eius dicti ratio. ibid.126
Teſtes qui interuenirẽt ſciẽter actui uſurario ſunt periuri,& infames. 101.37
Teſtes aſſerẽtes ſe pecuniã recepiſſe ſub uſuris,nũquid ꝓbent uſurariũ.145.26
Teſtes ſi non probant quòd quis vſuram receperit,non concludunt:& ideo ſit cautus aduocatus in articulando. ibid.28
Teſtes deponentes quem ſolitum fœnerari, non conuincunt uſurarium. ibid.29
Teſtis ſi dicat rem ualere centum plus,& illa ſit uendita pro 50.concludit in læſione dimidię. 84.123
Teſtis ſi dicat rem ualere centum & plus, illa adiectio,pluris, non attenditur pro augendo pretio. ibid.122
Theologis in materia uſurarum nunquid ſit magis credendum quàm Canoniſtis,& Iuriſtis. 158.67
Tranſigi poteſt ſuper uſuris præteritis,earumque ualet remiſſio. 155.61
Tributum vnde ſit dictum. 65.52
Trientes uſuræ, quæ. 14.46
Tutor non poteſt pecunias pupillares erogare ſuper vſuris illicitis, ſed ſuper licitis. 101.40
Tutor nunquid debeat potius nomine pupilli pecunias recipere ſub uſuris, quàm vendere bona. 102.41

V

VALOR fructuum & uictualium cadit in capite cuiuslibet craſſi hominis. 47.167
Valor plurimum annorum probatur facta æſtimatione trium annorum. 48.171
Valor rei probatur ex redditu,& quantitate fructuum perceptorum.82.116
Valor & iuſtum pretium rei eſt ad quantum aſcendunt fructus ex ea percepti in uiginti annos. 83.117
Valor probatur ex venditionibus locorum vicinorum. ibid.118
Valor probatur per inſtrumẽta,& nũquid dicatur perfecta probatio. ibid.119
Valor probatur ꝑ teſtes,& hęc eſt regularis & magis frequẽs ꝓbatio.ibi.120
Valor rei probatur per iudicem. 86.139

Valor

Valor rei immobilis non ſolet probari per iudicem. ibid. 141
Valor rei probatur per æſtimatores ad hoc electos. ibid. 142
Valor rei probatur per librũ æſtimi confecti p ęſtimatores de publico. 89.157
Valor rei ꝓbatur per taxationẽ factã per teſtatorẽ, leg. aut Principẽ. ibid. 159
Valet tantum res, quantum uendi poteſt. 123.103
Et qualiter intelligatur. 125.110
Vectigal quid ſit. 65.53
Venditor poterit exigere vſuras, etiam ſi ipſe dominium rei uendita per traditionem in emptorem transtulerit. 42.143
Venditor data dilatione ad ſoluendum emptori, habitaque fide de pretio, non poterit pendente termino vſuras petere. ibid. 144
Venditor, nunquid ſtatuto emptori termino ad ſoluendum, poſſit interim licite conuenire ſuper certis vſuris. ibid. 145
Venditor nullo dato termino ad ſoluendum, poterit cum emptore paciſci de certis vſuris. 43.146
Venditor à die ſolutionis ſibi factę tenebitur ad uſuras emptori. 44.155
Venditor ſi partem pretij recepit, neque aliter rem tradit, poteſt emptor reliquum pretij offerens agere ad uſuras. 45.156
Vendere aliud, & aliud promittere de vendendo. ibid. 158
Venditor nulla facta traditione rei, uel poſſidens, non poteſt agere ad uſuras pretij non ſoluti. ibid. 161
Venditor ſi remanſit in poſſeſſione cõtractus arguitur magis ſimulatus. 63.44
Venditor donans in contractu pluris ualentiam, facit præſumi contractum illicitum. 64.48
Venditor cenſus non poteſt cogere emptorem ad capiendam rem ſuper qua ſit conſtitutus. 75.89
Venditor ubi probauerit in obolo ſe læſum ultra dimidiã iuſti pretij obtinere debebit non oſtantibus conditionibus minuentibus rei pretium. 86.138
Venditor poteſt ſe indemnem ſeruare. 127.102
Et qualiter intelligatur. 124.109
Vendens, uel alio modo tradens monaſterio oues reddentes ſolidos iiij. in anno, ſed cum pacto, quòd recipiat duos toto uitæ ſuæ tempore, & ſi oues moriantur, licitè facit. 121.97
in Venditione ad tempus intelligitur uſura exceſſus tantũ iuſti pretij. 124.105
Vendi, & emi ad tempus carius, & uilius, quando liceat. ibid. 107
ſi Vendatur vilius res, non conſiſtens pondere numero & menſura, contractus, non eſt uſurarius. 128.117
Vendere carius ad tempus, nunquid liceat ratione intereſſe ipſius uendentis. 131.128
Vendere carius ad tempus, licet, ſi in loco non inueniantur emptores, qui præſenti pecunia emant. 132.129

Vendere

Vendere carius ad tempus, nunquid liceat. ſi uenditio in ementis vtilitatem cedat. ibid. 130
Vendere carius ad tempus, nunquid liceat, ſi merces fuerit in melius mutata ratione rei, loci, aut temporis. ibid. 131
Verba huiuſmodi, verè vendidit, & non in fraudem vſurarum, reddunt contractum ſuſpectum. fol. 62. nu. 39
Vidua, infra annum poteſt alimenta ſuæ dotis petere, ſi non habet vnde ſe alat. 26. 86
Vidua elapſo anno poteſt petere vſuras dotis, ſi hæredes mariti ſunt in mora. ibidem 88.
Vidua poſt annum petita dote, poteſt agere pro ſuo intereſſe. 27. num. 89
Vidua vbi alteri nupſit, ſecundus vir poteſt petere dotem cum vſuris. ibid. 90
Vſuræ nomen æquiuocum, & analogicum. 8. 15
Vſuræ nomen, vnde dictum, ſeu ethimologia vſuræ. ibid. 16
Vſura ab Hebræis nuncupatur morſus. ibid. 18
Vſuræ tres ſpecies à DD. magiſtraliter conſtitutæ. ibid. 19
Vſura lucratoria naturali iure damnata. 9. 20
Vſura, quomodo poſſit eſſe de iure naturali vetita, quæritur. 10. 22
Solutio Quæſtionis. 11. 31
Vſura de iure diuino veteris Teſtamenti expreſsè vetita. ibid. 32
Vſura iure euangelico vetita. ibid. 33
Vſura de iure canonico prohibita. 12. 34
Vſura, nunquid Iuriſconſultorum reſponſis prohibita. ibid. 35
Vſura, nunquid per Nouellas Conſtitutionis Iuſtiniani vetita. ibid. nu. 36
Vſuram de iure ciuili premiſſam DD. qui credunt, falluntur. ibid. nu. 37
Vſuræ antiquæ Romanorum, in quo differant à noſtratibus. ibidem numero 38
Vſuræ quomodo antiquitus conuenirentur. ibid. 39
Vſura centeſima, qualis, & in quibus caſibus conueniretur. ibid. nu. 40
Vſuræ vnciariæ, quæ. 14. 47
Vſuræ antiquæ ceſſabant ſimul ac ſortem æquaſſent. 15. 50
Vſura duplum excedere non poterat. ibid. 53
Vſura de iure ciuiū Romanorum, etiam antiquiſſima damnata. Item apud alias nationes. 19. 60
Vſuræ non debebantur, niſi per ſtipulationem poſt moram. 20. 63
Vſuga punitoria, ſiue reſtauratoria, omni iure permiſſa. 31. 101
Vſura commodi percepti recompenſatiua, omni iure admittitur. 39. 131
Vſurarius hæres inſtitutus, præterito fratre teſtatoris, priuabitur hæreditate. fol. 139. nu. 3
Vſurarius non poteſt eſſe teſtis, ſed repellitur à teſtimonio. ibid. nu 4
Vſurario denegatur iuramentum ſuppletiuum, & in litem. ibid. nu. 5
Vſurarius præſentari, nec eligi poteſt ad beneficium ibid. 7

Vſurario

Vſurario denegatur Cõmunio Altaris. Itẽ & ſacramentũ confeſſionis. 140.10
Vſurario denegatur eccleſiaſtica ſepultura. ibid. 11
Vſurarius non admittitur ad oblationem faciendam. ibid. 12
Vſurarius non prohibetur facere eleemoſinam. ibid. 13
Vſurarius non poteſt agere ad vſuras, niſi prius reſtituerit perceptas per ſe, vel eum cuius ſit hæres. 141. 14
Vſurario denegatur appellatio. ibid. 15
Vſurario denegatur aduocatus. ibid. 16
Vſurarius tenetur edere actori. ibib. 17
Vſurarij, nunquid alia pœna criminali punire debeant. ibid. 18
Vſurarius manifeſtus eſt, qui palam & publicè fœnus exercet. Item etiam domi. 144.22
Vſurarius manifeſtus, probatur per eius confeſsionem in iudicio. ibidem 23
Vſurarius manifeſtus, probatur teſtibus, deponentibus ſe pluries vidiſſe illum fœnerantem. ibid. 25
Vſurarius manifeſtus probatur fama, & communi opinione. 146.30
Vſurarius probatur libro ipſius. ibid. 31
Vſurarius ad hoc vt probetur manifeſtus, neceſſe eſt ſequi declarationem, & ſententiam Iudicis. ibid. 32
Vſurarius manifeſtus, qualis eſſe debeat ad ſubijciendum eum pœnis. ibid. 33
Vſurarius manifeſtus, de iure ciuili, non prohibebatur teſtari. 147.34
Vſurarius manifeſtus prohibetur codicillari. 148.40
Vſurarius prohibetur cauſa mortis donare. ibid. 41
Vſurarius mentalis qualis dici debeat. 150.49
Vſurarius mentalis non tenetur ad reſtitutionem & ad quid teneatur. 151.50
Vſurarius mentalis quando tenetur reſtituere, cui ſit facienda reſtitutio quæritur. ibid. 52
Vſurarius non tenetur reſtituere lucrũ ex fœnebri pecunia acquiſitũ. 153.56
Vſurarius ſi extorſit pro vſura rem fructum ferentem, tenetur illam reſtituere cum fructu. ibid. 57
Vſuræ futuræ, nunquid donari, vel remitti poſsint. 155.62
Vſurarius excuſatur à reſtitutione propter paupertatem. ibid. 63
Vſurarius compelli poteſt, dummodo non egeat victualibus. 156.nu.64
Vſurarij excuſantur à pœna ob conſuetudinem, & qualiter. ibid.nu.65
Vſurarum crimen, nunquid ſit merè eccleſiaſticum, vel temporale. 157.66
Vxor ſoluto matrimonio, non poteſt experiri diſpoſitionem cap. ſalubriter, de Vſur.

Z

Z*ANEDRI collegium. apud Hebræos, quando, & qualiter inſtitutum.* 22.70

FINIS.

IO. BAPTISTAE LVPI GEMINIANI I. C. CLARISSIMI

De Vſuris & Commercijs illicitis,

COMMENTARIVS PRIMVS in l. Curabit, C. de action. empti.

SVMMARIVM.

1 *Diocletiani, & Maximiani, AA. uita.*
2 *Imperatores duo, pluresue ſimul regnarunt, & quomodo.*
3 *Imperatores eligendi, atque creandi modus.*
4 *Cæſaris nomen vnde dictum?*
5 *Auguſti cognomen vnde dictum?*
6 *Imperatores duo, pluresue, nunquid de iure poſsint ſimul regnare?*
7 *Pontifex approbat, vngit, & coronat Imperatores.*
8 *Imperatores hodie accipiunt iura ab Eccleſia Romana, ſummoq; Pont.*
9 *Imperium hodie prouenit à Pont. & quando.*
10 *Pontifices duo, pluresue, ſimul eſſe non poſſunt.*

Præfatio.

DIOCLETIANVS & Maximianus AA. prout relatum eſt nobis in l. 5. ſub tit. de actio. empti, C. Decunæ ita reſcripſerunt.

Curabit præſes prouinciæ compellere emptorem, qui nactus poſſeſsionem fructus percepit, partem pretij, quam penes ſe habet, cum vſuris reſtituere; quas & perceptorum fructuum ratio, & minoris ætatis fauor, licèt nulla mora interceſſerit generauit.

Hactenus optima Conſtitutio, & illa quidem non minus vtilis, quàm in Repub. frequentiſsima. Conditores ipſius, prout inſcri-
1 ptio indicat, fuere Diocletianus & Maximianus, †xlij. Imperatores in ordine haud pœnitendi, niſi tanquàm Chriſtiani dogmatis hoſtes acerrimi: ſub eorum enim regimine propter rebellionem plurium Tyrannorum, nec non optimorum Principum cædes, incertum diu, & quaſi vagum Imperium ſuſceptum, atque ab eis firmatum, fœliciter tandem caput extulit, quippe etiam Romana Reſpubl. varietates multas patiebatur, quando nunc ad ſummum euehi, nunc ad minima retrahi videretur. Diocletianus ergo ortus è Salonæ colonia, oppido Dioclea apud Dalmatiam, parentibus & gente obſcuriſsima, militare à pueritia cœpit, ſtipendiaque meruit in Gallia vti gregarius miles: dein vigente ætate ob eius corporis vires, nec non animi virtutem atque præſtantiam, fato quodam ſuo manuducente ac præuio, ſimulque accepto augurio illo futuræ fœlicitatis, cùm per omnes militiæ gradus aſcẽdiſſet, etiam ad exercituum prouinciarumque præfecturas euaſerat inſtitutus vnà cum alijs fortiſsimis viris admirabili diſciplina Probi Imperatoris optimi, atque clariſsimi. Et poſtremò defuncto iam Caro A. pariterq; obtruncato Numeriano C. eius filio adoleſcente, ſtudio boniſque moribus prædito, factione illa Apri ſoceri ſui Imperium inhiantis, dum milites quærerent quis vindex huiuſmodi necis iniuſtiſsimæ fieret, quique daretur Reipub. bonus Princeps: Diocletianum domeſticos tunc regentem, omnes diuino conſenſu A. appellauerunt, qui tandem ſua manu occiſo Apro illo fatali à S. P. Q. R. ipſo & Ariſtobulo Coſſ. anno ab vrbe condita 1053. à Chriſti verò ortu 302. honoribus Auguſtalibus exceptus ad ſummum rei faſtigium fuit euectus, Imperiumque ſumpſit vir ille ſcribæ ſeu libertini filius. Neque hoc mirum videri debet, quando Roma vrbs opiimo exemplo atque conſilio laudatoque ab omnibus inſtituto ita à ſuis conditoribus fuit ordinata, vt in ea aduenæ & peregrini regnarent, quantumuis ignobiles: nec enim magnorum Principum virtutibus ſumma ſciendi erat, vbi quiſque eſſet genitus, ſed qualis in Repub. fuiſſet. Quamobrem Diocletianus intentus ad componendum Imperium, profligato, & cęſo prius Carino C. altero filio Cari A. viro alioquin impuriſsimo, & omnibus vitijs contaminato, Maximianum ortum agreſtibus, & mercenarijs parentibus propè Sirmum, vrbem Pannoniæ, conſortem ſibi pariter & A. legit, quem prius commilitonem habuerat ſub eadem Probi A. diſciplina educatum, tantaque fuit in gubernanda Repub. inter Principes

cipes concordia, vt alter alteri nunquam repuguauerit: verum Maximianus, vt filius patri, Diocletiano obptemperabat. Vnde euaſere clariſsimi omnium Imperatorum, non tam ciuilibus, quàm bellicis operibus: neque enim aut ciuiles quiſquam aduerſus inimicos, aut externas aduerſus Barbaros totidem alias victorias reportauit. Galliæ enim & Aegypti prouinciæ varijs Tyrannorum conatibus tumultuantes fuerunt ab eis compoſitæ atque pacatæ; Britanniæ decimo poſt anno, quàm defecerant, receptæ ſunt; Germanorum impetus repreſsi, eorumq; vires ferociſsimæ attritæ, & quàm plures Barbaræ bellicoſæq; nationes in diuerſis orbis partibus domitæ. Ingens clades refecta, quam paſſus fuerat in Oriente eorum Dux Galerius C. à Perſarum Rege, contra quem non ſolum vlti fuere Romanum decus, ſed fœlici victoria vſi, nam prouincias quinque Transtigritanas, quæ redeunte ad vrbem Traiano A. rebellauerant, non tantum ſubegerunt, Imperioq; adiunxerunt: verum, & quod mirum & incredibile viſum fuerat, totam Aſſyriam ceperant expugnata Cteſiphonte vrbe, Regis Parthorum tūc ſede, quam Romana arma pertranſire nephas eſſe ducebatur, quippe hoc ceciniſſe ferebantur falſi uates antiquiſsimi, nec non vana illorum oracula, & quòd Traianus Valerianus, & Carus A A A. illam auſi pertranſire, cupiditatis ſeu potius temeritatis ſuæ pœnas luiſſe dicebantur. Ita ergo Imperij finibus productis atq; propagatis terræ ſibi mariſq; Imperium Principes iſti pepererunt, neque vlla orbis terrarum pars, aut cœli tractus fuit, quo non vires ſuas eorum arma protulerint. Vnde redeuntes ex diuerſis regionibus ad vrbē, maximum triumphum à S. P. Q. R. decretum 18. Imperij ſui anno acceperunt, nec non inclyta cognomina ab deuictis populis indita. qua de cauſa tanta animi ſuperbia fuerunt elati, vt credentes & Principum & Regum ſe exceſsiſſe faſtigium diuinam ex eo maieſtatem aſſumere ſibi cœperint adorandum ſe adeuntibus exhibētes Regum more Perſarum, quod antea C. Caligula, Commodus, & Antoninus Heliogabalus A A A. prorſus infames, neq; vllo merito commendabiles, factitaſſe memorabantur; pari etiam arrogantia, ſeu mauis dementia, prius vt Iouem & Herculem ſua tunc numina cōſalutari iuſſerant eaq; cognomina ſibi indidere, velut Diocletiauius Iouius, Maximianus Herculius. Sed poſtmodum victores iſti ingeniti gloria, potiti ampliſsimo triumpho liberati orbis, adminiſtrationi Reipub. animum adiecerunt, leges cōſtitutionesq; multas illuſtrium virorum cōſilio promulgantes, quarum pleraq; exempla literis fuerunt tradita, & quibus adhuc etiam hodie Prin-

cipes noſtri vtuntur ad dirimendas ſedandaſq; mortalium lites ac cõtrouerſias. Cumq; haberetur fœliciſsimus Principũ Diocletianus, ſecum ſæpenumero contemplans rerũ humanarũ ſtatus, quæ aut rarò, aut nunquã cõſiſtunt, decreuit Imperio ſe abdicare, & in priuatã ſecedere vitã. admonitus ſapictiſsimus in hoc Princeps multorũ exemplis, & præcipuè geſtorum Pompeij, & Auguſti, quorum alter omnium aliquando glorioſiſsimus expectauit incertæ atque infœlicis viciſsitudinis aleam; alter verò etſi fœliciſsimus remanſiſſe videretur, tamen & acceptæ in Germania clades, & domeſticæ libidines, & ficus venenati à Liuia vxore porrecti, vt cunctantem in ſene animam citius educerent, hominis fœlicitatam turbauere.

Quamobrẽ appellatis prius decreto Senatus A A. Galerio Maximiano, & Conſtantio cognomine Cloron vnum omnibus in Repub. ſentientibus, quos CC. antea fecerunt, & affinitate iunxerat Diocletianus rem monimentis Romanorum plenè incognitam atque admirabilem peragens, quippe ſolum Cornelium Syllam id antea factitaſſe memorabatur, cum Maximiano Imperium ſpontè depoſuit, affirmans tunc ſibi illuxiſſe diem, & habuiſſe vitæ principium, cum magnis moleſtijs eſſet liberatus, in quo veram philoſophiam fuit imitatus: nam Scriptores grauiſsimi aſſerunt dominatum appetere, non eſſe ſapientis hominis, & id cogitaſſe Auguſtũ ferunt, ſed vetitum ab amicis, & M. Antonius A. quem Diocletianus inter ſua numina venerabatur, eiusque vitam & geſtum ſtudebat imitari, Imperium belluã immanem vocabat, inuitusque ſuſceperat, tamen ambo ſe excuſant, & rem laudabilẽ ab amicis impeditam dicunt. Flauuius Vopiſcus in vita Aureliani A. meminit Diocletianum iam priuatum non ſine optima ratione dixiſſe, nihil eſſe difficilius quàm benè imperare: & eius erat ratio, quippe colligant ſe quatuor, vel quinque fumi venditores, atque vnum conſilium ad decipiendum Principem capiant, & dicant quid probandum ſit. Imperator, qui domi clauſus eſt, vera non nouit, cogitur hoc tantum ſcire quod illi loquuntur, creat iudices & magiſtratus quos fieri non oportet, amouet à Repub. quos debet retinere, denique ſit qui imperat bonus, ſit cautus, ſit optimus, omnino venditur ab aulicis. Similiter interrogatus, quæ eſſet potiſsima in Principe dos? Reſpondit, liberalitas & clementia. Vixit Diocletianus annis duo de octoginta, Imperauit annos xx. manſit priuatus annos x. relicto Galerio Maximiano genero ex Valeria filia. Maximianus verò ſexagenarius, cum repertus fuiſſet Conſtantino genero ex Fauſta filia inſidiari, eius iuſſu laqueo fuit iugulatus relicto Maxẽ-

tio altero filio, ex vxore Eutropia Syra muliere genito. Si conferes horum Principum mores, valdè inter ſe diſsimiles apparebunt, quando Diocletianus aurei ſeculi parens, Maximianus verò ferrei exiſtimabatur. Nam iſte fuit conſilij ſtolidus, ardens libidine, ferus natura, ſeuerus, aſper, immitis. Diocletianus autem vir inſignis, callidus, amans Reipub. amans ſuorum, & ad omnia, quæ tempus quæſierat paratus, conſilij ſemper alti, nonnunquam tamen effrontis ſed prudentis, nimia peruicacia, motus inquieti, pectoris comprimentis. Ingenia ſœculi ſui omnibus modis fouit, argumento nobis eſt, quia ſub eius Imperio floruere illuſtres atque excellentes viri, quorum ſcripta & monumenta etiam apud nos hodie extant, videlicet Aelij Spartiani, Iulij Capitolini, Aelij Lampridij, Vulcatij Gallicani, Flauij Vopiſci Syracuſi, à quibus veterum Imperatorum optauit habere cognitionem. Vnde fateri neceſſe eſt, multum ei debere huiuſcemodi lectionis ſtudioſos; & ne quis miretur Diocletiani ſuorumque conſortium vitam à nemine iſtorum fuiſſe litteris traditam, audiat Flauium Vopiſcum ſub Carini C. elogio dicētem, hoc ideo eueniſſe, vt quia Claudius Euſthenius Diocletiani Epiſtolarum magiſter illam ſingulis libris ſcripſit, ac etiam quia ſciebant facta Principum viuorum non ſine reprehenſione dici. Opera publica & illa quidem magnifica reliquit Diocletianus: nā thermæ eius nomine Romæ ſunt conſecratæ, quæ inchoatæ à veteribus Principibus, fuerunt ab eo exædificatæ, & abſolutæ, & ſecuti Principes poſuere ibi ſtatuas & ſeniorum & nouorum Imperatorum, quorum capita integra, & fragmenta reliqua corporum erui ex ſubterranea teſtudine fuerunt viſa, veluti ibi poſt ruinas thermarū conſecrata, & partim in Capitolium delata, partim Florentiā miſſa fuere, vt teſtatur Pomponius Lætus in compendio Romanarum hiſtoriarum, qui rem tanto magis miram literis tradidiſſet, ſi datum ei fuiſſet poſtmodum videre vrbem hanc pulcherrimè exornatam, ſtudio, atque impenſa primùm Coſmi & poſt Franciſci, Sereniſsimorum Hethruriæ Magnorū Ducum, tot ſtatuis antiquiſsimis Roma accerſitis vnà cum ingenti, & ſolida illa columna vltra 40. pedum lapidis Numidici nobiliſsimi. Demum Imperatoris Diocletiani vita, quæ & ciuilis, & militaris fuit, multos habuiſſet laudatores, ſi à priorum cruciatibus ſe temperaſſet, neque adeo in eos truculentus vnà cum Maximiano fuiſſet, ex quo ipſi fœdum exitium habuiſſe creduntur: nulla enim ſæuitia in Chriſtianos crudelior memoratur, quando hæc decima poſt Neronem clades ingens, & omnibus ante actis immanior atque diuturnior extitit: nam per x.

annos Reſpub. Chriſtiana ædium ſacrarum direptionib. monimentorum ſuorum incendijs, proſcriptionibus innocentum, cædibusq; aſperrimis & Paſtorum & Martyrum fuit agitata. Quippe Diocletianus, & Maximianus, vel ſit; vt quo magis Chriſti liberatoris noſtri verum numen, atque cultum reprimere conarentur, eo maius mirum in modum auctum vndique videbant erumpere, vel vt dicit Euſebius in lib. 8. c. 1. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, grauiſsimus autor; quod ita poſcerent à Deo Opt. Max. Chriſtianorum, & præcipuè Sacerdotum mores, diſciplinaque, dum quieti per multos annos ab armis, & cæde Tyrannorum gliſcebant non pietate atque religione; ſed contentionibus, ambitione, & odio inter ſe. Ideo Principes iſti aliorum, & præſertim Domitij Neronis, monſtri atrociſsimi, exemplo ducti, feri atque immites omnibus viribus conati fuere hunc Chriſti verum numen atque religionem perdere, & ob id piorum multi fuerunt ſupplicio affecti, varijsque (& illis quidem nouis atque inauditis) tormentis correpti: pars enim in crucem acti, pars verò beſtijs obiecti, aliqui verò flammis incenſi, alij incogitato ſupplicij genere trucidati, atque dilaniati; nonnulli, quibus relicta eſſet anima, clauſi in tenebris morte grauiorem vitam exigebant; vt ſui ipſorum miſerationem facilè erat videre apud omnes in eos immaniſsimos: nam quo magis efficiebantur miniſtri alacres & vehementes in excruciando, eo maior apparebat afflictorum conſtantia in tolerando. Et quæ cædes inde ſecutæ? Pontificum, ſanctiſsimorum hominum, illuſtrium virorum? Caius enim Pontifex vnicus hoc nomine obtruncatus fuit vnà cum Gabinio ſuo fratre, nec non Suſanna eius fratris filia. Similiter & Marcellinus ſecutus Pontifex. Diui quoque Sebaſtianus, Blaſius, Chriſtophorus, Georgius, Catherina, Barbara, Dorothea, & quàmplures alij ſanctiſsimis moribus, atque vitæ exemplis præclari fuere martyrio conſecrati, quorum numina à nobis hodie inuocantur pro noſtra interceſsione apud Deum Opt. Max. Fuere etiam trucidati Victorinus Pictauiæ Epiſcopus, Pamphylus ſacerdos, Archilaus, & Lucianus Epiſcopi, viri doctrina atque integritate inſignes.

Aliud ſequitur modò explicandum, videlicet, quòd ex inſcriptione huius conſtitutionis, & aliarum quàmplurium apparet duos, pluresvè ſimul regnaſſe Imperatores, idque clarius patebit, ſi legentur ſcripta Aelij Spartiani, Lampridij, Capitollini, Vulcatij, Pollionis, Vopiſci, Herodiani, Sexti, Aurelij Victoris, Ammiani Marcellini, Eutropij cum Paulo Oroſio, Pomponij Leti, aliorumque hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptorum, è quibus omnibus colligetur, duos, quandoque

doque tres, interdum quatuor Imperatores ſimul pariterq; Remp. adminiſtraſſe, leges, & uti poſtulabat, edicta promulgantes ſub omnium communi nomine. exemplo facilè nobis eſſe poterit, quòd conſtitutiones multæ Cod. videntur à binis, ternis atque etiam quaternis Imperatoribus editæ: plures enim leges apud nos literis traduntur non ſolum Diocle. & Maxi. ſed etiam M. Antonini, & Veri, necnó Seueri, & Antonini, & Iuſtiniani noſtrarum legum cōſtructoris, quas tulit vnà cum Iuſtino Opilione patruo, & Iuſtino ex ſorore filio, quinimò multæ Gratiani, Valentiniani & Theodoſij ſimul, nonnullæ Gratiani, Valentiniani, Theodoſij, & Archadij ſimul. Fuerunt tamen aliquando duo, pluresve Imperatores, ſed alter tantum adminiſtrationem ſummumque rei faſtigium retinebat, qui A. dicebatur, alter verò neque in Imperio, neque adminiſtratione erat, ſed ſolùm ad famam & ſpem Principatus aſcendebat, ut poſt mortem A. ſuccederet, qui C. dicebatur, vt ſic CC. illi eſſent; qui quaſi Imperatorum filij fuiſſent deſignati, & Auguſtæ maieſtatis hæredes, quemadmodum Spartianus in Vita Aelij Veri C. ad Dioclet alijque hyſtoriæ Auguſtæ ſcriptores explicāt, vt hinc mirari non debeas, ſi multi legum tituli in Cod reperiantur, in quibus litera A. vni Imperatoris nomini ſubijcitur, alteri verò litera C. vt puta, Philippus Auguſtus, & Philippus Cæſar. erat enim titulus Cæſ leuior, & minor, Auguſti verò maior & plenior. Contingebat nihilominus ipſum Cæſ. nominari Augu. & ſic æquo iure ad imperium admitti non expectata ipſius A. morte, quemadmodum inter multos contigit Lucio Vero quem M. Antoninus è C. A fecit, & hi ſunt de quibus Iuriſconſulti faciunt mentionem, cum Diuos fratres citāt. Similiter & Baſsianus Antoninus fuit à Septimio Seuero patre è C. ad Imperij conſortium adſcitus: vnde non erit mirum, ſi in legum noſtrarum inſcriptionibus multi reperiuntur decorati titulo Cæſ. tantùm, qui & poſtea in alijs legibus Aug. quoque titulum comperiuntur fuiſſe aſſecutos, & inter plures in illis Philippis ſupra relatis videri poteſt, qui reperiuntur aliquando inſcripti Philippus A. & Philippus C. interdū verò Philippus & Philippus A A. CC. qui enim A. nomen fuerant adepti, nihilominus & C. titulum retinebant & vocabantur A A. & CC. vt ex ſupra relatis ſcriptoribus colligitur, & ex noſtris aduertit Andreas Tiraquellus variæ in defeſſæque lectionis I.C. in Tract. Primig. 17 q. 4. opi. nu. 22. & ſeq. vbi hac hiſtoria infert ad errores, in quos lapſa fuit gloſſa, cæteriq; noſtri Interpretes.

Sed his omiſsis nos potius elaborabimus in alio, quod ad hu-

iuſce rei cognitionem non alienum apparebit. Cum enim multa ſint in iure noſtro non ſatis hactenus intellecta, tum is maximè tractatus expoſitione indiget, quæ ad modum & ordinem Imperatores eligendi attinet, in quo nihil ab Interpretibus afferetur ad eius
3 † notitiam, vt in hoc rem certam habere poſsimus. Nam cum ea munera antiquis cognitisſima eſſent, non exiſtimauerunt operæ precium ſe facturos, ſi longo ſermone in tali explicatione commorarentur. at in præſentia propter Latinarum literarum diutinam calamitatem atque iacturam, cum ex ſcriptoribus plena ſcientia haberi nequeat, uix quicquam ſupereſt unde in certiorem ſemitā deducamur, niſi ex Auguſtæ hiſtoriæ ſcriptoribus obſeruationes ac coniecturas quaſdam pro exploratis rebus recipere velimus. Itaque vt huic quoque parti pro uirili opem feramus, quæ ad hunc Tractatum pertinentia ex antiquis nouisque autoribus collegi, in medium proferam. Sciendum igitur Romanum Imperatorem, hoc.n. nomine potius, quàm Romuli ſeu Regis, cum iſte, etſi alibi magnus, Romæ tamen odioſus ſuperbusque titulus eſſet, C. Iulius Cæſar oppreſſa per eum Rep. captáque dictatura perpetua, nec non poſtmodum Octauius illius ſucceſſor omnibus in eum ceſsis appellari pasſi ſunt, vetus iuſiurandum in primis veriti, vt teſtatur Appianus Alex. in Procœmio hiſtoriæ Libycæ, & hoc idē antea à P. Scipione in Hiſpania factitatum fuiſſe commemorat Liuius lib. 7. Dec. 3. omiſsis alijs titulis à S.P.Q.R. ipſius inſcriptis, veluti Pontificis Max. Patris patriæ, Iuris proconſularis, Tribunitiæ poteſtatis, & Iuris quintæ relationis. quæ cognomina, ſeu dignitates ab ipſis fuerunt exceptæ, & in ſucceſſores tranſmiſſæ, quò potentius illuſtriusque nomen Imperatorium facerent, & iſta cognomina non vno, & eodem die ſimulque indicebantur, ſed per diuerſas uices, cum grauitati Senatus non congrueret omnia ſimul deferre, aut bono Principi raptum iri tot ſimul dignitates: matura ergo, & non præceps erat iſta honorum continuatio. In creandis autem uel eligendis Imperatoribus nullus certus ordo inuenitur traditus, ſed legitur variè fuiſſe obſeruatum: initio enim Imperij, cum contigiſſet Principibus illis nullam fuiſſe virilem ſtirpem, & abſque naturali ſucceſſore decedere, ſimulac aliquem ſibi deſtinauerant, ſtatim in filium adoptabant, ſuoque teſtamento hæredem, & Cæſarem ipſum appellantes, moxque in curia Cæſ. deſignabatur, mortuoque Imperatore C. & A. à S. P. Q. R. maximis honoribus excipiebatur. facta verò adoptione ludi, & alia ſpectacula fiebant, ſimulque militib. & populo donatiuum, & congiarium expendebatur: adoptionis

ptionis verò natalem, nec non & Imperij quoque celebrari iubebant Imperatores. & quoniam adoptati deueniebant in familiam ac tribum Imperatoris, qui ſe adoptauerat, ideo nomina, ſeu cognomina ipſius recipiebant, atque aſſequebantur, aliquid etiam ſuæ naturalis retinendo, vt hinc mirari non debeas, ſi in Imperatore legas quandoque maximam nominum varietatem atque confuſionem, vt videri poteſt in Imperatoribus gentis Claudiæ M. Antonino, & alijs quàmpluribus. Similiter adoptatus C. tantum nomine non tamen A. donabatur, & Aelius Verus, qui Çeionius Commodus dicebatur ab Hadriano adoptatus, fuit primus, qui viuo adhuc Imperatore huiuſmodi nomen accepiſſet, cum antea in curia CC. deſignati poſt mortem Imperatoris tantum, hoc & A. nomine conſalutaretur, & M. Antoninus Philoſophus ab Antonino Pio vnà cum L. Commodo adoptatus, paritérque & C. dictus, ubi poſt exceſſum Diui Pij à Senatu, coactus fuit regimen publicum capere, fuit primus qui L. Commodum, poſtea Verum Antoninum appellatum ſibi participem fecerit, atq; A. dixerit, tumq; primũ Ro. Reſpu. duos AA. habere cœpit, quo exẽplo poſtmodum duo, quãdoque tres, interdum quatuor AAAA. Imperium tenuere, & quãdo CC. conſortes Imperij fiebant, & AA. vocabantur, Imperator qui illos ſic eligebat, Fortunam regiam auream, quæ ipſos Principes comitari, & in cubiculis eorum poni ſolebat, ad cubiculum quoque illius vocati tranſire, ſeu geminari ſtatuebat, vt quilibet A. ipſam haberet. Vbi autẽ Imperatoris mors contigiſſet abſque naturali, vel alia ſucceſſoris electione, ſtatim exercitus, ſeu milites Prætoriani, aut S.P.Q.R. Imperatorem faciebant, habitoque Senatu per S.C. quemlibet Imperatorem approbari, nec non C. & A. nomen indici neceſſe erat, quippe à Senatu vniuerſo ſumma Imperij poteſtas, illa lege Regia Curiata proueniebat, Cos. uerò unà cum cæteris Senatorib. votis atque fauſtis illis acclamationib. honoribusq; Auguſtalibus Imperatorẽ exceptum ſalutabat, Aue, inquiebat, A. allataque lana ac veſte purpurea humeris eius iungebat, atque adorabat, inde in campum Martium ibatur, ibique comitiale Tribunal aſcendebatur, atque ita referebatur, Vos ſanctiſſimi milites, & ſacratiſſimi, Vos Quirites habetis Principem, quem de ſententia omnium exercituum Senatus elegit. Imperator autem tunc populi acclamationibus exceptus, gratias agebat Senatui, & illis, quorum cauſa fuiſſet Imperator factus, moxque Iouis illorum Deorum templis conſalutatis, ſacrificioq; de more illo facto, in aulam Palatinam ſe conferebat, populoq; & militibus congiarium & donatiuum

donatiuum dilargiebatur. Qui verò non Senatus autoritate, atque decreto, ſed ſuo motu, aut Principũ electione, vel quolibet alio modo Imperium arripuiſſent, non AA. ſed Tyranni dicebantur, quorum plures aſſiduè excitabantur, quinimò ſub Imperio Gallieni, nequam & ignauiſsimi A. leguntur xxx. extitiſſe: milites enim in diuerſis Regionum partibus quandoque inſueuerunt ſibi Imperatores, & tumultuario iudicio facere, & idem facilè mutare, & cum iam Senatus Romæ Principem dixiſſet, Imperatores varij audiebantur creati ab exercitibus, puta in Illyrio, Oriente, in Gallia, alijſque prouinciis Romanorum, ex quibus bella ciuilia maxima leguntur fuiſſe orta. Quamobrem Senatus ſtatim illos apertè ac liberè hoſtes atque Tyrannos appellabat per S. C. maxima enim erat Senatus vis atque autoritas, quippe Imperij dandi, Principes nuncupandi AA. & iam factos amouendi, eaque vigebat præſertim vſque ad tempora Neronis, moxque optimis AA. Imperantibus, extitit tamen per multa tempora autoritas huiuſcemodi imminuta atque oppreſſa, quando Senatus abſque militum ſtrepitu & armis, tumultuarioque populi concurſu Imperatorem creare nequiuerit, cum milites inniti eos accipiebant AA. quos Senatus elegiſſet. Illud tamen conſtat quòd Imperatores quomodocunque promoti neque CC. neq; AA. iure dici poterant, niſi à S.P.Q.R. fuiſſent confirmati per S. C. Et quoniam fœlici quadam neceſsitate factum fuit, vt iſta C. & A. tam clara & duratura cum æternitate mundi nomina effloruerint, referam quid inuenerim per ſcriptores traditum de ipſorum deri-
4 uatione. Nã Spartianus in vita Aelij Veri ſcribit, † Cæſarem fuiſſe nuncupatum ab Elephanto in prælio cæſo, qui lingua Maurorum Cæſa dicitur, vel quia mortua matre ventre cæſo ſit natus, vel quòd cum magnis crinibus ſit vtero parentis effuſus, vel quòd oculis cæſijs, & vltra humanum morem viguerit. Sed quicquid varij & obſcuri de huius nominis etymologia tradatur, illud ſanè conſtat omnibus Principibus inoleuiſſe illud in memoria C. Iulij Cæſaris Dictatoris perpetui, & à quo omnes ſecuti principium Imperij ſum-
5 pſerunt. † Auguſti verò cognomen prouenisse Munacij Planci ſententia teſtatur Tranquillus in eius vita, cap. 7. quando contendentibus quibuſdam ab Octauio Romuli cognomen aſſumi oportere, quaſi & ipſo vrbis conditore Munacij ſententia præualuit, vt hoc A. nomine, non tantum nouo, ſed ampliori cognomine appellaretur, ex eo quia loca quoque religioſa, ex quibus augurato quid cõſecratur, Auguſta dicantur ab auctu, vel ab auium geſtu, guſtuve, probatque Tranquillus id autoritate Ennij ita ſcribentis,

Auguſto

Auguſto augurio poſtquàm inclyta condita Roma eſt.
Ipſumq; nomẽ Octauio inditum inoleuit, poſtmodum in omnibus ſecutis Imperatoribus, quo nomine A etiã vxores, & filiæ Imperatorum vocari incœperũt, teſte Capitolino in vita D. Pij, & M. Anton. nec non Spartiano in vita Didij Iuliani. Parũ quoque abfuit, quin & aliud videlicet Antonini nomẽ cunctis Imperatoribus poſtmodũ adſcriberetur, quemadmodũ & illud A. & Septimius Seuerus ob nimiũ honorẽ & cultũ erga M. Antoninũ putauit nomẽ huiuſmodi omnibus deinceps quaſi A. imponẽdũ, & ſic vt quemadmodum AA. ita & Antonini dicerẽtur: hoc enim nomẽ velut A. adeo omniũ pectora obſederat, vt velli ex animis hominum non poſſet, exiſtimantium cum eo Romanum Imperium eſſe periturum. ſed huiuſmodi tàm amabile nomen illis temporibus, à tàm optimo principio ortum paulatim per octo Antoninos vſque ad ſordes vltimas peruenit, vnde in Heliogabalo defecit octauo iſtius nominis, quòd uates cœleſtes ceciniſſe crederentur, vt dicit Capitolinus in vita Opilij Macrini Non eſt quoque omittendum, quòd mortui Imperatores inter Deos referebantur. ac etiam Diui appellabantur: erat enim mos cõſecrare Imperatores, quiq; eo erant honore affecti, relati dicebantur inter Diuos, vt oſtendit Herodianus lib. 4. Appellabatur etiam & A. vxor Diua, teſte Capitolino in vita M. Antonini, & ideo mirari non debemus, ſi ipſa hiſtoria, & in legib. Imperatores hoc tit. legantur, veluti Diui fratres, Diui Seuerus & Antoninus, & alij quàmplures.

6 † Infertur modò ex ſupradictis ad reſolutionem haud paruæ cõtrouerſiæ, dubitarunt ſiquidem Interpretes noſtri, nunquid de iure poſsint eodem tempore regnare duo, pluresve Imperatores? & glo. in ca in apibus, 7. q. 1. dicit ſupra narrata de facto fuiſſe, quaſi id ſentiat non eſſe de iure, ſequitur Imo. in l vlt col 4 verſ. extra glo. ff. de hære. inſti. Alber. in l. bene à Zenone, col. 2. verſ. vtrum duo, C. de quadrien præſcript. Iaſ. in l. licèt Imperator, in 1 notab. ff. de lega. 1. & de hac opinione latè tradit Arrius Pinel. inter recentiores nemini Iuriſconſultorum ſecundus, in l 1. par. 3. nu. 16. C. de bon. mater.

Sed eademmet glo. in ca. non autem, verſ. vt non ſuccederet, 7. q. 1. videtur ſentire contrarium, & Alex. in d l. licèt Imperator, in princ. dicit, de iure fieri poſſe, cum tamen in hoc appareat incertus, dum abſque autoritate ſtudet in hanc ſuam ſententiam attrahere Imo. diuerſa opinantem: verum hanc opinionem firmauit expreſsè Tiraq. in d. Tract. Primig. 17. q. opinio 4. nu. 21. & 3 vnde

Card.

Cardin. Alexandrinus in d. ca. non autem, num. 3. ſub fœdere diſtinctionis repugnantiam huiuſmodi nititur conciliare, vt ſcilicet abſque permiſsione Pontificis etiam de conſenſu electorum non poſsint eſſe de iure duo pluresve Imperatores: ſecus autem ſi Pon-
7 tifex hoc concederet, † à quo pendet approbatio, vnctio, & ipſius coronatio, c. ad apoſtolicæ. de re iud. 6. Clem. 1. de iur. iu. cum alijs, ut per eum. quam diſtinctionem Cardin. Alexand. confirmat Hierony. Cagnol. I. C. ætate ſua doctiſsimus, in l. 2. nu 4. C. de reſcin. vẽdi. vbi dicit, ex magna cauſa legi id aliquando fuiſſe factum.

Tu autem exemplis ſupra narratæ hiſtoriæ retinebis de iure eſſe, & creari poſſe duos, pluresve Imperatores, dummodo tendant concorditer ad vnum & idem Imperium, vnumque ſentiant in Rep. & ſic ad inuicem ſe ipſos ſubalternentur, prout in illis Romanis Imperatoribus contingebat: ſecus tamen ſi dignitas, & poteſtas Imperij veniret diuidenda, tunc enim aliud crederem, ſiquidẽ vnus deberet dici Imperator, videlicet qui legitimè fuiſſet creatus, & electus: alter verò Tyrannus vocaretur, & in his terminis accipi debet d. c. in apibus.

Similiter illud idem accipias, dummodo confirmentur illi duo pluresve A A. à Summo Pont. Rom. à quo iſta omnia dependent,
8 vt per Card. Alexand. vbi ſupra. † Siquidem Imperatores hodie
9 excipiunt iura ab eccleſia ſummoque Pont. † à quo prouenit Imperium, quod idem videmus teſtatum fuiſſe Innocentium, hoc nomine III. Duci Caringiæ in cap. venerabilem, de elect. & hiſtoriæ omnes oſtendunt Imperatorem à Pont. confirmari non ſecus ac priſci illi Imperatores honores illos Auguſtales, confirmationemque Imperij exciperent à S. P. Q. R. quod tunc eueniſſe traditum eſt, quãdo à Græcis in perſonam Caroli Magni fuit Imperium tranſlatum de quo per Platinam in vita Leonis III.

10 Quid autem ſit in Summo Pont. Rom. † nunquid duo pluresve poſsint ſimul eſſe? & gl. in d. ca. non autem, conſtantiſsime aſſerit in eccleſia haberi non poſſe niſi vnum Pont. quam glo. dicit ſingularem Card. Florent. conſ. 150, Quæſitum ſæpe fuit à me. in fi. ſequitur Tiraq. vbi ſupra, nu. 21. Pinel. vbi ſupra nu. 16. & rationem huiuſmodi deciſionis aſsignat Martin Nauar. Interpres diuinarum rerumque humanarum excellentiſsimus, in cap. nouit, in 3. not. nu. 150. de iud.

SVMMARIVM.

11 *Definitio vſuræ nulla reperitur bona.*
12 *Definitio vſuræ communis, damnatur.*

Definitio

13 *Definitio vſuræ à Didaco Couarruu. lata, reijcitur.*
14 *Definitio noua vſuræ.*

§. 1.

SED quoniam vſura, opus noſtrũ præcipuum, ſatis nos vrget, de qua multa veniunt dicenda: ideo his omnibus dimiſsis, quando non debet prologus enormior eſſe quàm tabula, rẽ ipſam aggrediar, & primùm à definitione, tanquã à ſuę rei notitia, capiemus exordium: quamobrem erit videndũ, q̃d ſit vſura. Cũque plurimæ, variæq; definitiones tam apud Iuriſtas,
11 Canoniſtas, atque Theologos tradantur, † tamen aut vix vllam cõperio, quæ ipſi congruat, & quidem frequentiori DD. calculo apparet receptum, quòd vſura ſit quicquid ſorti accedat ex pacto vel intentione præcedẽte. ita Innoc. Abb. Card. & Anan. in ca. 1. de vſur. Io. And. in reg. peccatum, col. 2. de reg. iur. 6. Salic. in rubr. C. de vſur. & paſsim alij, qui omnes mouentur per text. in ca. vſura, 14. q. 3. ſumptum ex Agathẽſi Concilio. verum etſi omnes definitiones in iure dicantur periculoſæ, parumq́ue ſit, quin ſubuerti poſsint, vt aſſerit I. C. in l. omnis diffinitio, ff. de reg. iu. hanc tamen corruptã,
12 imminutamq́ue oſtẽdam. † Nam ad definitionis perfectionẽ requiritur, vt conſtet ex genere, & differentijs, rurſus vt conuertatur cũ ſuo diffinito, quemadmodum apud nos traditur in l. 1. ff. de teſta. l. 1. ff. de dolo. Bart. alijq́ue in l. 1. ff. de acq. poſſ. at in hac nullum adeſt genus, neque aliter conuertitur cum ſuo diffinito, ergo mala. Patet, quia etſi ſorti aliquid accedat ex pacto, vel ſpe præcedente, attamen non ſequitur, quòd per hoc ſit vſura, & oſtendi poteſt in creditore illo, qui licẽt paciſcatur cum debitore, vt ipſe reſtituat ſortem mutuatam cum intereſſe tam damni, quàm lucri: in quo caſu licẽt ſorti aliquid accedat, attamen nemo dixerit vſuram eſſe iuxta glo. in cap. conqueſtus, communiter receptam, de vſur. & de hoc infra latius dicetur. Pari etiam ratione emptor, qui ſortem ſuã expendiderit, poteſt cum venditore conuenire, vt quatenus differat poſſeſsionem tradere, puta in anno, reſtituat precium cũ intereſſe ad rationem fructuum perceptorum. hoc apparet ſorti accedere, & tamen nulla committitur vſura, vt dicitur in hac Conſtitutione. Vnde Didac. Couar. vir hac noſtra ætate nemini Iuriſconſultorum ſecundus, & quem mihi in hoc ſtudij generẽ veluti ducẽ, atque anteſignanum propoſui, lib. 3. var. reſol. cap. 1. nu. 1. rectè inquit hanc ſolam definitionem nobis non ſufficere, non propter rationem

tionem à ſe allegatam, dum dicit definitionem huiuſcemodi indicare tantum nobis ſubſtantiam vſuræ, non tamen eius crimen. hoc quippe haud verum cenſeo, cum ipſa neque crimen, neque vſuræ naturam definiat, vt dicitur. Qua propter ipſe hoc ſuo doctiſsimo præſuppoſito dedit nobis aliam definitionem, quæ mihi videtur eadem cũ illa Marti.Nauar.in rub.& Sum.de vſur. ait enim grauiſſimus iſte author, quòd vſura eſt voluntas capiendi vltra ſortem lucrum aliquod temporale vi, & cauſa mutui principaliter. cuius definitionis verba repetit ipſe ibi atque declarat. Sed aduertendum eſt, quia per hanc definitionem nullatenus exiſtimo ad ipſius
13 vſuræ certam † propriamque notitiam deueniri poſſe, quando ipſa non deſcribat vſuram realem & actualem, ſed potius illam, quam Theologi mentalem dicunt, cuius non eſt intentio noſtra, quando iſthæc nullo modo dici poterit vſura, ſed conatus quidam illam committendi. Et quòd iſta ſubſtantiam huius noſtræ vſuræ non definiat, ſed potius crimen in animo & voluntate, ſentit nouiſſime idemmet Marti.Nauar.I.C.omni genere laudis apud nos clarus, in Commentar. ſuper ca.ſi fœneraberis, 14 q. 3. nu. 15. quem legi editum in hac noſtra vernacula, & vulgari lingua: & demum ne diutius immoremur in recitandis aliorum multis definitionib. hæc ſiquidem explicatio longum exigeret tractatum, ideo relictis alijs non putabimus infructuoſum noſtram interponere definitio-
14 nem. † Vſura igitur ex animi noſtri ſententia, eſt *lucrum receptum à creditore pro vſu rei mutuò datæ*. ita enim illa rectiſsimè definiri exiſtimabimus, nam ſi ea diligenter inſcipiatur, omnia requiſita, & ſubſtantialia definitionis videbuntur concurrere: compoſita enim eſt ex genere & differentijs, rurſus & conuertitur cum ſuo definito, quod vt clarius pateat ſingula ipſius verba exponemus. Ponitur ergo in ipſa, *lucrum*, cum nomen hoc generale ſit, quando vſura omnis lucrum eſt, ſed non econuerſo lucrum omne vſura dici poterit, quod nulla indiget explicatione. Ponitur in ipſa, *receptum à creditore*, vt denotetur verum, reale, & actuale lucrum conſiſtens in pecunia, aliaque re precio æſtimabili ad excluſionem illius acquiſitionis, puta amicitiæ, gratiæ, & ſimilis beneficentiæ, quam abſque vitio vſuræ cauſa mutui creditor deducere poteſt in pactum, vt ſuo loco explicabitur, quod appellatur à Theologis lucrum, & quidem impropriè, cum potius hoc ſit illud, quod DD.noſtri obligationem antidoralem vocant. Similiter ponitur, *receptum*, quia ſi non reciperetur lucrum, vſurarius dici puniri ve haud poſſet, quèadmodum oſtenditur in c.quamquam, de vſur.in 6. poſt Geminianum

num ibi num.4. Dicitur in illa, *pro uſu*, ad differentiam illius lucri, quod recipitur pro mora ratione intereſſe,damni, vel lucri,& in re compenſationem fructuum perceptorum, vt traditur inferius. Ponitur in ipſa, *rei*, quia verbum hoc, teſte I. C. in l 5.ff.de verbo. ſignifi. comprehendit nõ tantum pecuniam, in qua regulariter committitur vſura, vt inferius dicitur, ſed alia conſiſtentia pondere, & menſura, quibus concipitur mutuum, l.2.ff.ſi cer pet. Dicitur poſtremò in ea, *mutuò datæ*, ad excluſionem illius lucri, quod fit cauſa emptionis, conductionis, ſocietatis, & liciti commercij.

SVMMARIVM.

15 *Vſuræ nomen æquiuocum, & analogycum.*
16 *Vſuræ nomen unde dictum, ſeu etymologia vſuræ.*
17 *Fænus, & vſura idem reiecta Franc. Hott. ſententia.*
18 *Vſura ab Hebræis nuncupatur morſus.*
19 *Vſuræ tres ſpecies à DD. magiſtraliter conſtitutæ.*

§. 2.

15 ILLVD etiam non cenſeo † omittendum, vſuram in iure æquiuocum nomen eſſe, vel vt preſsius loquar,analogum. Videmus enim illam quandoque capi impropriè, & latiſsimè pro quocunque ſucceſsiuo incremento, & ſuperabundantia, quæ ex uſu cuiuslibet rei tanquam eius fructus accreſcit, de quo in l. 3. §.vlti. ff.de annu.leg & apud Ciceron.in lib.de Senectu.dum ait,Terra nunquam ſine vſura reddit,quod accipit In quo loco capitur vſura pro fructu ſeminis. & idem Tuſcul. QQ. lib. 1. Natura dedit vſuram vitæ ſicut pecuniæ præſtitura die? Quandoque verò vſura capitur latè, prout in hac Conſtitutione, vbi augumentum omne, quod vltra precium reſtituitur ab emptore, vſura nuncupatur. idẽ in l.lecta, ff ſi cer.peta.& in l.ſi tibi 10. in princip. ff.de pact.vbi incrementum & pœna omnis conuenta ratione moræ debitoris in non ſoluendo ad præſtitutum diem, vſura dicitur. Propriè autem & ſtrictè ſumitur vſura pro illa conuenta ratione uſus pecuniæ debitoris, & pro lucro ipſius creditoris,cuius eſt definitio, & inſpectio noſtra, & de qua habetur in l. cum quidam, §. ſi pupillo, in ſi.ff de vſur.

16 †Vſura modò propriè ſumpta, ſi colliſionem ſyllabarum ſuperſtitiosè

ſtitiosè

ſtitioſè rimari velimus à Latinis dicitur ſiue ab vſu æris vel uſu ſimpliciter. Nam Cicero in Verr. ſic ait, Cur pyratis lucis uſuram tam diuturnam dediſti? Lucis ergo uſura idem eſt, quod lucis uſus, ideſt vita. Dicitur ergo ab vſu vſura, quemadmodum & à cultu cultura, quæ alio modo à Latinis dicitur fœnus, ſumpta alluſione à Græca illa etymologia: quod enim Latini vſuram vocant, Græci τόκον appellant ἀπὸ τοῦ τίκτω, quod eſt pario, ſumpta metaphora à pecoribus, & alijs rebus fæcundis, quæ pariunt, & ideo fœnus quaſi fœtus dicitur. & quanuis Interpretes noſtri & pręcipuè
17 Franc. Ottom. acutiſsimus autor, in titu. de Vſur. diſcrimen ponat inter vſuram & fœnus, non ſecus ac inter genus & ſpeciem, ut nomen vſuræ latius pateat, ſuperiusque ſit quàm fœnus, nempe quòd fœnus duntaxat pro vſura noſtra propriè ſumpta vſurpetur, vſuræ verò nomen capiatur extenſius pro quocunque augmento: attamen nomina iſta confundi, & pro ſinonymis in iure accipi credide-
18 rim. † Hanc ſimiliter, quam Latini vſuram dixerunt, Græciq; fœnus, id quidem Hebræi morſum nuncupant, quamobrem Deuterono. 23. vbi nos legimus, Non fœneraberis fratri tuo, Hebræi habent, Non morſum inferes fratri tuo. Et ſcribitur Exo. 22. ſi mutuò dederis pecuniam populo meo pauperi, qui tecum eſt, non eris ei tanquam exactor, neque inferes ei morſum: etenim ſicut dentibus canis cadaueris viſcera, ſic fœnerator debitoris ſui ſubſtantiam diuellit. Vnde Chryſoſtom. ſuper illud Mat. 5. ſcitè, grauiterque alluſit, dum ſimilis eſt, inquit, pecunia vſurarij morſui aſpidis: percuſſus enim ab aſpide quaſi delectatus abit in ſomnum, & per ſuauitatem ſoporis moritur, quia tunc venenum latenter per omnia membra decurrit: ſic enim qui ſub vſura accipit, ſub tempore quaſi beneficium ſentit, ſed vſura per omnes ſuas facultates decurrit, & totum conuertit in debitum. Hæc Diuus ille: & ex noſtris, Bald. in conſil. 449. ius naturale, lib. 3. ait, quòd vſurarius ſimilis eſt uermiculo ligni, qui ad tactum lenis apparet, ſed dentes habet ita duriſsimos, quòd omne lignum rodit & deuorat: ita vſurarius eſt vermis patrimonium rodens. Hæc ille. Conuenit huc quoque illius obærati, & calamitoſi uiri exemplum, de quo apud Liuium lib. 2. Dec 1. Dionyſius lib. 6. qui ſe in forum proijciens pannoſus, promiſſaque barba, & capillitio ſqualidus ad implorandam Quiritum fidem, aiebat æs alienum feciſſe, id cumulatum uſuris, primò ſe agro paterno, auitoq; exuiſſe, deinde fortunis alijs, poſtremò uelut tabem perueniſſe ad corpus, ductum ſe a creditore, non in ſeruitium ſed in
19 ergaſtulum & carnificinam. † Hactenus modò de nomine huius

noſtræ

noſtræ propriæ vſuræ, nunc de eius effectu agendum, & in primis quæritur quotuplex illa ſit in genere ſumpta. & Bald.Saly. in l.uſuras,C.de vſur.alijq; Iuriſtæ magiſtraliter reſpondent, tres conſtitui vſurarum ſpecies, videlicet vt altera ſit merè lucratiua,altera damni reſtauratiua, alia demum commodi percepti recompenſatiua: refert quoque & ſequitur Cagnol. hic nu. 2. de quibus ſingillatim venit à nobis dicendum.

SVMMARIVM.

20 *Vſura lucratoria naturali iure damnata.*
21 *Palintocia ſeu Anatociſmum quale in vſura.*
22 *Vſura quomodo poſſit eſſe de iure naturali uetita dubitatur, & eius ſolutio num.31.*
23 *Pecuniæ inuentum.*
24 *Numi æreí inuentum.*
25 *Argentei numi inuentum apud Romanos.*
26 *Aurei numi inuentum apud Romanos.*
27 *Pecuniæ vſus apud exteras nationes ante Romanam originem.*
28 *Siclus apud Hebræos qualis.*
29 *Pecuniæ nullus uſus in mundi exordio.*
30 *Pecuniam olim ſignatam in corio DD. qui credunt, reijciuntur.*
31 *Solutio ad difficultatem, quòd vſura eſt de iure naturali uetita.*
32 *Vſura de iure Diuino veteris teſtamenti probibita.*
33 *Vſura iure euangelico vetita.*
34 *Vſura de iure canonico probibita.*
35 *Vſura nunquid Iuriſconſultorum reſponſis probibita.*
36 *Vſura nunquid per Nouellas Iuſtiniani probibita.*
37 *Vſuram de iure ciuili permiſſam DD.qui credunt, falluntur.*
38 *Vſuræ antiquæ Romanorum, in quo differant à noſtratibus.*
39 *Vſuræ antiquitus quomodo conuenirentur.*
40 *Centeſima vſura qualis, & in quibus caſibus conueniretur.*
41 *Intellectus ad l.periculi, ff.de naut.fœn.*
42 *Centeſima vſura per Nicenam Synodum omnino ſublata.*
43 *Beſſes uſuræ quæ.*
44 *Semiſſes uſuræ quæ.*
45 *Quincunces uſuræ quæ.*
46 *Trientes vſuræ quæ.*
47 *Vnciariæ vſuræ quæ.*
48 *Semiunciariæ vſuræ quæ.*

49 *Expoſitiones Accurſij aliorumq́; circa vſuras antiquas, reijciuntur.*
50 *Vſuræ antiquæ ceſſabant ſimul ac ſortem æquaſſent.*
51 *Intellectus varij ad l.nihil intereſt, ff.de naut.fœn.*
52 *Expoſitio Anton. Auguſt. ex animaduerſione Lælij Taurel. ad d.l.nihil intereſt, reijcitur.*
53 *Vſura duplum excedere non poterat.*
54 *Intellectus ad l.uſuræ, C.de vſur.*
55 *Pœna loco vſurarum ſuffecta.*
56 *Siliqua quid.*
57 *Intellectus ad Nouell. Nullum credentem agricolam, incip. rem duram. in Cod.incip. ad hæc.*
58 *Modius qualis.*
59 *Romani priſci ſummo ſtudio vſuras improbabant ex plurium ſcriptorum autoritatibus.*
60 *De iure ciuium Rom. etiam antiquiſſimo vſura damnata, idem apud alias nationes.*
61 *In depoſito vſuræ exigi poſſunt & quomodo.*
62 *In contractu mandati uſuræ quomodò conuenirentur.*
63 *Vſuræ non debebantur niſi per ſtipulationem poſt moram.*
64 *Procurator ad vſuras domino tenebatur & quando.*
65 *Leges vſuras permittentes non loquuntur de lucratoria, ſed de moroſa & punitoria.*

§. 3.

IN primis igitur circa vſuram lucratoriam, quæ eſt
illa noſtra propriè ſumpta, adnotandum eſt, ꝙ iſta
omni iure, videlicet naturali, diuino, & humano,
Canonico, & ciuili reperitur prohibita. Quòd vſu
ra lucratoria naturali iure alio modo ius gentium
dicto ſit damnata, tenuit pluribus rationibus Di-
20 dac. Couar. li.3. † var. reſol. cap.1. nu.5. & ante illũ Bal. in rub. C. de
vſur. col.2. Io. And. in Mercur. reg. peccatũ, de reg. iur. 6. D. Thom.
Aquin. in 2. ſecun. q.78. art.1. Gabriel. Biel. in 4. Sent. diſtin.5. q.11.
Conrad. de contract. q.22. D. Antonin. Florent. in 2. par. Sum in tit.
de vſur. nu.5. Dominic. Soto lib.6. de iuſt. & iu. art.1. col.4. & plu-
rium, quæ ab his allegantur, illud potiſſimũ mihi videtur argumen
tum; Si quidẽ pecunia, in quam diximus vſuram regulariter cadere,
cum ſit res inanimata, impoſſibile eſt de natura, ꝙ ipſa fructificet,
& pariat, quamobrem recipere aliquid vltra ſummam illam pecu-

niæ

niæ, erit iniquum, & contra naturam, vnde dicetur capi potius ex induſtria aliena, quàm de ipſa pecunia, quæ non germinat, quæ ratio eſt de mente Ariſtotel. lib. 1. Polit. cap. 6. & ſeq. & lib. 5. Ethico. Dicit enim Ariſtoteles vbi ſupra, quòd ars fœneratoria ſiue vſura meritò odio habetur, quoniam quæſtum facit à numo, cum non ad hoc conſtitutus ſit, commutationis enim cauſa inductus fuit; & ob id meritò Suidas ex Ariſtophane in nubibus fingebat vſuram eſſe quandam feram belluam, quæ per menſes & dies argentum ſem pergignat labente tempore, ex quo naſcitur illa vſura vſurarum, quæ aliàs vſurarum repetitio, & renouatio dicitur, quam Plutarch.
21 † in Problem. ca. 131 nomine Græcò παλιντοκίαν appellat. Cicero uerò lib. 5. ad Att. epiſt. vlt. & lib. 6 epiſt. 3. & ſeq. anatociſmum nũcupauit, & iſtæ vſuræ vſurarum magna ſeueritate fuerunt à Rep. ſemper expulſæ, vt apparet in l vlt. C. de vſur. rei iud. & in l. vlt. C. de vſur. Appianus quoque Alexandrinus ciuil. lib. 1. teſtatur lege quadam veteri diſpoſitum ſupra fœnus fœnerari minimè licere, qui id effeciſſet eandem mulctam ab illo ſubeundam eſſe, & de iſtis latè pertractat Franc. Ottoman. in tit. de Vſur. lib. 1. ca. 3.

22 † Sed contra ſupradicta apud me oritur difficultas non leuis, quomodo vſura, quæ, vt dicitur, frequentius in pecunia committitur, potuerit eſſe vetita de iure naturali, cum non tam ex legibus, quàm ex hiſtorijs, & bonis autoribus, reque ipſa appareat, pecuniam, ſignatiq; numi vſum fuiſſe inuentum longo interuallo poſt illud antiquum, & proprium ius naturale, quod cum ipſo genere humano rerum natura prodidit, de quo in §. ſingulorum,
23 Inſti. de rer. diuiſ. l. 1. ff. de acqui. rer. dom. † Quòd autem pecunia, ſeu numus ſignatus primis hominibus, & prima illa ætate, nullatenus fuerit, ſignificat nobis Paulus I.C. in l. 1. ff. de contrah. empt. ibi, olim non ita erat numus, & ibi adnotat Budæus.

Et ſi credimus C. Plinio ſecundo naturalis hiſtoriæ lib. 33. c. 3. uidemus apud priſcos illos Roman. nullum vſum fuiſſe monetæ
24 aureæ vel argẽteæ, ac etiam æreæ. † Nam circa inuentũ numi ærei, etſi Draco Corcireus in ſuis Commen. de lapid. gener. & Macrob. lib. Saturnal. cap. 7. tradant Ianum fuiſſe primum, qui æs percuſſerit: attamen Plinius vbi ſupra, ac etiam lib. 18. cap. 3. oſtendit Seruium 6. & penult. Regem Romæ fuiſſe primum, qui æs ſignauerit ouium bouumq; effigie, & ſic nota pecudum, à quo pecunia creditur appellata: nec mirum, quia vt etiam ipſe Plin. ſentit, cum Roman. initio eſſent manipulus paſtorum & fugitiuorum, atque homines nouiſsimi, non fuerunt ſtatim vſi proprio ære ſignato, ſed

tantum ære graui & rudi, ac ponderali ferè, vt olim Lycurgus extincto numo aureo & argenteo tanquàm origine auaritiæ excogitatæ, atque huius fœnebris turpiſsimi quæſtus, ferreo ſolum vtendũ Lacedemonijs propoſuiſſe tradit Plutarch. in eius vita, & in libro Apoph. Laco. Habuit quoque teſte Plutar. in lib. Problem. veteris Roma. numi altera pars Ianum bifrontem impreſſum, altera

25 proram nauis aut puppim. † Argenteum verò numum primum ſignatum fuiſſe teſtatur Plin. vbi ſupra, lib. 33. anno vrbis DLXXXV. Q. Flabio Cos. quinque annis ante primum bellum Punicum, & illum bigarum ac quadrigarum nota ſcriptum quoque reperimus apud L. Florũ in 2. Epitoma Liuiana lib. 5. dicentem pop. Roma. Picentibus victis tum primum argento vti cæpiſſe, & Liuius lib. 4. 1. Dec. tradit patres illos Rom. æs graue plauſtris ad ærarium contuliſſe pro bello Veientibus indicendo, & hoc vt ipſe dicit, quia nõdum argentum ſignatum erat, & ex noſtris refert Couar. Iuriſconſ. ſuis virtutibus perſpicuus, in li. vet. colla. numiſ. cap. 2. in prin.

26 † Aureus vero numus traditur fuiſſe percuſſus anno lxij. poſt percuſsionem argentei, autore Plinio vbi ſupra lib. 33.

27 † Similiter apud exteras nationes, licèt ante Rom. originem multis quidem annis fuerit numiſmatũ vſus, vt apparet ex Strabone li. 8. Ariſtotele in Politi. Platone, Plutarcho in Lyſandro, Pauſan. in Laconic. Vergil. Polid. de inuent. rerum cap. 2. Georg. Agrico. lib. 1. de precio metal. & monet. Stephano Forcatulo in Necyomancia iuris Dialo. 68. Ludo. Cæl. lib. 6. Lectio. antiq. cap. 2. & ex noſtris Alberi. in d. l. 1. nu. 1. ff de contrahen. empt. refert ſe legiſſe in ſcriptura authentica, quod Thares pater Abrahæ fuerit primus, qui pecuniam fabricauerit iuſſu Regis Nini. Herodot. verò Halicarna. li. 1. ca. 8. ad fin. tradit Lydos primum duntaxat eorum hominum, qui ſciantur, numum aureum, argenteumq́ue ad vtendum percuſsiſſe, etſi Plin. & Vergil. Polid. vbi ſupra, dicant hoc quidem latuiſſe in certo autore. Nam legitur quòd Theſeus, qui regnauit Athenis temporibus iudicum Iſrael ante Chriſti aduentum amplius annorum M. CC. numum bouis ſigno percuſsiſſe, & in ſacris Biblijs ſiclorum & argenteorum videmus mentionem tam crebram fuiſ-

28 ſe factam. † Eſt autem Siclus Hebraice Sechel antiquum verbum & Hebræorum numiſma, vt teſtatur Ioſeph lib. 3. antiquit. cap. 12. & Suidas, quo nec Græci neque Latini vſi ſunt teſte Budæo li. 4. de Aſſe, qui Siclus vt per Ioſeph. quatuor dragmas Atticas habet, & ſic eſt idem quod ſteter, vt inquit Hieronym. Ezechiel. 3. ſiue ſemiuncia & tetradragma, quæ idem ſunt, vt patet Matt. 17. ad fi.

vbi

vbi dominus iuſſit Petro expiſcatum ſtateram dari pro ſe, & illo petente didragma à ſingulis. De ſiclis autem & argenteis legitur Gen. 13. vbi Abraham emit ab Ephron agrum ſpeluncæ duplicij, & ſoluit ei pecuniam quadringentos ſiclos argenti probatæ monetæ. Similiter Geneſi c. 20. Ecce dedi mille argenteos fratri tuo. & Gen. 37. Vendiderunt eum ſcilicet Ioſephum Iſmaeliticis 20. argenteis. Rurſus Eſaiæ 46. Qui confertis aurum de loculo argentum ſtatera ponderatis. Et Exodi 30. Leuit. vlt. Num. 3. Ezechiel 45. Sicho vero duplex erat, alter enim dicebatur templi ſeu ſanctuarij continens 20 obolos ad differentiam, videlicet ſicli vulgaris, & ille erat ſemiuncialis. Alter enim ſiclus vulgaris erat dimidio minor, qui duas tantum dragmas, & ſic quadrãtem vnciæ pendebat & 10. obolos Hebraicos valebat. Pariter talentum templi capiebat centũ & viginti libras: prophanum verò, quo vulgò vtebantur, 60. tantum & ſic dimidium. Et demum plura de ſiclo videre poteris apud Robert. de vera menſura, ponderumque ratione, Tomo 5.

29 †Vtcunque tamen iſta ſint, omnes præcitati autores conueniunt quòd in mundi exordio nullus fuerit pecuniæ uſus, & ex noſtris quoque tradiderũt Tira. in li. 1. Retract §. 1. gl. 20. nu. 9. & §. 30 gl. 1. nu. 16. Couar. in lib. vet. Col. Numiſ. in princ. & ca. 2. & ſeq. Arri. Piñel. in rub. C. de reſcind. vend. par. 1. cap. 1. nu. 2. & cap. 3. nu. 1.

Modò quo ad ſolutionem difficultatis excitatæ, omiſſis traditis per Bar. in d. l. 1. ff. de cõt. empt. Iaſ. poſt Caſt. Alberi. & Ange. in l. ex hoc iure, nu. 29. ff. de iuſt. & iu. Guid. Pap. dec. Delphinat. 493. Anto. Burg. in rub. de empt. & vend. col. 4. dum credunt, quòd licèt à princ. numus non eſſet ſignatus in auro, argento, vel ære, attamen

30 erat vſus pecuniæ, †pro ut in corio, charta, vel alia ſimili materia, vt etiam refert Alexand. ab Alexand. Dierum genialium lib. 4. ca. 15. Sed cum iſta non tam hiſtoriæ quam fabulæ anicularum videãtur, & ijs ſimiles, quæ in tonſtrinis memorari ſolent, prout rectè demonſtrarunt Mod. Pariſienſ. virtute quantumuis admirabili exornati, nullo tamen merito in Chriſtiana Repub. commendabiles, in

31 Tract. de contract. q. vlt. nu. 799. † Ideo in caſu iſto breuiter dicas, quòd ad hoc vt res dicatur eſſe iuris naturalis, vel iuriſgentium, non requiritur de neceſſitate, vt ipſa in mundi exordio cum hominibus fuerit, ſed ſufficit eam rem conuenire humano intellectui ac naturali rationi, atque ideo ab omnibus gentibus communiter in vnum recipi. probatur §. ius autem ciuile, verſ. quod vero, Inſtit. de iu. natur. gent. & ciui. ſentit Franc. Conna. lib. 1. cap. 5. Pinel. in d. rub. C. de reſcind. vend. par. 1. nu. 7.

Modò in propoſito licèt poſt vrbes conditas, & iura ciuilia, pecunia fuerit inuenta: attamen cum naturalis ratio dictet, improbum ac infandum eſſe vſurarium exercitium, cumque ob id apud omnes gentes peræquè damnetur, meritò iure naturali prohibitum dicetur, d. verſi. quòd verò.

32 †De iure autem diuino veteris teſtamenti, quòd vſura fuerit dãnata, plana ſunt teſtimonia, vt pote præcepto illo Decalogi, Non furtum facies, de quo in Exodo cap. 22. Diui enim Ambroſius, & Auguſtinus vſuram pro furto, & rapina accipiunt, vt apparet in ca. ſiquis, & ca. ſeq. 14. q. 4. & clarius probatur hòc Ezechiæ capitu. 18. vbi Dominus contra fœneratorem ſic ait, quòd talis non viuet, ſed morietur. & Exodi 22. Si pecuniam dederis mutuò populo meo pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum quaſi exactor, nec vſuris opprimes. & Leuit. 25. Pecuniam non dabis fratri tuo ad vſuram, & frugum ſuperabundantiam non exiges. & Pſalmo 14. Propheta accepit à Domino non habitaturum in templo Domini eum, qui ad vſuram pecuniam dederit, aut munus de innocente acceperit. Plures aliæ autoritates ad hoc comprobandum poſſent recenſeri, ſed quia iſtud apud Theologos & Iuriſconſultos indubitatum pertranſit, ideo omittuntur.

33 † Clari etiam iuris eſſe debet vſuram nouo teſtamento vetitam eſſe, quando ita diſpoſuit Concilium Lateranenſe, de quo in capit. quia in omnibus, de vſur. & Alexander illo nomine III. Sum. Pont. tradit in cap. ſuper eo, eod. titu. quòd vſurarium crimen vtriuſque teſtamenti pagina damnatur, hocque patet expreſsè, poſtquàm præceptum Decalogi, Non furtũ facies, de quo ſupra, noua lege confirmatur, Mat. 19. Cumque illud non fuerit ceremoniale aut iudiciale, ſed mortale tantum, ideo nulla in parte abrogatum adhuc viget, §. vlti. di. 6. Et demum probatur hoc in ipſo Euangelio Lucæ 6. in illis verbis, mutuum date nihil inde ſperantes. quæ Vrbanus Pont. in capitu. conſuluit, ita fuit interpretatus ad confirmandam vſurarum prohibitionem de iure Euangelico. Et licèt quibuſdam videatur per locum illum ad hoc adduci conſuetiſsimum non probari uſuram Euangelico iure prohibitam, prout tenent Neoterici Pariſien. in tracta. de contract. in prin. num. 11. And. Alciat. I.C. tantis virtutibus laudatiſsimus & anteſignanus Iuriſconſultorum omnium, qui ius ciuile illuſtrauit in Parerg. lib. 6. ca. 20. Dominic. Soto lib. 6. de iuſt. & iu. art. 1. col. 4. qui omnes dicunt ibi non eſſe prohibitionem vſuræ, ſed conſilium mutuò dandi ſine ſpe humanæ compenſationis, explicãdo ſenſum illius text. vt per Sotum. Attamen cum interpretatio huiuſcemodi

modi ab ipſa Eccleſia dictante Spiritu ſancto fuerit recepta, videlicet per duos Pontifices, Concilium Lateranenſe, nec non & alterũ Concilium Lateranenſe, Seſsione x. ſub Leone X. editum, quod expreſsè dicit, autoritatem illam Euangelij ſub præcepto vſuram vetare, ideo contrarium pertinaci animo aſſerere eſſet omnino hæreſis, vt tradit Alfonſus de Caſtro in lib. de Hæreſ. cap. vlt. pluribus oſtendit Gulielmus Peraldus, Epiſcopus Lugdun. in Sum. de vitijs & virtutibus, Tomo 2. Tract. de Auaritia, cap. 1. ex noſtris tenet Matheſil. ſingul. 49. Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 1. num. 5. Nauar. in commenta de vſur. ſuper ca. ſi fœneraberis, 14. q. 3. num. 7. & ſequen.

34 † Quòd de iure canonico vſuræ ſint indiſtinctè prohibitæ, patet ex iuribus ſupra deductis, & in multis pœnis in vſurarios excogitatis, de quibus vltra alios dico in ca. quanquam, de vſur. 6. & de hoc nemo eſt qui dubitet, ideo non inſiſtendum, quando iſto iure ſtatutum reperitur excommunicationis reatum hæreſisq́; notam incurrere, qui vſuras non dico per leges induceret, ſed licitas aſſeueraret, Clemen. vni. vbi Imo. poſt glo. nu. 28. de vſur. cæteriq́; Scribentes.

35 † Sed apud me reſidet maxima difficultas quid ſit de iure ciuili, nam Iureconſultorum reſponſis, de quibus in Pandectis, videntur vſuræ fuiſſe permiſſæ, l. lecta, ff. ſi cert. pet. l. placuit, cum ſim. ff. de vſur. & paſsim legi poteſt. Idem quoque legibus Imperatorum videtur, de quibus in Cod. etiam ſi fuerint Iuſtiniani, l. eos, & toto tit. C de vſur. & putauit hoc Bar. in l. 1. col. 3. vbi Iaſ. poſt alios, nu. 28. C. de ſum. Trin. & fi. cath. communiter tradunt de mente iuris ciuilis vſuras fuiſſe permiſſas, licèt non exiſtimauerint permitti debere, idem Bar. in auth. ad hæc, C. de vſur.

36 † Sed quid per Cõſtitutiones Nouellas Iuſtiniani? & glo. in d. authen. ad hæc, tenet quòd ipſe per eas prohibuerit vſuras, & ſic factum illud pœnituerit quod prius permiſerat, idem tenet glo. in ca. quid dicam, 14. q. 4. & in cap. quia in omnibus, de vſur. & in huiuſmodi ſententiam iuiſſe omnes legum gloſſatores, tradit Imo. in Cle. 1. nu. 8. de vſur. Abb. in cap. cum ſit, num. 18 de foro compet. eumq́; defendit Fortun. Garzia de vlt. fine iuris illat. 5. mouentur omnes, ſiquidem catholicus Iuſtinianus in Auth. de eccleſiaſt. tit. in princip. mandat obſeruari quatuor Concilia ſicut leges, & iam Concilium Nicenum, de quo ibi, vſuras execratur; ergo per illud ius fuerunt prohibitæ vſuræ à Iuſtiniano. Alij verò ſunt opinati quòd Iuſtinianus vſuras tolerauerit ſolum propter bonum publicum; & ad deterius vitandum, quemadmodum & meretriciatum, non tamen quòd illas vti licitas permiſerit in foro Dei, hoc enim

per cauſas ſupradictas haud poteſt: Sed ſicuti mortalium luxuria, ita & auaritia humanis legibus omnino reſtingui non valet, atque hoc arbitratus fuit D. Thom. 2.2.q.78. art. 1. in Reſponſo ad 3. & in opuſc. de vſur. ca.4. in fi. & glo.pen.in fi.ca.1.x.Diſtinct.Ioan. And.poſt Gerard.de Sen.in Mercurial.Reg.peccatũ, de reg. iu.6. S.Bernardin.de Euang.æterno, Serm.38.c.3. Purpurat.poſt alios in l.1.num.52.C.de ſum.Trini.Ioan. Gerſon de contract. Præpo. 17. Anchar.in Repet. cap.peccati venia.q.2.col.7.de reg.iu.6. Domin. Soto lib.6.de iuſt.& iu.arti.1.col.antepen.& ſeq.

Multi autem exiſtimauerunt, quòd etiam in Nouellis ipſis Iuſtiniani fuerunt vſuræ permiſſæ, atque hoc ipſum putauit Abb. in d. cap cum ſit, num.18.Conrad.de contract.q.22.concluſ.10.Couar. vbi ſupra nu 6. Alciat.lib.6.Parergon cap. 20. mouentur hi DD. & præcipuè Abb. quia ipſe Iuſtinianus in eodem tit. de Eccleſiaſt.tit. in §. ſi quis autem, verſ. ſi autem qui hoc facere, mandat vſuras certo caſu ſolui. idem in tit. de vſur. naut. permittit vſuras certo modo, & quòd non obſtet obiectio glo.in d. authen.ad hæc, videlicet quòd in dictis Nouellis Cõſtitutionibus ponantur caſus ſpeciales. rñdent enim, ꝙ ſi Iuſtinianus reſpexiſſet vſurarum peccatũ, non permiſiſſet illas etiam in ipſis caſibus, quia non apparet in eis aliqua ſpecialitatis ratio, propter quam euitetur peccatum. Et illam rationem pro communi opinione adductam, videlicet dum tradunt Iuſtinianum vſuram vetaſſe, ex quo illa quatuor Concilia admiſit, hoc pacto reſoluunt, quia omiſſo, prout dicit Abb. quòd illa Nicena Synodus, de qua in d. ca. quoniam. loquitur ſolum de clericis, & regularibus, quorum pœna Laycis non conuenit: attamen dicũt non valere hanc conſequentiam, nam illæ ſuæ expreſſæ Conſtitutiones, per quas iam erant vſuræ permiſſæ, non videntur per hanc Iuſtiniani tacitam mentem correctæ, arg.l. præcipimus, in fi. C. de appella. Nam etſi illa quatuor Concilia ipſe admiſerit, non videtur per hoc prohibere quæ ab ipſis Concilijs prohibentur, quod hac ratione oſtendit Couarru. inquiens in ſimili, quòd lex diuina Euangelica mandat Rom. Pontificis Conſtitutionibus eſſe parendum, & tamen non omnia, quæ à Pontifice prohibentur, reperiuntur lege diuina prohibita. exemplificat ipſe in eſu carnium, qui licèt ſanctiſsimo canone Pontificio quibuſdam diebus ſit interdictus, non tamen reperitur vetitus præcepto diuino.

37 † Vt hinc facilè poſſis oſtendere, vanã fuiſſe diſputationem huiuſcemodi, in qua tot grauiſsimi patres ab re quidem inſudarunt, vt plurimum inter ſe diſsidendo, noſq; tam inſtructa argumento-

rum

rum phalange miſerè fluctuando. Falſum quippe credo fuiſſe eorum præſuppoſitum, nam tantum abeſt, vt leges illæ humanæ, ſeu ius ciuile, hanc noſtram vſuram propriè ſumptam permiſerit, vt ẽt exiſtimem ſummo rigore de illo iure fuiſſe damnatam, neque Iureconſultorum reſponſa, AA. leges, Iuſtiniani Conſtitutiones, ſi rectius inſpiciantur, dum vſuras permitti creduntur, videbis non de hac propria, quæ pro vſu conuenitur, & quam lucratoriam vocamus, loqui, ſed de alia impropria & lata, quam reſtauratiuam dicimus: adduci enim nequeo, vt exiſtimem antiquos illos alioquin iuſtiſsimos, atque prudentiſsimos viros, & qui nos tam optimis ac ſacratiſsimis legibus inſtituerunt, fœnus iſtud natura, boniſq; moribus improbum, iuſtitiæq; commutatiuæ omnino contrarium induxiſſe, quinimò hoc credere naphas eſſe putarem, quod indicat nobis expreſsè Paulus I.C. in l. cum quidam, §. ſi pupillo, in fi. ff. de vſur. dum tradit, quòd vſuræ non propter lucrum petentium, ſed propter moram non ſoluentium infliguntur.

38 † Ex quo colligitur quòd vſura, quæ de illo iure permittebatur, parum aut nihilum à noſtra hodie permiſſa diſcrepabat, ſiquidem de iure illo ratione moræ non ſoluentis certo quodam modo conueniebantur, quem quia fœneratorum aliorumq; improbiſsimorũ hominum, vti aſſolet, licentia exceſſerat, ideo à Iuſtiniano A. in d. l. eos, fuit reductum, atque taxatum. At verò quæ hodie conceduntur, debentur & propter moram non ſoluentis, ac etiam ratione damni emergentis, aut lucri ceſſantis in creditore, quæ vtplurimum grauiores ſunt, & in hoc differre ſentio vſuras noſtri temporis ab illis antiquis. Quorum, vt habeatur aliqua notitia & quonam modo apud priſcos illos homines conuenirentur:

39 † Sciendum eſt moris fuiſſe apud eos vſuras huiuſmodi, quas moroſas & punitorias dicemus, ſolitas conueniri Calendis, Idibus verò illas exigi: ſed apud Græcos Calendis accipiebantur, quemadmodum legitur apud Tullium lib 4. Epiſt ad Atti. in Epiſtola de Eutichide, Gratũ &c. & lib. 14. in Epiſtola, E. Pompeiano. & Horatius Epode 2. ſcribit, Hæc vbi locutus fœnerator Alphius, omne relegit Idibus pecuniam, quærit Calendis ponere. Colligitur etiam ex l. lecta, ff. ſi cer. peta. & indicat hoc nobis illud nomen Calẽdarium, quod traditur nobis ſcriptum. Calẽdarium enim erat liber, in quo vſurarũ rõ habebatur, earumq; debitores ibi adnotabantur, vt deducitur ex l. qui filium, & l. nomen, §. 1. ff. de leg. 3. l. nepoti, ff. de ſun. inſtruc. Alciat. lib. 2. Parergon, cap. 23. Hinc quoque dictæ ſunt illæ vſuræ menſtruæ, quæ ſingulis quibuſq; menſibus penſi-

tari,

tari, præſtariq; ſolebant, vt colligitur ex Papiniano I. C. in l. Pu blia. § Lucius, ff. depoſi. apparet etiam in l. cum ſtipulati ſumus, ff. de verb. oblig. & deducitur ex d. l. lecta, tradit hoc Guilielm. Bud. I.C. illuſtri doctrina clariſsimus, li. 1. de Aſſe, Hierony. Groſlot. in cõmenta. d. l. lecta, Tiraq. in lib. 1. Retract. §. 1. gl. 6. nu. 18. Et quoniã iſtæ vſuræ diuerſimodè conſiderantur, vt apparet ex eorum varijs & diuerſis nominibus: ideo dicendum eſt Iuriſconſultos fuiſſe ſolitos nominare Aſſem omne integrum, quod per partes veniret diuidendum, ex quo fit vt hæreditas per Aſſem diuidatur, l. ſeruũ, §. vlt. ff. de her. inſti § hæreditas, Inſt. eod. tit facit l. ſciendum, ff. qui ſatiſ. cog. Sic illa vſura quæ ſumma eſſet Aſsis, dici poteſt reſpectu vnius anni, & ita fuiſſet appellata. Verum quia Romani quamcunque ſortem ad numerum centenarium redigebant cauſa facilioris, & cõmodioris numeri, imitantes Græcorum morẽ, qui oẽs vſuras ad minam reducebant confectum ex cẽtum dragmis, prout etiam mos huiuſmodi apud nos inualuit. & quoniam ſingulis menſibus vſuræ penſitabantur, vt dicitur penſiones illæ ſortitæ ſibi fuerunt nomen ex illo numero centenario.

40 † Quamobrem factum fuit, vt vſura centeſima appellaretur, ideo dicta quòd ſingulis penſionibus vnus denarius quolibet menſe exigeretur, qui redactus ad ſortem centum, eſt centeſima pars, ſicut ẽt apud Græcos dicitur vſura dragmalis quæ eſt cẽteſima pars minæ. Sequitur ergo quòd centeſima vſura, centeſimo demum menſe ſortem conficiebat, & ſic exigebatur ad rationem 12. pro centum quolibet anno, quæ centeſimæ vſuræ ſunt omnium maximæ, vt ex Demoſthene refert Budæ. lib. 1. Aſsis, Moder. Pariſ. de cõtract. in prin. nu. 36. licèt in traiectitijs contractibus centeſimam excedere fuiſſet conceſſum veteribus legibus, vt refert Iuſtinianus in d. l. eos. §. 1. Stipulabantur ergo centeſimas vſuras antiqui in certis caſibus, videlicet in traiectitia & nautica pecunia, quando conuentum eſſet creditoris eſſe periculum, l. nihil intereſt, ff. de naut fœn. & iſtæ vſuræ maritimæ vocabantur, de quibus in l. fœnerator. ff. eod. tit. prox.

41 † Conueniebãtur etiam centeſimæ cum piſcatoribus & athletis accipientibus pecuniam in apparatum, vt credit Accurſ. in l. periculi, ff. eo. tit. cum tamen tex. ille non exprimat centeſimam vſuram. vnde tenuerunt aliqui agi ibi de vſuris communibus, prout credit Benuenut. Straccha, ſcriptor etſi recens, non tamen contemnendus, in tracta. de Aſſe curat. in præfat. nu. 12. quem videas pro intellectu illius legis quam ipſe malè vnà cum glo. intellexit. Quamobrem melius explicarunt tex. illum Moderni Pariſienſ. de cõtract.

q 3.nu.98.dum reiecto intellectu glo.ibi, & in l. quod te, vbi Bart. colum.1.Ripa col 6.nu.23.in fi.ff.ſi cert.peta. & alij vbique, qui illum tex.intellexerunt loqui de mutuo.exponunt ergo ipſi quòd loquatur de certa ſumma ſemel ſoluenda vltra ſortem, vel de maiori in caſum vel euentum bonæ fortunæ, vel ſuperlucri recipientis: & quod ultra ſortem in illum euentum promittitur,aptiſsimè ibi precium periculi notatur, & cōuenit ibi exemplum, puta,ſi dem piſcatori centum, vt paret ſe ad piſcandum, ea tamen conditione, ut ſi non capiat perdat ſortem, ſi uerò capiat, reddat centum quinquaginta, reſiduum lucretur: vnde non eſt ibi propriè mutuum, cum non agatur, vt tantumdem reddatur, ſed vt nihil, vel maior ſumma reddatur. erit igitur potius ibi contractus innominatus, do vt des, uidelicet do purè, ſub vna conditione nihil, ſub alia plus des: vnde ibi nullo modo poteſt conſiderari vſura,cum non labente tempore,prout eſt de eius natura, ſed ſemel ſit ſoluendum. verba modò illius legis ſunt huiuſcemodi,

Periculi precium eſt etſi conditione quauis pœnali non exiſtente, recepturus ſis quod dederis, & inſuper aliquid præter pecuniam, ſi modò in aliam ſpeciem non cadat, ueluti ea, ex quibus conditiones naſcuntur, vt ſi manumittas, ſi illud non facies, ſi non conualuero. Sed nec dubitabis, ſi piſcatori erogaturo in apparatum plurimum pecuniæ dederim, vt ſi cepiſſet, redderet: & athletæ, unde ſe exhiberet, exerceretque, vt ſi uiciſſet, redderet: in his enim omnibus & pactum ſine ſtipulatione ad augendam obligationem prodeſt. Hactenus I.C. Exigebantur etiam centeſimæ à ſocio pro expenſis erogatis in refectione communis ædificij, vt ſcriptum reliquit Philippus A. in l.ſi ut proponas, C. de ædif. priua.l.cum duobus,§.idem reſpondit, ff.pro ſocio. Cæpol.de ſeruit.vrb.præd.cap.59.de refectione. Iaſ.in l.quo minus, col.19. ff.de flumi. Exigebantur etiam centeſimæ ab eo,qui per ſententiam condemnatus diſtuliſſet ſolutionem vltra quatuor menſes, vt dicit Iuſtinianus in l.2.C.de vſur.rei iud. corrigens ibi priſcas leges, quæ duas centeſimas inſerebant, de quo in l.vſuræ, C.de uſur. ac etiam ſuam ſanctionem, quæ dimidiam centeſimæ ſtatuebat, & Matheſilanus ibi dicit in tali caſu hanc centeſimam uſuram hodie permiſſam, vt apparet in eius recollectis ad illum titulum. Sic etiam exigebatur centeſima ab illo Tutore, & Magiſtratu, qui pecunias pupilli & publicas in uſus ſuos conuertiſſet, ut refert Triphonius I.C. in l.qui ſine, & ibi Accur. ff. de neg. geſt. l.tutor, qui repertorium.§.pecunia,l.non exiſtimo,ff.de admin.tuto. l.5. C. de uſur.pupil. & de his omnibus centeſimis vide Fran. Ottom. lib. 1. de vſur cap.9.

42 ca.9. † Illud tamen aduertas centeſimas uſuras in Nycena Synodo de anno 324. fuiſſe damnatas, de quo in capi. quoniam multi, 47. diſtin. Centeſima ergo cum ſit as vſurarum, factum eſt ut reliquæ uſuræ fuerint nominatæ, & diſtinctæ in partem ipſius aſsis, quando
43 minores debuiſſent conueniri, prout ſunt † Beſſes, ueluti duæ par-
44 tes ex tribus partibus centeſimæ, & ſic octo pro centum. † Sunt etiam ſemiſſes, ideſt dimidia centeſimæ, l. ult. C. de uſur. fiſcal. lib. 10. l. ſed debitores, iuncta l. cum quidam, ff. de vſur. quæ exiguntur ad rationem ſex pro centum, de quibus etiam fit mentio in l. 1. in fi. C. de his qui vt indig. l. qui ſemiſſes, ff. de vſur.

45 † Reperiuntur etiam vſuræ quincunces, quæ ſunt propè, & ante ſemiſſem, & ſic ad rationem quinque pro centum, de quibus in d. l. cum quidam ff. de vſur.

46 † Sunt etiam trientes, ideſt tertia pars centeſimæ, & ſic ad rationem quatuor pro centum, de quibus in l. 3. §. item ſi Reip. ff. ad leg. Falci Hoc autem fœnus trientarium, quod minimis vſuris dicebatur, exercuit Antoninus Pius A. quo patrimonio ſuo plurimos adiuuaret, vt refert Capitolinus in eius uita, quod etiam fecit Alexander Seuerus, vt pauperibus opem ferret, quinimò ipſe hac de cauſa vſuras fœneratorum contraxit ad trientes penſiones, & Senatores ſi fœnerarentur, vſuras accipere primò vetuit, niſi aliquod muneris cauſa acciperent: poſtea autem iuſsit, vt ſemiſſes acciperent donum, munus tamē ſubſtulit, vt teſtatur Lampridius in eius vita.

47 † Reperiuntur quoque vnciariæ & ſemiunciariæ vſuræ, vt legitur apud Cornelium Tacitum, Annalium lib. 5. Liuium lib. 7. 1. Deca. Erat enim vnciaria vſura, quæ centeſimo demum anno ſortem æquaret, nempe duodecima pars centeſimæ, & uncia ipſius Aſsis, & ſic exigeretur vnus numus ad rationem centum quolibet anno, vt tradit Franciſc. Balduin. in leg. 12. tab. l. 5. cuius unciariæ vſuræ meminit Scæuola I.C. in l. Titium. §. præfectus, ff. de adminiſtra tuto.

48 † Semiunciariæ autem uſuræ ex unciario fœnore fuerunt confectæ, quæ ducenteſimo demum anno ſortem æquabant, & ex quibus ſoluebatur vnus numus ad rationem 200. quolibet anno, quæ unciariæ & ſemiunciariæ vſuræ in deſuetudinem abierunt, & vt teſtatur Tacitus vbi ſupra, per l. 12. tab. ſancitum fuit, ne quis unciarium fœnus amplius exerceret. Accidit poſtmodum, ut per Iuſtinianum A. ſancitum fuerit in d. l. eos, §. 1. quòd centeſimæ illæ vſuræ tantummodo licerent conueniri & exigi in traiectitijs, & nautica pecunia: Beſſes verò vſuræ à quolibet mercatore, ſiue negociatore

gociatore: Semiſſes autem indifferentur à cæteris hominibus: Trientes verò fuerunt taxatæ in contractus illuſtrium perſonarum.

49 †Vt hinc clarè appareat quantum antiquitatis huius fuerit ignarius Accurſius, dum in d.l. eos, verſ. tertiam &c. & in ca. eam enim, verſ. centeſimæ, 10.q.2. & in ca. quoniam multæ, 37. diſtin. vbi Ioan. de Tur. Crema. credidit centeſimam uſuram eſſe, quæ ſcilicet in anno æquaret ſortem, prout etiam tenuit Azo in Sum. C. de naut. fœn. Hoſt. in Sum. de vſur. §. ex quibus cauſis. ex quo errore alij etiã manarunt dum crediderunt Beſſem vſuram eſſe, quæ in vno anno cum dimidio ſortem æquaret, & ſic exigeretur ad rationem 66. pro centum quolibet anno. Semiſſes autem æquarent ſortem in duobus annis, & ſic quolibet anno exigerentur ad rationem 50. pro cẽtum, vt dicit glo. in l. 1. in fi. C. de his qui. vt indig. Trientes verò eſſent quæ in tribus annis ſortem æquarent, & ſic exigerentur ad rationem 33. pro centum quolibet anno, quorum ſententia atque explicatio eſt prorſus falſa & ſtolidiſsima, quicquid dicat Catellia. Cot. in Memorial in ver. vſura Triens: atque ex noſtris rectè aduertit hoc Socin. in d. §. item ſi Reip. poſt Lucium Columellam de Agricultura, lib. 3. cap. 3. & Hermolaum Barbarum patritium Venetum in ſecundas caſtigationes Plinianas lib. 14. ca. 4. in prioribus, ſi quidem errabat poſtquàm ſemiſſem vſuram exponebat ibi, quæ in ſingulos annos dimidium ſortis pariat & malè. Sed de hoc optimè tradit Budæ. lib. 1. de Aſſe & parti. Alcia. diſpunct. li. 3. c. 1. Tiraq. li. 1. Retract. §. 1. glo. 6. nu. 18. Franciſc Ottom. li. 1. de vſur. cap. 7. & ſeq. tradunt quàmplures alij relati per Couar. lib. 3. Var. Reſol. cap. 9. nu. 6. Straccha in Tracta. de Aſſecurat. in Præfat. nu. 17. & ſeq. omnium melius Carolus Sigonius, antiquarum rerum cæterarumq; virtutum ſcientiſsimus, in nunquam ſatis laudato opere illo de antiquo iure Ciuium Romanorum, li. 2. cap. 11.

50 † Et ne omnes hominum facultates depaſcerentur, ſi vſuræ per-
petuo, vel longiori tempore procederent, ideo illis quidam parti-
cularis modus fuit præſcriptus, videlicet ne ſupra duplum exigi
poſſent, etiam in nautica pecunia, ſed ſimul ac ſortem æquaſſent,
ceſſarent, & hoc eſt quod voluit Papinianus I. C. in l. nihil intereſt,
51 verſ. quòd in ſingulos, ff. de naut. fœn. † Super quo tex. cum va-
riæ extiterint Interpretum tranſpoſitiones, operæ precium exiſti-
maui, ſi oſtenderem illum reſtitui debere ad ſuam priſtinam, ve-
ramq; lectionem. Communis igitur, veraq; litera in hunc modum
legitur, *Nec pignora vel hypothecæ titulo maioris vſuræ tenebun-
tur, pro operis ſerui traiectitiæ pecuniæ gratia ſecuti*. Deinde, *Quo*

in ſingu-

in ſingulos dies in ſtipulatum deductum eſt ad finem centeſimæ, non vltra duplum debetur. Hactenus tex. alioquin clariſsimus, vario DD. ſenſu effectus difficils atque obſcurus, vt niſi ad ſuum naturalem curſum reducatur, veritas ex eo hauriri nequeat quando Budæus in ipſius Adnotationibus Hierony. Groſſot. in d. lecta, nec non Gregor. Haloander faciunt tranſpoſitionem adeo peruerſam. Nam dum litera communis dicit, ad finem cẽteſimæ, non vltra duplum debetur, ipſi legunt, ad finem non vltra duplum centeſimæ debetur, intelligentes ob id, quod tex ille loquatur de duobus centeſimis, quæ conueniri poterant pro duobus commeatibus, id eſt pro pecuniæ traiectu, & mercium retro importatione ex ea pecunia comparatarum, vt in l. 1. illius tit. quod tamen haud verum eſt, cũ expreſsè diſponat tex. de vna cẽteſima, quæ in ſui fine finiente duplum cum ſorte conficit, nec vltra progredi poteſt, & ſic loquitur de termino, quando finiuntur vſuræ, videlicet quando centeſima ſortem æquauit, quo caſu non amplius currunt, neque debentur: Quamobrem de tranſpoſitione huiuſmodi miratur Alciatus lib. 6. Parargon, cap. 15 Reſtituendum quoque cenſet huiuſmodi verborum ordinem à Budæo cæteriſque mutatum, Anton. Auguſt. Hiſpan. ex animaduerſione Lelij Taurel, præcellenti apud
52 nos virtute & autoritate I.C. in lib. 1. Emendationum, cap. 9. qui tamen magis magisq; tranſpoſuerunt, atque inuerterunt text. dum exiſtimarunt verſiculum huiuſmodi, *Quod in ſingulos &c.* aliter legendum, atque punctuandum eſſe, vt videlicet capiat principium ab illis verbis, *pro operis &c.* ibique verſiculum incipiendum credunt, vt ſcilicet legatur, *Pro operis ſerui traiectitiæ pecuniæ gratia ſecuti, quod in ſingulos dies in ſtipulatum deductum eſt, ad finem centeſima non vltra duplum debetur*, atque ita ſcribendum proponunt hac de cauſa, quod nunquàm in ſingulos dies vſuræ promitterentur, ſed in menſes aut nauigationem, & quod in ſingulos dies in ſtipulatum fuerat deductum, pro operis erat ſerui creditoris: & hanc expoſitionem ſequitur Ottoman. li. 1. de Vſur. cap. 9. Stracca in Tracta. de Aſſecura. in Præfat nu. 17. Quæ tamen lectio meritò reijci debet, prout rectè demõſtrarunt Moderni Pariſ. de Contract. q. 4. num. 107. tum quia ita ſe habent omnes tex. & P. l. tum etiam quia ea attenta reſponſum Papiniani redderetur obſcurum, & imperfectum quantum ad principalem quæſt. illã, quæ eſt an vltra legitimas vſuras liceat operas ſerui ſtipulari: decideret enim ſolum quo ad exceſſum dupli. rurſus verſic. ille præcedens, Nec pignora &c. eſſet ſuperfluus, cum enim ad præcedentia debeat referri, vbi

de

de legitimo vſurarum modo non excedendo agitur, nihil operaretur, quia non eſt dubium ipſo iure non tenere pignora, cum principalis obligatio non teneat. Neque obſtat ſi dicatur, quòd ibi aliquale dubium eſſe poterat, cum in materia vſurarum toleretur aliquid via pignoris & retentionis, quod aliàs non toleraretur, l. per retentionem, & l.pe. C. de vſur. & in hoc text. dubium tollitur, quia per pignus, & per retentionem nunquam fuit receptum niſi infra legitimum modum, l. ſolutum, §. ſi in ſortem, in fi. ff. de pign. actio. Sed cum principium d. l. tantum prohibeat fœnus excedens legitimum modum, ſuperfluum & de indubitabili eſſet extendere etiam datis pignoribus, & ad hoc vt text. decidat caſum dubitabilem, litera punctuanda eſt etiam ſi indigeret duplici punctuatione, glo. Io. And. in ca. 1. verſ. clarum, vbi Geminia. & Franch. de temp. ordi. 6. Vnde ſi referas verſiculum, Nec pignora, ad ſequentia, vt ſit vna periodus, vſque ad verſicu. Quod in ſingulos, prout litera communis iacet, tunc non ita erit de indubitabili. Neque obſtat ratio Lelij Taurel. & Ant. Auguſt. videlicet quòd d. ver. Quod in ſingulos, ſit ſuper inſolito, quia etiam in dies ſingulos ſaltem in traiectitia licebat ſtipulari, quando vt plurimum fiebat pactum, quòd periculum non ſpectaret ad creditorem per certos totos menſes, vel per totam nauigationem, ſed vſque ad certos dies duntaxat, l. in nautica, & l. fœnerator, ff de naut. fœn. omiſſo quòd Papinianus in eo ver. expreſsim decidere voluit vſuram non poſſe duplum excedere, quocunque modo, vel quacunque formula ſolita, vel inſolita concipiatur ſtipulatio, videlicet ſiue in ſingulos dies, ſiue in
53 menſes, ſiue per totam nauigationem. † Vſura ergo duplum excedere non poterat, vt dicit alius tex. in l. ſi non ſortem, 26. in princ. ff de condi. indeb. & hoc à Lucullo conſtitutum fuiſſe teſtatur Plutarchus in eius vita. idem etiam apud Aegyptios conſtitutum fuiſſe ſcribit Diodor. Sicul. lib. rerum antiqua. 2. Abſurdum namq; legiſlatores cenſuerant acceſsionem in vſuris maiorem eſſe ſorte.
54 † Ex quo corruptè legi apparet vulgatiores libros in l. vſuræ, C. de vſur. dum ſublata negationis particula rem omnem tenebris inſperſerunt, quibus vſuræ exiguntur, pro non exiguntur ſcriptum eſt, & ſic negatiua ibi ſubintelligi debet, vt oſtendit quoque Alciat. lib. 1. Parergon, cap. 33. Idem etiam in eo quod intereſt ſtatutum fuit per Iuſtinianum A. in l. vni. C. de ſenten. quæ pro eo quod inter. de quo etiam in l. cum ſorte, 44. ff. de actio. emp. quinimò Iuſtinianus in caſu magis dubio vſuras vltra duplum prohibuit in l. penul. C. de vſur. videlicet in eo caſu, quando pignora pro credi-

to

to debitori fuiſſent data, quorum occaſione quædam veteres leges vltra duplum vſuras exigi permittebant, & ab Anaſtaſio conſtitutum eſt in l. iubemus, 2. C. de eroga. mil. anno. vt ſi actuarii, qui militibus ſtipendia perſoluerent, aliquid eis mutuò dederint, non poſſint omnium vſurarum numerum vltra ſortis ſemiſſem extendere, ideſt ſi ſemiſſes ſtipulati eſſent, quæ annis 16. & 8. menſibus, ſortem adæquant, non poſſint vltra annos quinque, menſes ſex, & dies viginti vſuras petere. Et licèt ſupraſcriptus modus vſurarũ eſſet præfinitus, nihilominus fœneratores animo leges fraudandi nõ uſuras ſed pœnam in ſtipulationem deducebant, & illas quidem longè maiores & grauiores, quàm vſurarum definitus modus permitteret, ſed diligentia Iuriſconſultorum fraudes huiuſcemodi fuerunt ſu-
55 blatæ, † & ſtatutum fuit vt pœnam pro vſuris ſtipulari nemo ſupra legitimum vſurarum modum poſſet, de quo per Modeſti. in l. pœnam, 44. ff. de vſur. ſimile fuit ſancitum per Gordianum A. in l. cum non frumentum, 16. C. de vſur. Et ſic notandum eſt quòd quamuis ante Iuſtinianum eſſet aliquis modus vſurarum, tam ex conſuetudine regionum, l. 1. & per tot. tit. de vſur. quàm etiam ex Conſtitutionibus Principum, l. Conſtitutiones, C. eo. tamen quia adhuc ille modus grauior erat & licentioſior fiebat, ideo ad certam moderatiorem formam coarctatus eſt per Iuſtinianum in d. l. eos, §. 1. Et quoniam multi fœneratores in prouincia Myſię apud Thraciam videntes datum ſibi fuiſſe modum fœnerandi excogitauerunt fraudem & malitiam, ſi quidem mutuò dando, terras & prædium debitorum, præſertim pauperum agricolarum, ſibi pignoris hypothecæve nomine mancipabant fructuſque per manus ſuas vice vſurarum percipiebant in graue damnum debitorum; qui non ſolum vſum, ſed etiam vſumfructum prædiorum amittebant, ideo per Iuſtinianum lata fuit Nouella, Nullum credẽtem agricolam tene. incip. rem duram, quæ poſtea redacta fuit in Cod. incip. ad hæc, & hanc l. quò cunctis facilius innoteſceret, Græcè & Latinè promulgari iuſſit, ac rurſus alia lege prædictam ſanctionem, quæ præſidi Myſiæ directa erat, etiam ad Illyricanas prouincias direxit, omneſq; fœnerantes etiam milites ea ſanctione teneri declarauit, quæ errore primam præcedit, cum ſequi debeat. diſpoſuit ergo Iuſtinianus, quòd ſi quis fructus aridos vel pecuniam crediderit agricolis, pro vnoquoque anno pro ſingulo modio octauam modij partem, pro ſolido ſiliquam vnam exigat, terras omnino derelinquens. laborant modò Interpretes noſtri in perſcrutanda veritate iſtarum ſanctionum, nec ſibi perſuadere poſſunt, quòd Iuſtinianus volens ſpeciali

fauore proſequi agricolas, & vltra præcedentium legum moderationes communes, eos præ cæteris ab vſuris leuare, concedat ab eis exigi annuatim octauam modij partem in ſingulos modios. Atque ita vſuram ad rationem octauæ partis ipſius ſortis, quæ maior eſſet centeſima à Iuſtiniano extra vnum caſum penitus improbata, qua de cauſa in illis Nouellis magna eſſet reſponſorum cōtrarietas: diſponitur enim, quòd creditores pro ſolido ſiliquam unam exigant, cuius nomen etſi ruſticorum proprium ſit, de quo apud Verg.

Vnde prius lætum ſiliqua quaſſante legumen.

56 in quā ſignificationē accepit Paulus I.C.† in l.frugē, ff.de ver. ſig. vt plurimum tamen pro pondere & numi genere, prout in hoc loco ſumitur, & illa eſt 24. pars ſolidi, teſte Budæo, lib. 5. de aſſe, Alcia. in d.l.frugē, ver. ſiliquam, & in Trac. de Ponde. & menſur. Ant. Auguſti. lib. 2. emenda. cap. 9. & ſeq. Et ſic cum Iuſtinianus voluerit, quòd exigatur vna ſiliqua pro ſolido, quæ eſt ad rationem vſuræ Trientariæ, valde repugnaret à primo reſpōſō, dum diſponit quòd pro ſingulo modio exigatur octaua modij pars, & ſic induxerit vſuram ad rationem octauæ partis ſortis, quod eſſet abſurdum Quamobrem Neoterici Pariſienſ. de Contract. † q. 1. nu. 63. ualde mirantur, & poſt multa dicunt, quòd ad eandem rationem accipi debet illa menſura modij, vt ſic eandem vſurarum proportionem intelligatur ſtatuiſſe in fructibus aridis, & alijs quibuſcunque rebus, quæ mutuò dātur agricolis, vt vna particula legis pér aliam declaretur, arg. l. 1. ff. de re. du. ſaltem quando eſt eadem ratio proportionis, nec vlla diuerſitas aſsignari poſsit inter fructus aridos, & pecunias, & propterea opinantur ipſi text. illum corruptum, & malè traductum à Græci idiotiſmo, & Latinitatis imperito, ut ipſi aiunt; verum quia hoc eſſet uiolare, ſeu potius corrigere literam, quod puto temerarium, ideo retinebis illam, prout iacet, non tamen colliges, quod per eam ſit inducta vſura ad rationem octauæ partis ipſius ſortis, prout legunt Interpretes, ſed quòd octaua illa pars redacta ad pecuniam non excedat vſuram unius ſiliquæ pro ſolido conſtitutam. Et ſic ne abſurda interpretatio fiat, credendum ſit non mala traductio, ſed quòd potius illa octaua modij pars valeret ad rationem unius ſiliquæ, quando uſura fructuum non magis debeat excedere modum quàm pecuniæ, l. cum non frumentum, C. de vſur.
58 & notabis quòd Modius, vt ſcribit Alciat. in lib. de Ponde. † & menſur, videlicet Aegyptius & Italicus capit ſextarios ſexdecim, quamobrem octaua modij pars erant duo ſextarij. Atque ex hoc facilè cerni poteſt principes illos quantumuis Ethnicos ſummo ſtudio

curaſſe vſuras improbas ab humano commercio penitus amouendas, permiſſas verò ratione moræ, vel alterius pœnę ad quoſdam re
59 ſtrictos cancellos coarctandas; quod antea maiori cauſa factitaſſe priſcos illos ſapientiſſimos in Rep. viros teſtimonium nobis eſſe poterit autoritas Liuij lib.7. Dec.1. dum tradit P. Valerio Publicola, C. Martio Rutilio Coss. annos poſt vrbem conditam 401. Menſarios creatos fuiſſe leuandi fœnoris cauſa, idque oſtẽdit his verbis, Inclinatis ſemel in cõcordiam animis noui Coss. fœnebrem quoq; rem, quæ deſtinere vnanimos videbatur, leuare aggreſsi, ſolutionẽ alieni æris in publicam curam verterunt, quinq; viris creatis, quos Menſarios à diſpenſatione pecuniæ appellarunt, meriti æquitate curaque ſunt, vt per omnium annalium monimenta celebres nominibus eſſent, fuere autem C. Duillius, P. Decius Mus, M. Papirius, Q. Publilius, & T. Aemilius. Hæc ille. Cicero etiam in lib. de offic. tradidit ſcitè quæſtus fœnerationis in odia hominum incurriſſe, atque his verbis, Tenebat enim memoria maiores ſuos Romanos adeo fœnerationes pecuniarum improbaſſe, vt vſurarum licentiam multis legibus ſi non omnino frangerent, ac certè valde reprimerent. Quas leges nemo commemorare potuit breuius quàm Tacitus Annalium lib. 5. in hunc modum videlicet, Sanè vetus vrbi fœnebre malum, & ſeditionum diſcordiarum creberrima cauſa, eoque cohibebatur antiquis quoque & minus corruptis moribus. Nam primò 12. tab ſancitum, ne quis vnciario fœnore amplius ſe exerceret, cum antea ex libidine locupletum agitaretur, dein rogatione Tribunitia ad ſemiuncias redacta, poſtremò vetita verſura, multiſque plebiſcitis obuiam itum, fraudibusque toties repreſſæ miras per artes rurſum oriebantur. Hactenus Tacitus, qui ſenſit ante 12. tab fœnus pro libidine fuiſſe agitatum, idque ſeditionibus cauſam præbuiſſe: probant enim hoc querelæ illius obærati, & calamitoſi uiri, cuius oratione ſeceſsionem plebis in montem ſacrum factam prodit Liu. lib. 2. 1. Dec. Diony. lib.6. quod exemplum ſuperius relatum eſt. Ingentẽ quoque ſeditionem ex fœnore apparet tunc prouenisse quando Camillus Dictator exercitum in ſtatiuis tenens ad eam reſtinguendam fuit accitus, quàm ſolito magis metuendam M. Manlius autor fecerat, qui regnum affectans hoc colore uociferandi de fœneratorum crudelitate plebem ſibi conciliare ſtudebat, idq; tum maximè quando Centurionem illum pecuniæ iudicatum uinctumque palam liberauit rem creditori ſoluendo, de quo Liui. lib. 6. 1. Dec. Et maior ſeditio fuit Romæ cum Aſellius prætor ſacra faciens fuit à fœneratoribus occiſus, de quo Appian. li. 1. Ciuil.

Ex

Ex quo fit vt xij tab. cautum fuerit, ne quis vnciarium fęnus amplius exerceret. Hac tamen lege non contenta plebs fuit, quia etiam C. Licinius, L. Sextius Tribuni plebis, anno vrbis *376*. legem promulgarunt eamq́; poſt decennium pertulerunt autore Liui. vbi ſupra, vt deducto eo de capite, quod vſuris pernumeratum eſſet, id quod ſupereſſet triennio æquis portionibus perſolueretur, & illam vnciariam legem nefaria libidine fœneratorum, atq; auaritia præualente poſt omnino obſoleuiſſe ex eo exiſtimari licet, quòd eodem anno vrbis *396*. relata eſt, C. Martio, & Cn. Manlio Coss. M. Duillio, & L. Mænenio Tribunis pleb. eã ferẽtibus teſte Liuio li. 7. 1. Deca. Similiter dum Tacitus addit verſuram inde ab vnciario fœnore ad ſeminuciariã redactam, legem intelligit T. Manlio Torquato, & C. Plautio Coss. poſt decennium latam, qua dicitur eodẽ teſte T. Liuio, vbi ſupra ſemiunciarium ex vnciario fœnus factum eſſe: & dum poſtremò Tacitus adijcit vetitam eſſe verſuram, legem fortaſſe Genutiam notauit, quã ſe in quibuſdã annalibus inueniſſe narrat Liuius vbi ſupra. Tuliſſe enim Q. Seruilio, C. Martio Coss. ann. vrbis CCCCI. L. Genutiũ Tribunũ pleb. ad pop. ne fœnerari liceret. Itaq; idẽ ann CCCCLVIII. Fabio, & Decio Coss. aliquot fœneratorib. ab Aedilib. Curulib. diẽ, eosq́; mulctatos prodit, & ann. DLXI. iudicia in fœneratores multa ſeuerè accuſantibus priuatos Aedilibus Curulibus facta, & quàmpluries inuenitur apud Liuium, prout li. 10. Dec. 1. nec non lib. 2 Dec. 4. rurſus lib. 5. Dec. 4 fœneratoribus ſæpius diẽ dictã, multotiesque damnatos, eorumq́ue mulctas in publicum redactas, & ex illis varia ornamenta confecta.

Pœna autem in fœneratores quadrupli erat legibus conſtituta, vt tradit M. Cato, cũ in prin. librorum de re ruſti. ſcripſit, maiores in legibus poſuiſſe furem dupli, fęneratorem quadrupli condemnari. & Aſconius inquit quadruplatores vocatos, qui grauiorib. vſuris fœnerantes accuſabant, & pęna legibus conſtituta in quadruplũ condemnari curabant. Quod autem Tacitus concludit multis plebiſcitis obuiam itum eſſe, nimirum inter cætera Sempronium ſignificat, cuius eſt mentio apud Liuium li. 5. Dec. 4. priore anno L. Cornelio, Q. Minutio Coſſ. hoc modo inſtabat, tum quòd ciuitas fęnore laborabat, & cum multis fœnebribus legibus conſtricta auaritia eſſet, via fraudis inita erat, vt in ſocios, qui non tenerentur ijs legibus nomina tranſcriberent, ita libero fœnore obruebãt debitores. cuius cernendi cùm ratio quæreretur, diem finiri placuit, fœneralia, quæ proximè fuiſſent, vt qui poſt eam diem ſocij ciuibus Romanis crediſſent pecunias profiterẽtur, & ex ea die pecuniæ cre-

ditæ, quibus debitor vellet legibus ius creditori diceretur, deinde poſtquàm profeſsionibus detecta eſt magnitudo æris alieni per hāc fraudem contracti, M. Sempronius Trib. pleb. ex autoritate patrū plebem rogauit, plebesque ſciuit, vt cum ſocijs ac nomine Latino pecuniæ creditæ ius idem quod cum ciuibus Romanis eſſet. Cùm igitur multæ eſſent de fœnore leges, atque aliæ alijs aut mitiores, aut acerbiores, eueniebat vt Prætores Vrbani modò hanc, modò illam in dicendo iure obſeruarent, prout vel creditoribus, vel debitoribus æqui eſſent. Itaque anno vrbis 664. Cn. Pompeio, L. Porcio Coſſ. cum ære alieno oppreſſa eſſet ciuitas, Prætor quoniam ſecundum debitores ius dicebat, ab ijs, qui fœnerabantur in foro occiſus eſt, quod breuiter ſcriptum in Epitoma Liuianarum 74. Sed aliquāto magis lib. 1. Ciuilium Appianus dilatauit in hanc ſententiam, Eodem tempore, inquit, optimates in vrbe contendere cœpere, cum creditas pecunias cū vſuris exigerent antiqua lege vetante, ne vſuras creditarum pecuniarum acciperent, & illos, qui ea conditione dediſſent mulctante. Cum autem vſuras longa conſuetudo firmaſſet, creditores quidem eas ex conſuetudine repetebant, debitores verò partim vſuras negabant, partim mulctas etiam ſe ab ijs, quòd fœnerati eſſent, petituros minabantur. Aſellius verò Prætor, cuius hæc erat iuriſdictio, dedit illis inter ſe iudicia legis, & conſuetudinis difficultate ad Iudices reiecta, fœneratores autem ægreferentes legem ab eo veterem renouatam, ipſum in foro ſacra facientem interfecerunt. Contra autem poſt in coniuratos Catilinæ ſocios obſeruatum eſt, qui apud Saluſtium queruntur ſibi more maiorum vti lege non licuiſſe, neque amiſſo patrimonio corpus liberum habere, tanta ſæuitia fœneratorum atque Prætoris fuit. Poſtero verò anno P. Sulpitius in Tribunatu legem tulit teſte Plutarcho in Sylla, ne quis Senator plus H-S duobus milibus deberet, biennio verò interiecto, L. Valerius Flaccus Coſ alteram, quam appellat Velleius turpiſsimam, qua creditoribus quadrantem ſolui iuſsit, Gabiniam autem legem hoc loco non numero, quod ad leuandum non ciuium, ſed prouincialium fœnus pertinuit. quin etiam M. Cicero cum de nouis tabulis promulgaſſent Tribuni plebis, quod ſcriptū eſt apud Dionem in Conſulatu de creditarum pecuniarum iure ſe aliquid ſanxiſſe ſignificat, cùm in libris de legibus ſcribit, Nunquā vehementius actum eſt, quàm me Coſ. ne ſolueretur armis, & caſtris, tentata res eſt ab omni genere hominum & ordine, quib. ita reſtitui, vt totum hoc malum de Rep. tolleretur, nūquam nec maius æs alienum fuit, nec melius, aut facilius diſſolutum eſt. Quod

idem

Idem poſtea Dictator Cæſar videtur prouidiſſe ne fieret, cum tu-
lit teſte Suetonio, vt diſiecta nouarũ tabularum expectatione, quæ
crebrò mouebatur, debitores creditoribus ſatisfacerent per æſtima
tionem poſſeſsionum, quanti quiſque ante ciuile bellum compa-
raſſet, deducta ſumma æris alieni, ſiquid vſuræ nomine numeratũ,
aut perſcriptum fuiſſet, qua conditione quarta ferè crediti deperi-
bat, quam eandem rem idem ipſe his verbis memoriæ mandauit in
prin. 3. lib de Bello ciuili, Cum fides tota Italia eſſet anguſtior, ne-
que creditæ pecuniæ ſoluerentur, conſtituit, vt arbitri darẽtur, per
eos fierent æſtimationes poſſeſsionum, & rerum quanti quæq; ea-
rum ante bellum fuiſſent, atque eæ creditoribus traderentur. Hoc
& ad timorem nouarum tabularum tollendum minuendumque,
qui ferè bella, & ciuiles diſſenſiones conſueuit, & ad debitorũ tuen-
dam exiſtimationẽ aptiſsimum exiſtimauit. Leges autem fęnebres
labefactatas eſſe Ciceronis ætate inde facile ducebatur, quando idẽ
lib. 5. & 6. Epiſto. ad Atticum, de lege illa Gabinia ab A. Gabinio
Coſ. lata commemorans, quæ non modò ius ex ea ſyngrapha di-
ci vetabat, qua contra modum ab ea lege præſcriptum vſuræ debe-
bantur, id eſt vt ne ſortem quidem petere liceret, ſed etiam pœnam
fœneratoribus irrogabat. ſubiungit ipſe aliud ijſdem Coſſ. S. C. eſſe
factum, quo de ſorte, & vſuris illis, videlicet triente, beſſe, ſemiſſe
centeſima agi permiſſum eſſet, quod ipſum Paulus, & Papinian. Iu
reconſulti obſeruari ſcribunt in l. vſuris, & l. pecunia, 20. ff. de vſu.
Quamquam fœnus adeo maiores improbarunt, vt ſenex Cato inter
rogatus quondam quid de fęneratione ſentiret, reſpondiſſe feratur,
idem eſſe fœnerari, atque hominem occidere, vt tradit Cice. lib. 2.
Officio. & Plato lib. 5. de leg. fœneratores in Rep. adeo damnandos
eſſe cenſet, vt ei cui fœnerata pecunia eſt, permittat & ſortẽ & vſu-
ram retinere. Et Ariſtotel lib 4. & hic cap. 5. inuehit contra fœnera-
tores, illoſque æquiparat latronibus alijſque improbiſsimis viris.
Plutarchus quoque grauiſsimus autor, ſcitè ad hoc ſcripſit Com-
mentarium, Quòd non oporteat fœnerari. Vt hinc meritò conclu-
60 dere poſsimus de iure Ciuium Roman. etiam antiquiſsimo † vſurã
iſtam lucratoriam fuiſſe damnatam, ipſamq; mortales illi, ſi exer-
cuerint, fuiſſe factum potius eorum corruptis moribus, nec non
praua conſuetudine atque peccandi licentia, quàm aliqua legum
permiſsione, vt colligitur ex Appiano lib. 1. Ciuil. expreſsè dicente
fœnoris conſuetudinem non ſolùm Romanos ſed & Græcos & Per
ſas plurimum abhorruiſſe, nec ſecus ac cauponandi quæſtum quen-
dam exiſtimauiſſe grauem intolerabilemque pauperibus, & inimi-

61 citias vltrò procreantem.† Sed contra noſtram ſententiam videtur obſtare, quia Iureconſulti tradiderunt in depoſito ex nuda conuentione, & ſolius depoſitarij pollicitatione etiam abſque mora vſuras exigi poſſe, ita dicit tex. in l. Lucius, 24. & l. Publia, §. 1. l. Quintus, ff depoſi & tenet glo. in l. ſi ſacculum, verſi. vt in cæteris. eo. tit. & tenuerunt DD. omnes. Quamobrem cum vſuræ huiuſcemodi non appareant moroſæ, nec punitoriæ, fateri oportet lucratorias legibus illis inductas. Et licèt gl. & Caſtrenſ. in d. l. Quintus, tradant ibi non venire vſuras ex pacto, quia illud poſitum fuerat ex interuallo, ſed propter moram, & ſentiat Alberi in 1. Par. Statuto. q. 115. tamen non per hoc negant, quin illæ debeantur ex pacto ab initio, ſiue incontinenti appoſito etiam abſque mora, vt dicit text. in d. l. Lucius, in fi.

Pro ſolutione tamen huiuſmodi difficultatis, aduertendum eſt, quia aut ſumus in mero, & puro depoſito, prout eſt, quando pecunia depoſita eſt occluſa, & ſignata ad inſtar ſpeciei, vt eadem reddatur, & tunc in iſto caſu nullæ debentur vſuræ, vt dicit text. in d. l. Lucius, & hoc niſi depoſitarius conuerteret in vſus ſuos, quia tunc ratione illius contrectationis vſuræ ab eo poſſunt exigi officio Iudicis, etiam ſi nulla mora interceſſerit, & cum depoſitario dicitur gratius agi ad vſuras, cum furti teneretur, vt dicit tex. in l. 3. C. depoſi. l. qui furtum, ff. de condi. furti. duo enim genera actionum competunt tunc deponenti, l. ſi ſacculum, §. 1. ff. depoſi. Et eligendo viam ciuilem, videlicet actionem depoſiti, ſi quidem eligere tenetur, cum nequeat vtrunque cumulare, l. 1. C. de furt. l. quod in hærede, §. eligere, ff. de Tributo. actio. l. cum filius, § varijs, ff. de leg. 2. nimirum ſi ei debeantur vſuræ officio Iudicis, & tamen dicatur in depoſitarium beneficium conferri. Vnde iſto primo caſu vſuræ non poſſunt dici lucratoriæ. Aut verò ſumus in caſu quando pecunia depoſita eſt non occluſa vel ſignata, ſed ad numerum, vt ſciatur quantum ſit, & vt eadem reddatur, & tunc ſi depoſitarius in vſum ſuum illam conuerterit, & hoc denunciauerit deponenti promittendo in eum caſum illi ſoluere vſuras, tunc exigi potuiſſent illæ ſic nudè promiſſæ, etiam ſi nulla mora interceſsiſſet, ac etiam deponens promiſiſſet depoſitarium pecunia vti, & hoc pacto ſunt intelligendæ ſupra relatæ leges. in quibus terminis ponderro, quòd vſuræ veniebant, non quia deponens illas conueniſſet, quia tunc non eſſet caſus illarum legum, & vt dicit text. in d. l. Lucius, egreſſus fuiſſet depoſiti notiſsimos fines. Vñ dicendũ eſt illas ſuſtineri ꝑp vſum, quem feciſſet depoſitarius pecuniæ depoſitæ, quod

cum

cum ſit ad inſtar delicti, iſtæ vſuræ debebunt quoque dici punitoriæ, non autem lucratoriæ: deponens quippe non habuit intentionem fœnerandi, ſed tantum deponendi, qua de cauſa ſuſtineri debuiſſent vſuræ ſic per depoſitarium promiſſæ, argumento l. ſi quis nec cauſam, ff. ſi cer. pet. Quinimò etiam ſi non fuiſſent promiſſæ, nihilominus officio iudicis crediđiſſem de illo iure deberi per ea, quæ dicuntur ſupra in primo caſu depoſiti. tenet hoc Bal. in l. 1. q. 10. C. pro ſoci. Ioan. de Anani. in cap. vlt. col. 4. de vſur. Deci. in l. certi condictio, §. vlt. nu. 4. ff. ſi cer. pet. facit d. l. Quintus, & per iſta ceſſat diſputatio illa glo. in d. l. Lucius, & d. l. ſi ſacculum, in fi. & in l. Quintus vbi Caſtren. depoſ. dum tradunt pactum illud vſuræ incontinenti debere apponi, quod DD. communiter ſequuntur, & aliqui etiam anxiè & ſuperuacuò hoc diſputarunt. Et in caſu iſto credo etiam remanere actionem depoſiti, & firma adhuc ſtare priuilegia circa illud competentia, de quibus in l ſi hominem, § quoties, depoſi. l. pen. C. eod tit. Aut verò ſumus in caſu, quo deponens pecuniam numeratam deponit non vt eandem, ſed tantundem reddat depoſitarius, & quòd illam in vſus ſuos conuertat, & tunc vſuræ debebuntur non propter illum vſum depoſitarij ſic conceſſum, ſed ſi mora eius interueniſſet, ita tex in d l. diem, §. 1. Quamobrem iſtæ erant vſuræ moroſæ, non lucratoriæ, & ratio eſt quia iſta pecunia ſic depoſita conuertitur in cauſam mutui, cum in dominium depoſitarij fuerit tranſlata, & in eius creditum abierit, & in caſu iſto credo extinctam tunc fuiſſe actionem depoſiti, nec non eius priuilegia, & effectum, vt per Dec. in d. l. certi condictio, §. vlt. nume. 4. quicquid dixerint Neoterici Pariſienſ. de contract. q. 83. nu. 63 1. in quo ipſi nimis errarunt, & non Deci. prout credunt.

62 † Et per ſupradicta reſoluitur quoque obiectio, quæ aduerſus noſtram ſententiam oritur ex l qui negocia, in princ. ff. manda. vbi deciditur in contractu mandati exigi poſſe illas vſuras ſemiſſes promiſſas per nudam conuentionem. nec mirum, quando ibi dominus abſque vllo credendi propoſito mandauit illi ſuo procuratori, vt pecuniam à creditoribus exigeret, quaſi tacitè inter eos actum intelligeretur, vt illam exactam ſtatim ſibi remitteret. Verum cum illam procurator poſtea non remiſerit, ſed præter domini intentionem in proprios vſus conuertiſſet, prout per Epiſtolam ei ſignificauit, per quam pollicitus fuit ſe illam cum vſuris ſemiſſibus debiturum. rectè igitur reſpondit I. C illam pecuniam non eſſe creditam, & illas vſuras, de quibus conuentum eſſet deberi, quò videlicet dominus poſſet illas exigere, & retinere contra procuratorem eandem

actionem mandati. Pondero ergo quòd vſuræ ibi non veniunt, vt quia dominus illas cõueniſſet: ſi enim dominus à principio habuiſſet animum fœnerandi & credendi, etiã ſi feciſſet actum ſub nomine & titulo mandati, ceſſaret mandatum, & efficeretur mutuum,
63 † neque vſuræ deberentur niſi per ſtipulationem poſt moram, vt ſupra dicitur, & in l.idemque, §.1.& §.ſi quis Titio, & l. ſi remunerandi, §.apud Iulianum, eod. titu. facit l. ſingularia, in fi. & §. rogaſti, in prin. ff. ſi cer. pet. Dicendum eſt ergo, quòd vſuræ in caſu iſto veniant ratione illius contrectationis, quam inſcio domino fecit procurator de eius pecunia, quas etiam ſi non fuiſſet pollicitus, nihilominus credo, quòd fuiſſent debitæ officio iudicis ratione illius delicti, vt dictum eſt ſupra. facit d.l idemque, §. 1. verſi. qui ſi non exercuit, & d l. ſi verò non remunerandi, §. ſi mihi. & hoc modo accipiendus eſt ibi Bart intellectus poſt Iacobum Butrigarium, dum dicebant ibi illas non deberi iure actionis, ſed nudo officio Iudicis.
64 † Præterea ex ſupra relato caſu d. l. conſideratur in mandatario quædam mora ſaltem irregularis, ſi non uera, vt colligitur ex d. l. idemque, §. 1. in princ. ex quo pecuniam exactam ſtatim non remittit domino, prout inter eos tacitè actum videbatur, & hoc mode accipiendus eſt ſenſus Alberi. in d. l. poſt Guid. de Suzaria, dum intelligunt vſuras ibi non deberi ex pacto, ſed ob moram: quare in iſto quoque caſu vſuræ nullo modo dici poſſunt lucratoriæ, ſed benè punitoriæ, & moroſæ: & pondera tex. in d. l. idemque, §. 1. qui ſeruiet tibi pro glo. & commento ſupra relatæ l. Cæterum, vt ad id, vnde in hoc diuerticulum exceſſi, reuertar, reſoluendum erit leges
65 omnes, † quibus vſuræ inductæ atque conceſſæ dicentur, non loqui de hac noſtra uſura lucratoria, ſed de alia in lata ſignificatione ſumpta, nempè moroſa, & punitoria modis ſupraſcriptis permiſſa. abſurdum quippe ac nefas eſſe putarem Remp. tunc temporis benè inſtitutam leges compoſuiſſe ex eo, quod reperitur natura, boniſque moribus improbum, ipſique iuſtitiæ commutatiuæ contrarium, nec non contra naturam, & ſubſtantiam ipſius legis.

SVMMARIVM.

66 Exercitium vſurarum neque per I. C. nec per Principem, neque per conſuetudinem etiam immemorialem, neque etiam per Rom. Ponti. poteſt priuilegio, diſpenſatione, alioque iure permitti etiam pro pio opere faciendo, & pro uita captiui redimenda.

67 Pontifex non poteſt diſpenſare ſuper eo, quod damnatur à iure naturali, & diuino.

68 *Pontifex, aut alius Princeps, non poteſt concedere Iudæis licitum vſurarum exercitium.*

69 *Intellectus ad cap. 23. Deuteronom. varij.*

70 *Tanedri collegium, quando, & qualiter inſtitutum.*

71 *Iudæi cogi poterunt de iure ad remittendas vſuras Chriſtianis extortas.*

72 *Teſtator in ſuo teſtamento non poteſt licitè inducere vſuras.*

73 *Intellectus ad l. 3. §. vlt. ff. de annu. lega.*

74 *Maritus recipiens pro dote promiſſa, non tenetur fructus in ſortem computare.*

75 *Maritus cum promiſſore dotis paciſci poteſt ultra ſortem certam quantitatem quot annis ſibi ſoluendam interim dum non fuerit ſoluta dos & qualiter.*

76 *Maritus poteſt uſuras petere etiam ſi dotis promiſſori dediſſet dilationem ad ſoluendum.*

77 *Ratio deciſionis cap. ſalubriter, de vſur. quæ.*

78 *Maritus non ſuſtinens onera matrimonij non poteſt agere ad dotis fructus vel intereſſe.*

79 *Ratio illa aſſignatur deciſionis d. c. ſalubriter, quæ reijcitur.*

80 *Ius Pontificium non induxit vſuras fauore aliquo ſpeciali dotis.*

81 *Vſuram conceſſam marito fuiſſe fauore dotis DD. qui credunt, falluntur.*

82 *Heredes & ceſſionarij mariti poterunt eaſdem uſuras petere, quæ ipſi marito darentur.*

83 *Remiſſæ quando dicantur vſuræ per maritum.*

84 *Vxor ſoluto matrimonio non poteſt experiri diſpoſitionem d. cap. ſalubriter.*

85 *Fundus dotalis ſtatim mortuo viro debet vxori cum fructibus reſtitui.*

86 *Vidua infra annum poteſt alimenta ſuæ dotis petere, ſi non habet unde ſe alat.*

87 *Legata quando eſt dos mulieri, ſtatim debet ei reſtitui non expectato anno.*

88 *Vidua elapſo anno poteſt petere vſuras dotis, ſi hæredes mariti ſunt in mora.*

89 *Vidua poſt annum petita dote poteſt agere pro ſuo intereſſe.*

90 *Vidua ubi alteri nupſerit, ſecundus vir poteſt petere dotem cum uſuris.*

91 *Statutum an poſſit uſuras inducere, & quomodo.*

§. 4.

66 QVAMOBREM potius inferam, neque per † Iureconſultos, nec per Principem, neque per ſtatutum aut cõſuetudinem etiam immemorialem, neque etiam per Rom. Pont. poſſe priuilegio, diſpẽſatione, alioq́; iure iſtarum vſurarum exercitium permitti, adeo ut vſurarius licitè acquirat, & immunis reddatur à reſtitutione, etiam proprio opere faciendo, & pro vita captiui redimenda, cap. ſuper eo. de
67 vſur. vbi ponit rationẽ ille tex. videlicet quia ſummus † Pont. aliuſque non poteſt diſpenſare ſuper eo, quod damnatur à iure naturali & diuino. ita tradit Io. And. in reg. peccatũ, de reg. iu. 6. Conra. de contract. q. 25. & tribus ſeq. Iaſ. in l. 1. nu. 32. C. de ſum. Trinita.
68 Imo. d. clem. 1. nu 31. † Vnde per iſta crediderim, neque Põtificem, neque alium Principem poſſe concedere, & diſpenſare Iudæis licitum vſurarum exercitium erga Chriſtianos, d. cle. 1. vbi Card. 15. q. idem Card. in cap. poſt miſerabilem, & ca. quanto, de vſur. communem dicit Curtius Iunior in l. eius qui in prouinciam, nume. 5. ff. ſi cer. peta. Alex de Neuo conſi. 100, num. 1. Iulius Clarus ſingulari virtute atque iudicio I. C. in §. vſura, verſi. hæc autem. ſequitur Couar. lib. 3. var. reſol ca. 3. nu. 8. dicens Catholicorum Hiſpaniæ Regum extare Conſtitutiones quæ priuilegia ab alijs Regibus conceſſa Iudæis ad exercendas vſuras, penitus reuocant. Quæ opinio etſi mihi videatur verisſima per ſupradicta, & per illud quod tradit glo. pen. in d. clem. 1. §. vlt. de vſur vbi Imo. nu. 29 qui allegant text. Deuteron cap. 15. vbi dicitur, Fœneraberis gentibus multis, & tu a nullo fœnus accipies. ſi ergo non licet de illo iure Iudæis recipere fœnus, ergo Pontifex non poteſt diſpenſare. Contrarium nihilominus quàmplures ſenſerunt, videlicet Petrus Anchar. licèt dubius, conſ. 243. nu. 6. Caſtren. conſi. 398. lib. 2 & hanc ſententiam firmiter amplectitur omnium latisſimè Alexand. conſi. 1. & ſeq. & 107. lib. 2. & in pluribus alijs, de quibus per Cagnol. hic nu. 7 Gabri. Saray. ad Matheſil. ſingul. 49. nu. 13. mouetur Alex. pluribus, vt per eũ. verum quia, vt dicit Iaſ. in d. l. 1. nu. 36. C. de ſum. Trin. incertum eſt an ſcripſerit vacillante conſcientia, vel potius precio redemptus,
69 ideo circa eius rationes non immorandum. † Sed ultra dicta per Alexan. vrget pro hac opinione tex. in cap. 23. Deuteron ibi dum dicitur, Non fœneraberis fratri tuo ad vſuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, ſed alieno: fratri autem tuo abſque vſura, id quo indiget, commodabis &c. Frater autem dicebatur ille,

le, qui erat de populo, vt patet Exo. 22. vel qui eſt de eadem fide, cā. ad menſam, 11. q. 3. Vnde videtur colligi quòd Iudæis licitum ſit fœnerari Chriſtianis, & ſi eis licet autoritate veteris ſacræ paginæ, meritò Pont. eos facilè poterit diſpenſare, cum per hoc non diceretur refragari iuri diuino. Quinimò per illum tex. Deuteron. credunt probari vſuram non eſſe contra ius naturale, ex quo nihil iuri naturæ contrarium vnquàm licuit Iudæis, quæ ſententia eſt penitus reijcienda per ſupradicta. Et circa expoſitionem illius tex. varij variè explicant. Nam aliqui dicunt, quòd quia Deus conceſſerat Iudæis terram Gētilium, permiſit ſubinde eis vſuras ab eiſdem accipere tanquam ab hoſtibus, quorum bona in ius ſuum venerant, & ſic non erga omnes alienigenas, ſed tantum contra eos quibuſcum bellum iuſtè gerebant. & rationem dicunt, quia ab his, quorum bona iure belli capi poſſunt, dicuntur iuſtæ exactiones, & adducunt tex. Ambroſ. à Gratiano relatum in ca. vlt. 14. q. 4. vbi dicitur, Ab illo exige vſuram, cui meritò nocere deſideras, & tradit ibi glo. D. Antoni. Flo rent. 2. par. Sum. tit. 1. cap. 7. §. 11. Ioan Maior in 4. diſt. 15. q. nu. 29. Ioā. à Medin. de acquiſ. per vſurā, §. ad tertium argumentum. Ex noſtris tenet Roma. ſingu. 269. Marſil. in l. 1. § præterea, nu. 65. ff. de quæſtio. Gabriel Sara. ad Matheſil. ſingu. 49. nu. 16. Sozin. in reg. 3. num. 29. Lauren. Rodulf. in ca. conſuluit, 2. par. q. 55. nu. 79.

Sed aduertendum eſt, quia talis expoſitio à quàmpluribus reijcitur hac ratione, quia terra Gentilium Iudæis donata non fuerat, niſi vtraque ripa Iordanis, quæ 160. miliaribus in longitudine patebat, & 60. in latitudine. Et tamen permiſsio vſurarum multò ſe latius dilatabat, impunè quippe vſuras exigebant à quibuſcunque Gentilium, qui remotiſsimis prouincijs ad illos aduentantes commercia cum illis inibant. Additur quòd ipſo eo. Deuteron. ca. 23. præceperat illis Deus, ne abominarentur Idumæum vel Aegyptum populos ſibi magis alienos, atque grauiores, & tamen ab illis licitè poterant vſuras accipere. Vnde concludunt ipſi quòd non in ratione hoſtilitatis fundata fuerit illa permiſsio. Et quò ad text. in d. ca. vlti dicunt nonnulli haud fuiſſe D. Ambroſij, ſed cuiuſdam alterius, vt per Conrad. de contract q. 42. concl. 3. Alexan. de Hales Theologum irrefragabilem, 3 par. q. 66. Gabriel. in 4. diſt. 15. q. 11. Sed hoc eſt omnimodo falſum, cum reperiatur apud D. Ambroſ. in lib. de Tobia, cap. 15. Quamobrem ſententia huiuſcemodi communiter damnatur, vt poſt Ioan. de Anan. tradit Auguſtin. Berous in cap. 1. nu. 14. de vſur. Hoſtienſ. in Sum. eod. tit. §. an aliquo, 8. fal-

lent.

lent. Ioan. de Arno. Problem. 5. Apoſtil. ad ſingul. Roma. 269. Vnde non defuerunt, qui alterum ſenſum huic tex. Deuteron. accõmodarint, aſſerentes in ver. illo, ſed alieno, nullam fuiſſe permiſsionem, ſed potius inhibitionem, hoc pacto exponendo, Fratri tuo non fęneraberis, ſed ſi quis pro alieno tibi ducendus foret, ille eſſet à te fœnore premendus. ſed hoc dicunt neminem mortalium debere exiſtimare, atque ita negatiuè dicunt legendum eſſe canonem D. Ambroſij, videlicet ab illo exige vſuram, cui meritò nocere deſideras. quaſi dicat, ſicut nulli nocere debes, ſic à nullo debes petere vſuras, prout explicat ibi glo. in prin. tradit Imo. in d. clemen. 1. nu. 29. & præcitati Do. Et quamuis liceat bellum gerere, & capta in eo bello efficiantur capientis, 23. q. 5. ca. dicat, & ca. 2. 23. q. 7. Attamen inquiunt non debere contractum cum hoſte geri illicitè, quia conuentiones iſtæ iam non ſunt cum hoſte iure belli, ſed iure pacis, & commerciorum. Et quoniam ſenſus huiuſmodi accommodari poteſt non ſine magna literæ violentia, ideo dixerunt alij in tex. originali ſacræ Bibliæ non inueniri clauſulam illam, ſed alieno, & quòd ipſa text. adiuncta fuit à Collegio illo Tanedri à
70 Deo conſtituto † in deſerto, videlicet eorum 70. virorum ſenium, qui à Moyſe fuerunt congregati, vt acciperent autoritatem interpretandi omnes leges, de quibus habetur nume. 11. vbi Dominus inſtituens regimen totius populi ad Moyſen ait, Congrega mihi 70. viros de ſenioribus Iſrael, quos tu noſti quòd ſenes populi ſunt ac magiſtri, & duces eos ad oſtium tabernaculi fœderis, facieſq; ibi ſtare tecum, vt deſcendam, & loquar tibi, & auferam de ſpiritu tuo, tradamq; eis, vt ſuſtentent tecum populi onus, & non tu ſolum graueris. Ex quibus apparet quòd Tanedri erat collegium publici Regiminis, quibus vnus præerat de Tribu Iuda, & Rex dicebatur, & illi ſenes ita electi in eo collegio licèt fuerint ſancti viri, perſpecta Iudæorum auaritia, ad quam ſummoperè inclinabantur, etiam per vſuras inter ſe ipſos extorquendo pecunias, à quo fuerant Dei præcepto abſterriti; vnde ne ipſi tam ſceleſte facinus perpetrarent, ſaltem inter ſe permiſſum ab illis ſenibus fuit tanquam minus malum, vt fœnus ab alio acciperent, atque ita ſenes illi voluerunt ſeruare legem diuinam intactam ſaltem quò ad Iudæos, quare præcepto adiunxerunt, ſed alieno, quam particulam in Biblijs Hebraicis correctis non haberi, ſed tantum in gloſsis. poſt alios eruditos, atq; grauiſsimos viros exponit Hierony. de Luca Teolog. in Tracta. de Cambijs. in cap. incip. Reſtat videre, nu. 15. Qua ſtante expoſitione ceſſaret omnis difficultas illius tex. Sed quoniam ipſe traditus eſt

nobis

nobis à patribus atque concilijs, pro vero originali, atq; genuino
ipſius Moyſi, ideo illam recipere vanum ac temerarium eſſet: vnde
illa dimiſſa, retinebis Iudæis minimè licuiſſe vſuram exercere etiam
erga alienigenas, ſed quòd diſsimulatione quadam permiſsio illa
erga alienos proceſſerit ad maius malum effugiendum, videlicet
ne ob ipſorum auaritiam fœnus inter ſe quoque exercerent, vt è
duobus malis minus malum ipſis toleraretur, quemadmodum
etiam & meretrices permittebantur ipſis ad euitanda adulteria, cū
tamen ſimili figura illæ ſibi fuiſſent vetitæ, dum præcepit Domi-
nus, Non erit meretrix de filiabus Iſrael; atque hunc ſenſum ma-
gis communiter approbarunt Teologi, & Canoniſtæ, videlicet D.
Tho. 2. ſec. q. 78. art. 1. vbi Caieta. Conrad. de contract. q. 24. con-
cluſ. 2. Dom. Soto lib. 6. de iuſt. & iu. art. 1. col. 7. & ex noſtris Car-
din. in d. clem. §. vl. q. 13. de vſur. Anan. in d. ca. 1. col. vlt. de vſur.
Car. à Tur. Crema. in ca. vlt. 14. q. 4 Couar. li. 3. var. reſol. ca. 3. nu.
6. atque huc conuenit, quod Ioſeph legis Hebraicæ ſcictiſsimus, re-
fert in lib. 4. antiquit. dum abſolutè ibi tradit nulli Iudæorum li-
cuiſſe fœnerari neque cibum, neque potum. ſimiliter & Euſebius
lib. 8. de præparatione Euangelica, ca. 2. narrans Moſaicæ legis præ-
cepta, abſolutè refert illis fuiſſe illicitam vſuram, ſub his verbis.
Non tollas quod non depoſuiſti, non tangas alienum, non mutues
fœnore. Quamobrem apparebit ex his vera reſolutio ad noſtrum
principalem articulum adeo dubium & controuerſum, vt DD no-
ſtri, & quidem primæ claſsis, nihil fuerint auſi firmare, de quo Iaſ.
in d. l. 1. nu. 47. C. de ſum. Trinit. Retinebis igitur Pontificem haud
poſſe Iudæis vel alijs diſpenſare, vt pro vſu pecuniæ licitè recipiant
precium, ipſos verò exercere artem vſurariam ex quadam praua
conſuetudine, ſeu potius ex tolerantia, & condonatione quadam
Principum atque Pontificum quàm ex diſpenſatione. Condona-
tio quippe plurimum diſtat à diſpenſatione, vt oſtendit Soto li. 6.
71 de iuſt. & iu. art. 1. col. 7. † Vnde meritò cogi poterunt Iudæi ad re-
mittēdas Chriſtianis vſuras per Principes, & ſeculares poteſtates,
cap. poſt miſerabilem, vbi Abb. & ca. quanto, de vſur. Gui. Papæ in
Tracta. de contract. illici. nu. 30. Infertur etiam per ſupradicta ad
vnum, quod eſt valde controuerſum, & ſatis confusè explicatum
72 per DD. vt apparet ex traditis per Cagnol. hic nu. 8. & ſeq. † videli-
cet, vt nec teſtator quidem in ſuo teſtamento licitè poſsit inducere
vſuras, & ponitur exemplum, veluti ſi cui certam quantitatem le-
gaſſet, & ſi infra tale tempus non ſolueretur, mandaſſet in ſingulos
menſes certum aliquid pro fructibus, & vſuris ab hærede præſtari,

tunc enim licèt valeat legatum, attamen vſuræ non ſubſtinerentur ex mente Bar. in l. 3. §. vlt ff. de annu. lega. & ibi ſequitur Lancelot. Deci. aſſerens ita deciſum fuiſſe Papiæ, idem Bar. in l. 2. ff de his quæ pœ. no. vbi Socin. nu. 6. Iaſ. in d. l. 1. num. 29. & ſeq. C. de ſum. Trin. Soc. cõſ. 56. nu. 1. li. 3. Barb conſ. 66 li. 2. Crauet. cõſ. 89 nu. 1. Crotus in l. nemo poteſt, col. 1. ff. de leg. 1. Ioan. Lupus in ca. per veſtras, in 6. notab. de donat. inter vir. & vxo. & demum hæc opinio eſt communiter recepta, vt per Couar. lib. 3. var. reſol. ca. 1. nu. 9.

Sed aduertendum eſt, quia in contrarium extat expreſſa deciſio Vlpiani I. C. in d. l. 3. §. vlt. vbi legitur vſuras in tali caſu ſuſtineri quatenus probabilem modum non excederent prout ibi, & per iſta contrarium firmat Caſtrenſ. in Rub de his quæ pœ. no. in fi. & in l. 1. nu. 14. C. de ſum. Trin Roma. conſi. 510. col. 10. Alciat. lib. 5. Paradox. ca. vlt. Ioan. Gerſon in lib. de Contract. col. antepen. citans ibi Pet. de Palud. in 3. diſtin. 37. qui de hoc articulo nihil dicit, & ſequuntur Moderni Pariſ. de contract. q. 73. nu. 482. Tu autem, licèt à cõmuni opinione non ſit recedendum, vt per Cagnol. hic nume. 13. attamen conſiderata principali ratione, ſuper qua fundatur illa communis ſententia, retineas I. C. perperam non fuiſſe locutum, neque illum tex eſſe correctum, prout communiter putant DD. & malè. Dicunt ergo communiter interpretes vſuras non ſuſtineri, quaſi in facultate legatarij ſit illud legatum petere, atque exactionem differre cauſa illud retinendi ſub vſuris. Vnde volunt ipſi, quòd ſi per hæredem fieret quò minus legatum ſolueretur, tũc legatarius vſuras conſequi debeat ad rationem lucri ceſſantis, & damni emergentis. Quæ omnia ſi diligenter conſiderentur, in effectu conueniunt cum exemplo Vlpiani, quod vt facilius appareat,
73 duxi hic recenſenda verba text. cuius ſunt huiuſcemodi. *Si cui certa quantitas legetur, & quò ad præſtetur in ſingulos annos certum aliquid, veluti vſuras iuſſerit teſtator præſtari, legatum valet, ſed in vſuris hactenus debet valere quatenus modum probabilem vſurarum non excedit*. Hactenus Iuriſconſultus.

Ex quibus colligitur Vlpianũ præſuppoſuiſſe morã ex parte hæredis, non autem legatarij: nam ſi per eum ſtaret, cui dubium, quòd illi vſuræ non deberentur? Et per iſta redditur falſum conſil. Areti. 152. incip. viſo themate, &c. vbi tradit, quòd etiam ſi legatarius non poſsit petere quantitatem legatam, niſi poſt certum tempus, veluti ſi cui teſtator quingentos legaſſet, & ſi hæres nollet ſoluere, non poſsit cogi vſque ad x. annos, quo tempore legauit certũ quid pro centenario quolibet anno, eo caſu tenet, quod illud ſecundum

legatum

legatum nõ debeatur, quaſi redoleat vſurariam prauitatem, quod conſilium Areti.& ſi approbetur à nonnullis ex præcitatis DD. Iaſ. in l. 1. col. 1 C. de his, quæ pœ. no. & demum communiter receptum aſſerat Cagnol. hic nu. 10. Aduertendum eſt tamen, quòd hanc q. de facto cecidiſſe in ciuitate Florentiæ teſtatur Socin. in d. l. 2. nu. 7. ff. de his, quæ pœ. no. & quòd prius fuit requiſitus ad conſulendum pro d. opinione, ſed illo recuſante cauſa fuit remiſſa ad D. Franc. de Aretio præceptorem ſuum, & quòd poſtea pro contraria parte requiſitus conſuluit, vt apparet in conſi. 41. lib. 4. affirmans pro iſta ſua opinione Romæ fuiſſe deciſum, ſequitur Alcia. d. lib. 5. Parad. cap. ult Ripa in d. l. nemo poteſt, col. 3. Cagnol hic num. 13. Couar. vbi ſupra, nu. 9. Quaſi tunc in legatario non poſſit conſiderari ſuſpicio aliqua vſurariæ prauitatis, cum impediatur petere & conſequi legatum. facit etiam, quia iſtud legatum eſt alternatiuum, & optio data eſt hæredi ſoluendi vel illos quingentos, vel annuam penſionem de quo per Bald. in l. vnica, q 3. C. de his quæ pœ no. Caſtrenſ. vbi ſupra, & alij. Et quia iſta penſio debetur non iure fœnoris, ſed tanquam legatum annuum à iure permiſſum, quod verius eſſe crediderim. Neque obſtat dum Cagnol. hic dicit alteram opinionem cõmuniter receptam, quia hoc eſt falſum facta dinumeratione DD.

Colligitur quoque ex ſupradictis reſolutio ad illas difficiles controuerſias paſſim per Scribentes tractatas, videlicet nunquid valeat diſpoſitio teſtatoris iubentis hæredi, ut dum per eum non ſoluitur dos ſuæ vxori, detur ſibi certa quantitas pro alimentis moderata, veluti ad rationem quinque pro centum quolibet anno; ſimiliter nunquid hoc poſſit per ſtatutum diſponi, & pro earum faciliori explicatione, ſed principaliter pro cognitione pulcherrimæ materiæ capienda eſt inſignis deciſio per Innocentium tertium Pontif. lata in c. ſalubriter, de vſur. cuius eſt forma hæc, *Sanè generum ad fructus poſſeſſionum, quæ ſibi à ſocero ſunt pro numerata dote pignori obligatæ, computandos in ſortem non credimus compellendum, cum frequenter dotis fructus non ſufficiant ad onera matrimonij ſupportanda*.

74 Hactenus Conſtitutio. † Ex qua colligitur caſus ſingularis, videlicet quòd maritus recipiẽs pignus pro dote promiſſa non teneatur fructus in ſortem computare. cõcordat l. pater, in prin ff. de do. ma. exc per quam Conſtitutionem limitatur diſpoſitio l. 1. C de pigno ra. actio. c. 1. de vſur. & tradita per DD. vtrobique, de quibus dicitur in cap. nauiganti, de vſur. Et Conſtitutionem hanc maxima pars DD. notabiliter extendit etiã ſi maritus cum promiſſore dotis con-

75 ueniat & paciſcatur vltra ſortem † certam quantitatem quotannis

nis ſibi ſoluendam interim dum non fuerit ſoluta dos, & hoc dum modo quantitas illa commenſuretur cum vero intereſſe mariti, neque excedat illius onera, prout tradit ibi Abb. nu. 3. poſt Calder. & Ancha. & Pau. de Eleazar. ſequitur Bal. Nouel in tract. de dote, par. 7. priuil. 3. Alex. conſ. 31. lib. 6. & in l. in inſulam, §. vſuras, vbi Caſt. & Imo. ff. ſol. ma. Corn. conſ. 145. & conſi. vlt col. 3. lib. 2. Ant. Rubeus conſi. 108. E Theologis ſequuti ſunt Conrad. de contract. q. 35. concluſ. 7. Hadri. in 4. Sentent. titu. de vſur. verſic. Sed dubium. Syluest in ſum. in verſ. vſura. 3. q. 3. Io. Maior in 4. ſent. poſt Gabri. Biel. Iaco. Almayn, & alios diſt. 15 q 31. verſ. tertius caſus. Ioan. de Medin. de contract. capit. de acquiſitis per vſur. §. ad capit. ſalubriter. Ang. Clauaſ. in ſum. verſic. uſura, § 25. Nauar. in Comment. ſuper ca. ſi fœneraberis. 14. q. 3. num. 74. Et licèt Ioan. And. Ant. But. Card. Ioan. de Ligna. Ambroſ. à Vignat. in d. cap. ſalubriter. nu. 14. contrarium teneant, ſequatur Laurent. Rodulf. in cap. conſuluit, 2. par. q 53 de vſur. Alex. ſibi contrarius conſi. 74. & conſi. 141. num. 6. lib. 5. & conſi. 27. lib. 4. Socin conſi. 88. nu. 18. & conſi. 130. num. 10. lib 4. vbi atteſtatur hanc opinionem communiorem eſſe. Ioan. Lup in c. per veſtras, 6. notab. §. 8. num. 6. de donat. inter vir. & vxor. qui etiam communem exiſtimat, Dec. conſi. 119. col. pen. & in ca. cum venerabilis, nu. 14. de exceptio. Cagno. in l. vni. nu. 5. C. de ſenten. quæ pro eo, quod intereſt. Nihilominus à præcedenti opinione tanquam vera, & magis cōmuniter recepta, non eſt recedendū, vt per Octauian. Caccher. deciſio. Pedemonta. 132. nu. 1. Couar. lib. 3. Vari. reſol. cap. 1. nu. 3. vbi ipſe fortius arbitratur concluſio-
76 nem † procedere etiam ſi promittenti dotem fuiſſet à viro conceſſa dilatio ad illam ſoluendam, quod fuit etiam de mente Bald. Nouel. vbi ſupra, num. 2. & ſeq. & videtur ſentire Cagnol hic num. 42. idem Couar. d. lib. 3. cap. 4. illat. 6. Soto lib. 6. de iuſti. & iu. artic. 2. col. 8. Nauar. vbi ſupra. huiuſmodi enim conuentio dicitur fieri ſecundum diſpoſitionem iuris, cap. cum dilecti, de conſuet. cum multis additis per Feli. in ca. cum M. de conſtitut. & in ca. cauſam quæ, de reſcrip. Et quamuis in his terminis ſupra præcitati DD. nec non Laurent. Syluan. conſi. 10. in nomine, col. vlt. nu. 4. verſicu. Nec obſtat. Hierony. Gratus conſi. 10. quæritur. col. 4. num. 28. cum alijs de quibus Ioan. Bapt. Plotus in l. ſi quando, §. 11. nu. 15. C. vnde vi. Aymon Crauet. I.C. hoc noſtro ſæculo præſtantiſſimus hab tus in omni virtutum genere, conſ. 186. col. antepe. limitent cōcluſionem noſtram ex eo, quia tunc nulla mora poſſit cōſiderari ex parte pro-
77 mittentis dotem, & ſic quòd taxatio illa ſit uſura. † Attamen conſideratio

ſideratio talis nihil eſt, attenta vera ratione deciſionis d.cap. ſalubriter, quæ fuit inducta non propter aliquem ſpecialem fauorem dotis, ſed propter intereſſe iuſtum onerum matrimonij, prout dicitur ibi in fi. quo caſu dicendum eſt ex parte promittentis dotem, & non adimplentis, ſemper adeſſe moram, quæ irregularis dicitur, & de qua inferius traditur, & hoc quando maritus ſuſtinet: is enim cui eſt dos promiſſa aut debita, interim dum ea non ſoluitur, ſuſtinet de ſuo proprio onera matrimonij, quæ ex ipſa dote ſoluta ſuſtinerentur, l. pro oneribus, C. de iu. dot. traditur enim dos vt ſit mulieris patrimoniũ, quo ipſa alatur, l. Pomponius Philadelphus, ff. fam. erciſ. quæ ſola ratio colligitur apertè ex d. tex. quam maior pars interpretum intereſſe damni emergentis dixerunt, credentes ſuper ea fundari notabilem deciſionem illius cap. cuius opinionis ſunt Bal. Nouel. in d. priuilegio, Anan. in d. cap. ſalubriter, num. 8. Bart. in l. in inſulam, §. vſuras, ff. ſol. ma. Bal. in l. vlt. §. præterea, col. 2. C. de iu. dot. Alex. conſi. 31. nu. 9. lib. 6. & in conſi. 141. in princ. lib. 5. & in conſi. 178. nu. 11. lib. 7. Ioan. Lup. in d. cap. per veſtras, in 6. not. §. 8. Moderni Pariſ. de vſur. q. 74. nu. 527. Caieta. ſuper 2. ſec. q. 74. art. 2. Vnde conſideratio illius damni, quod dicunt emergentis, erit totum id quod maritus expendit in alenda vxore, & alijs oneribus matrimonij, & eo quia dos non fuit ſoluta ab initio, ob id damnum patrimonij, & rerum paſſus fuerit, ita videtur ſentire Cagnol. hic num. 43. Quam rationem crediderim veram eſſe cum ſit ex mente & verbis illius tex. quicquid oppoſuerit contra eam Nauar. in Comment. ſuper d. c. ſi fœneraberis, nu. 71. & ſeq.

78 † Colligitur modò ex d. ratione, quòd ſi maritus non ſuſtineret onera matrimonij, non poſſet agere ad dotis fructus vel intereſſe, Marſil. ſing. 264. cum &c. Abb. conſi. 79. videtur, ad fin lib. 2. glo. Bar. Alex. & DD. in l. ſi ab hoſtibus, §. ſi vir vxorem, ff. ſol ma Plot. in d. l. ſi quando, §. 11. nu. 14. & paſsim DD. in d. cap. ſalubriter. facit d. l. pater, in prin. & allegatur l. dotis fructus, in princ. ff. de iure

79 dot. † Non omittendum eſt tamen, quòd plures etiam ſunt opinati, deciſionem d. c. inductam eſſe ratione non tam illius oneris, quod dicunt damni emergentis, quàm etiam alterius cauſæ, videlicet lucri ceſſantis, quaſi velint vt ea conſtitutio tunc ſit admittenda, cum ipſe vir attenta eius induſtria & officio, nec non ipſius prouinciæ qualitate, & conditione ex pecunia dotali ſtatim ſoluta potuiſſet lucrari tantam quantitatem, quantam ex fructibus pignorũ quotannis percipiebat & non aliter. cuius ſenſus autores ſunt Io. And. Abb. Ant. But. & alij in d. c. ſalubriter. Lud. Bolognin. cõſi. 19.

Adrian. in 4. ſenten. tract. de vſur. verſi. ſed dubium, & ibi Ioan. Maior. diſt. 15. q. 31. verſic. tertius caſus. Syluest. in Sum. verſ. vſura, 3. q. 2. Conrad. de contracti. q. 35. concluſ. 7. vbi Ioan. de Metin. cap. de acquiſit. per uſuram, §. ad cap. ſalubriter, cum multis quos congerit Couar. vbi ſupra, cap. 1. nu. 3. Cagnol. hic nu. 44. Plotus in d. l. ſi quando, §. 11. nu. 21. vbi tradunt huiuſmodi opinionem frequentiori autorum iudicio probatam; quæ ratio, etſi veriſsima exiſtat in ſe, attamen non per hoc exiſtimauerim ſuper ea quoque fundari deciſionem illius cap. cum in eo tex. ſupra dicta vnica tantum ratio aſsignetur, prout etiam aduertit Soto lib. 6. de iuſt. & iu. arti. 2. col. 7. & fatetur Nauar. vbi ſupra. Putauerim equidem quòd quando tractatur de vſuris, & fructibus ut intereſſe petendis tanquam lucrum ceſſans, quòd tunc iſtæ duæ rationes debeant cōcurrere, ſecus quando peteretur vti damnum paſſum, quia eo caſu ſatis eſſet oſtendere tantummodo maritum ſubſtinuiſſe de ſuo onera matrimonij, vt per Alex. d. conſi. 31. lib. 6. & alios quos ſupra in id expendimus circa rationem d. cap. ſalubriter. tunc autem deberet peti tanquam lucrum ceſſans, quando illi fructus & vſuræ non eſſent reducibiles ad illud intereſſe damni paſsi: quia ſi excederent, deberet concurrere intereſſe lucri ceſſantis; & doceri quòd ille vir ſua induſtria cum illa quantitate dotis non ſoluta eſſet ſolitus quot annis lucrari quantum percepit, alioquin fructus illi & vſuræ quãtum excederent intereſſe damnum paſsi, deberent in ſortem computari, Bal. in l. vlt. § præterea, C. de iu. dot. Alex. conſi. 178 num. 10. lib. 7. & in d. l. in inſulam. §. vſuras, poſt Imo ibi, Dec. conſ. 119. poſt Caſt. in d. §. vſuras, Bal. Nouel. vbi ſupra, par. 7. priuil. 3. nu. 4. Anton. Neguſant. in tract. de pignor. 5. memb. 5. par. ad fin. Plotus vbi ſupra.

80 † Ex quibus omnibus colligitur ius Pontificium non induxiſſe vſuras fauore aliquo ſpeciali dotis, prout crediderunt aliqui, cum iſti fructus tanquam proprium intereſſe petantur, non tanquam vſura propria, vt tradit Bar. in d. §. vſuras Bald. Nouel. vbi ſupra, Moderni Pariſi. de contra. q. 74. nu. 524. vnde iſtæ dicentur potius vſuræ damni reſtauratiuæ, quæ non ſolum à iure ſed à quocunque alio creditore abſque vlla vſurarum labe poſſent licitè acquiri, & peti, vt inferius oſtendetur.

81 † Per hæc quoque infertur, falſam extitiſſe quorundam ſententiam, qui arbitrantes fauore, & priuilegio dotis vſuram in caſu iſto marito fuiſſe à lege permiſſam, crediderunt eius hæredes, nec non qui habuiſſet ab eo iura per venditionem, ceſsionem, vel quolibet alio

alio titulo, non poſſe aliter petere intereſſe illud, quod ipſi marito concederetur, cuius ſenſus fuere Franciſ. Cremenſ. ſingul. 5. Bal. in ru. C. de vſu. col. vlt. D. Antonin. in Sum. par. 2. tit. 1. ca. 7. §. 32. Angel. Clauas. in Sum. verſ. vſura, §. 26. Fortunius Garzias in tract. de ultimo fine, illatione 6. refert latè Didac. Couar. lib. 3. var. reſol. ca. 1. nu. 3. verſi. cæterũ &c. vbi plura in hanc ſententiam citat, ſed eorum potiſſimum eſt fundamentum ex eo, quia mutatione perſonæ mutatur priuilegium, ac etiam quia ceſſat cauſa rationis, propter quam fuit inducta diſpoſitio huiuſcemodi.

82 † Vnde contrarium & rectius ſenſerunt Sali. in auth. ad hæc, q. 3. C. de vſur. Ioan. Lup. in d. c. per veſtras, verſic. 8. infertur, in fi. de donat. inter vir. & vxor Arnold. Ferron. in conſuetud. Burdeg. titu. de dote, §. 1. Moder. Pariſ. de contract. q. 74 nume. 526. & de hoc Deci. conſi. 571. Pariſius conſi. 64. lib. 4. Conrad de contract. q. 35. in fi. Syluest. in Sum. verſ. vſura, 3. § 4. Nauar. in Manuali Confeſſorum, ſub 7 præcepto, cap. 17. num. 274. & alij quàmplures, qui tamen intelligendi ſunt, dummodo non appareat per maritum alimẽta vel vſuras illas fuiſſe remiſſas expreſsè aut tacitè, quo caſu hæredes, vel alij ſucceſſores non admitterentur ad illas petendas.

83 † Alimenta verò, nec non vſuræ illæ per quos actus, & quando tacitè per maritum remiſſæ dicantur, magna legitur apud Scribentes contentio, vt videre poteris per Octauian. Cacchera. deciſio. Pedemonta. 132. qui articulum huiuſmodi plenè ac diligentiſſimè pertractauit.

84 † Sed quæritur nunc econuerſo, quid in vxore ſoluto matrimonio, nunquid ipſa effecta vidua poterit erga hæredes mariti experiri diſpoſitionem illius cap. ſalubriter? & per rationem, ſuper qua fundatur text. reſoluunt communiter Interpretes conſtitutionem huiuſcemodi non comprehendere ipſam mulierem ſoluto matrimonio, cùm nulla ſuſtineat onera, ita Abb. nu. 5. ibi, Ambro. à Vignat. nu. 16. Bart. in l. atqui natura, §. non tantum, ff. de nego. geſt. & in d § vſuras, vbi Imo. Alex. in l. diuortio, in princ nu. 23. ff. ſolu. mat. & conſ. 27. lib. 4. Anto. Rube. conſi. 55. Afflict deciſi. 284. Crauet. conſ. 89. nu 3. & cõſ. 189. nu. 7. ver. 6. caſus, cum alijs de quib. per Couar. vbi ſupra, c. 1 nu. 3. Cagnol. hic nu. 15. latè Plotus in d. l. ſi quando, §. 11 nu. 14. quæ ſententia mihi videtur vera, & magis communiter recepta, etſi contrarium exiſtimauerit Iaſ. conſil. 92. lib. 1. & dicit Abb. conſi. 39. col. vlt. lib. 2. quòd iſta opinio videtur æquior, & inclinat Socin. conſi. 56. col. 1. lib. 3. tenet expreſsè Ang. Clauas. in Sum. verſi. dos. ad fin. & verſi. vſura, §. 19. Conrad. de cõ-

tract.q.35.concluſ.9.Nauar.in d.c.ſi fœneraberis,num.75.

Quamobrem meritò ex illa communi ſupra relata concluſione excipi debent plures caſus.& omiſſo eo, videlicet quando dos mulieris conſiſtebat in fundo dotali dato inæſtimato in dotem, uel

85 æſtimato,cum hoc tamen quòd remaneret fundus dotalis,†& tunc marito defuncto ſtatim,etiam non expectato anno,eius hæredes tenentur illum reſtituere mulieri,l.1.§ exactio, C.de rei vxo.actio.etiā cum fructib.primi anni luctus, Bal. & alij communiter, in l.diuortio,vbi Iaſ.col.4.nu.18.ver. circa ibi, ff.ſol.ma Sed de fructib fundi dotalis anno,quo maritus eſt mortuus,fiet diuiſio inter eius hæredes ac mulierem,de quo in d l.diuortio,& l.de diuiſione,ff.ſolu.matri.Hoc ergo omiſſo,

86 † Primus caſus erit, quando vidua eſt infra annum ſuæ viduitatis, infra quem cum hæredes mariti non poſſint cogi ad ſibi dotem ſoluendam conſiſtentem in mobilib pecunia, aut iuribus incorporalibus, & tunc alimenta ipſi præſtare tenentur, quando ſcilicet mulier non habet vnde ſe poſſit alere, ſecus aliter, de quo per glo. Bart.& DD.in d.l.1.§.exactio,& in d.l.diuortio, in princ. Anan. in

87 d.cap, ſalubriter, col.6. † Quod fallit, niſi dos mulieri fuiſſet à uiro legata, quia tunc non aliter expectato anno deberet ipſi reſtitui, etſi haberet vnde poſſet viuere,l.1.ff.de dote præleg. §.ſed ſi uxori, vbi glo.Inſt.de lega. Fallit etiam ſecundum aliquos, quando hæredes mariti ſunt diuites & potentes, quia tunc non expectato anno deberent quoque reſtituere,ex mente Ang. in d.l. diuortio, §.interdum,Iaſ.poſt alios in d.§.exactio, Roman. ſing.46. Alexand. in l. ſi debitoribus, ff. de re iudi. Verum hæc fallentia communiter reijcitur, quia etſi hæredes opulenti eſſent, nihilominus expectari deberent per annum,Sali in d.§.exactio, Iaſ.in § fuerat, nume.27.verſic. ad id autem quod dixi, & nu.ſeq. verſi. quod limitauit, Inſt.de acti. Nicol.Boeri.conſi.50. videtur primò, nu 19. Plotus in d.l. ſi quando,§.12. num.23. Et ideo ipſorum alimentorum ratione poſſet uidua licitè recipere vel paciſci certam quantitatem ultra ſortem dotis,modò illa quantitas conuenta commenſuraretur cum alimentis præſtandis,nec in aliquo excederet,nam tunc ille exceſſus computaretur in ſortem principalem, Abb. in d c.ſalubriter, nu.6. vbi Ambro.à Vigna.nu.19.Soto li.6.de iuſt. & iu.q.1.art.2.col. pen. quod verum exiſtimo, neque contradictorem video.

88 †Secundus caſus,qui excipitur à concluſione prædicta, eſt quando poſt annum ſuæ viduitatis mulier curauit ſuam dotem ab hæredibus viri exigendam, nec per eam ſtetit, quo minus illa ſibi redderetur,

deretur, & interim nihil habet ex quo percipere poſsit alimenta, nam tunc reſoluunt DD. quòd ratione illius moræ hæredum, & intereſſe ſui damni, poterit ipſa vidua licitè exigere & conuenire cum hæredibus mariti certam quantitatem loco alimentorum; eo interim quo dos non ſoluitur, quaſi tunc percipiat & conueniat de vſuris pro ratione damni emergentis. ita Caſt conſi. 429. num. 4. lib. 2. Alc. poſt Imo. in d. l. diuortio, in prin. nu. 24 & in conſi. 181. nu. 6. li. 5. Crauet. conſi. 189. nu. 7 verſ. 6. caſus, Cagnol. hic nu. 17. Plotus in d. l. ſi quando, §. 11 nu 27. Et iſte caſus licèt admittatur potius æquitate quadam, quàm reperiatur in iure expreſſus, vt per Couar. vbi ſupra, d ca. 1. nu. 3. verſ. 6. hinc etiam conſtat. & propter hoc ſibi non placeat traditio huiuſcemodi, attamen cum DD communiter admittãt propter damnum inopiæ, quam patitur mulier, & iam dictum ſit prout quoque inferius oſtendetur, quòd quilibet creditor iuſtiſsimè abſque vſurarum labe poſsit fructus percipere vltra ſortem ex pacto ratione damni emergentis, ideo hunc caſum tanquàm in iure expreſſum retinebis.

86 † Tertius eſt caſus, quando mulier eſt diues, & ſic interim habet vnde ſe poſsit alere, nam ſi poſt annum ſuæ viduitatis petierit dotem ab hæredibus mariti, & donec dotem reſtituerent, cum eis ſimpliciter conuenerit, quòd dent certum quid ſingulis annis; iſto caſu videtur, quòd ſi talis mulier oſtenderet ſe eſſe induſtrioſam, vt quia pecunias ſuas poneret in aliqua menſa ad negociandum, vel aliter ſoleret lucrari, tunc valeret huiuſmodi conuentio, vel quia aliter doceret in loco frequenter reperiri plures venditores cenſuum, in quibus potuiſſet facillimè erogare ſuas pecunias dotium. ita Alex. conſi. 200. num. 3 lib 6 & in d. l. diuortio, in prin nu. 25. vbi Lãcelot. Deci Iaſ conſi 92 lib. 1 Neguſant in tract de pignori. 5. memb. 5. par. ad fi. Ioan. Lup. in d. c. per veſtras, § 8. nu 4. dicens hanc opinionem communem, Cranet d. conſi 189. num. 7. cũ alijs, de quibus per Couar. d. ca. 1. vbi ſupra, Cagnol. hic nu. 16. Plotus in d. l ſi quando, §. 11. num. 24.

90 † Quartus caſus, qui excipitur, eſt vbi mulier nõ remãſit vidua, ſed alteri mox nupſit: tunc enim ſecundus maritus poſſet petere fructus dotis non ſolutæ ab hæredibus primi viri, vel alijs debitoribus vt per Gratũ conſ. 56 viſis, col. 2. nu. 3. poſt Bar. quem allegat conſi. 128. Franciſcus &c. tradit latius Plotus in d l ſi quando, § 11. nu 26. vbi in id citat D Thom. Sec. 2. q. 262 arti. 4. Angel. Clauaſ. in Sum. verſ. vſura, nu. 19. verſ. reſpectu damni. Hoc enim intereſſe huic ſecundo marito conceditur per rationem d. ca. ſalubriter,

Et in omnibus ſupradictis caſibus haud æxiſtimabis per aliquod priuilegium mulieris fuiſſe vſuras illas inductas, cum ſint reſtauratiuæ, de quibus inferius dicetur, quæ ratione aut damni paſsi, vel lucri ceſſantis, regulariter eſſent licitæ in quolibet alio creditore; vt mox explicabimus. Quibus ita expoſitis, dum ergo primò quæritur nunquid valeat diſpoſitio teſtatoris iubentis hæredi, vt dum per eum interim non ſoluitur dos ſuæ vxori, detur ſibi certa quantitas pro alimentis moderata, videlicet ad rationem 5. pro centum
91 quolibet anno? † Similiter dum quæritur nunquid hoc poſsit licitè per ſtatutum diſponi? Has inquam quæſtiones regulari, & regi poſſe iuxta caſus ſupraſcriptos, videlicet vt in omnibus his, quibus concluſum fuit mulieri vſuras, ſeu intereſſe de iure præſtari debere, ita & in his quoque à teſtatore & ſtatuente induci, & taxari poſſint, ſecus aliter etſi DD. in hoc ſe ipſos nosq; etiam miſerè & confusè torquent, cum tot tãtisq; eorum ſcriptis, de quibus per Couar. vbi ſupra, d. ca. 1. nu. 3. ver. 7. ab eadem &c. Plotum in d. l. ſi quando, §. 11. nu. 22. & ſeq. Sed melius dicas illas quæſtiones reſolui per illam deciſionem Vlpiani, de qua in d. l. 3. §. vlt. ideſt vt valeant diſpoſitiones teſtatorum & ſtatuentium, quatenus non per mulierem, ſed per hæredem fiat quominus ſoluatur dos, & quòd etiam illæ vſuræ non excedant probabilem modum, ſed commenſurentur cum ratione vel damni paſsi, aut lucri ceſſantis, aut verò ſtatuantur ad quendam facilem modum, vel ſecundum diſpoſitionem l. eas, C. de vſur. & aduertunt Moderni Pariſ. de contract. q. 74. nu. 527. vel ſecundùm communem vſum prouinciæ, vt tradit Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 1. nu 13. ver. 7. veluti ad rationem 5. pro centum quolibet anno, prout induci vt plurimum ſolent, & ſtatutum reperio in Ciuitate Florentiæ, quòd quilibet creditor miſſus in poſſeſsionem lucretur ad iſtam rationem, de quo etiam teſtatur, & comprobat Laurent. Rodulf. in ca. conſuluit, par. 2. q. 64. nu. 88. de vſur. memorat Bal. adeſſe in quibuſdam locis ſtatuta quòd præſtentur decem pro centum quolibet anno, & reputat valida, in l. vlt. §. præterea, nu. 5. C. de iu. dot & conſ. 166. lib. 1. Statuta etiam huiuſcemodi, & conſuetudines dicit communiter valere & obſeruari poſſe abſque peccato, Rocchus de Curte in ca. ult. q. 1. nu. 19. de conſuet. ex facit ad hoc inſignis deciſio Afflicti 284. & ſequuti ſunt quàmplures in clem. 1. de Vſur. Cœpol. conſil. Ciui. cauſarum 15. quod vti communiter receptum poſuit Franciſ. Viui. lib. 2. recepta. ſenten verſ. conſuetudo ſeu ſtatutum. Et non ſolum in caſu huiuſmodi dotis, vt præcitati DD. loquuntur, puto tales diſpoſitiones,

nes, & ſtatuta valida, ſed etiam in quolibet alio credito, videlicet vt creditor miſſus in tenutā ex primo decreto lucretur 5. ad rationē pro centum quolibet anno, prout ſtatutum Florentinum relatum loquitur. tenuit hoc glo. in §. ſi verò etiam quidam iment, verſ. ſeruandi cauſa autem Auth de exh. b. reis, ſequitur Bal. in l. acceptam, q. 18. nu. 29. C. de vſur. videtur tenere Imo. in §. Iulianus, l. ſi finita, nu. 12. in fi. ff. de dam. infec. ſed voluit expreſsè Alex. poſt Roma. ibi nu. 105. & hoc quia diſpoſitiones & ſtatuta induxerūt non propter lucrum ipſius creditoris, ſed propter moram regularem, aut irregularem debitoris, in cuius odium & pœnam potuit hoc diſponere, vt concludunt præallegati DD. ſecus ergo ſi nulla mora interueniēte ſtatuta inducerent vſuras pro lucro creditoris, quia tunc nullo modo valerent, & tenentes tunc illa ualida, & ſecundum ipſa iudicantes, hæreſis labem incurrerent, vt dicitur ſupra, & in his terminis accipiendi ſunt contrarium tenentes, videlicet Bal. in authen. ad hæc, col. 2. C. de vſur. Imo. alijq; in l. in inſulam, §. vſuras, ff. ſolut. matri. & in clemen. 1. de vſur. vbi alij quàmplures, Iaſon in §. fuerat, nu. 19. poſt Angel. ibi, Inſt. de actio. Socin. cōſi. 126. diligenter, col. vlt. lib. 1. repetitum, conſi. 180. lib. 2. Capici. deciſio. 65. in cauſa honorabilis, num. 11. Rube conſi. 55. viſis, col vlt. verſ. & tamen. cum alijs de quibus Plotus in d. l. ſi quando, §. 11. nu. 32. Couar. li. 3. var. reſol. ca. 1. nu. 3. ver. 7. Et eodem modo accipiēda eſt doctrina Bart. in d. §. Iulianus, num. 50. ver. quæro vtrum miſſus &c. & ſequacium. Ratione ergo moræ regularis ſiue irregularis ipſius debitoris tantū ſtatuta huiuſcemodi inducentia, & taxantia vſuras, ſuſtinentur & valent in Rep. Chriſtiana, Et in eo caſu etiam quando mulieri debent alimenta præſtari, dum non habet vnde ſe alat, quia tunc ſtatuta poſſunt inducere liciteque taxare vſuras pro his alimentis, ut voluit Cardin. in d. clem. 1. de vſur, Pau. Caſtrenſ. vbi Alexan. col. 5. in l. diuortio, in princ. ff. ſol. mat. Fely. in cap. conſultationibus, ad fi. de offi. delega. Iaſ. in l. de quibus, col 17. num. 61. ff. de leg. Gozadin. conſi. 55. quæritur, col. pen. in fi. Crauet. conſ. 189. col. 2. Couar. vbi ſupra, voluit Di. Antoni. in Sum. par. 2. tit. de vſur. ca. 31. incip. Sed ſi ſtatutum. Angel. Clauaſ. in Sum. ver. Dos, §. vlt. nu. 28. verſ. vtrum licitè, & in ver. vſura, nume. 32. ver. quid de ſtatuto. Sylueſt. in Sum. verſ. vſura, 3. nu. 8. verſ. octauò quæritur, Summa Tabiena in ver. vſura, 10. in fi. verſi. ſed quid dicendum. Quod tamen non dixeris ſpeciali aliquo fauore induci, ſed propter illud debitum, quod habent hæredes viri in alendo viduam infra annum, de quo dicitur ſupra. Vnde reſolui poterit hoc prouenire a mora eorum irregu-

lari, & non fauore paupertatis, quia nec eius cauſa, aut pro alio pio opere faciendo, vel pro captiuo redimendo non poterit à ſtatuto vſura diſponi, nec valebit eius diſpoſitio, cap. ſuper eo, de vſur. de quo ſupra, & non ſemel dicetur.

SVMMARIVM.

92 *Rationes quare uſura de omni iure prohibita.*
93 *Agriculturæ laus atque utilitas.*
94 *Agriculturæ & ruſticæ rei priuilegia.*
95 *Famis calamitas eiusq; nomina & effectus dirè execrabiles.*
96 *Famis neceſsitas derogat regulis legibus & naturæ.*
97 *Paupertatis mala eiusq; effectus.*
98 *Diuitiarum gloria & laudes.*
99 *Dilectio & charitas fraterna, quæ.*
100 *Neoterici Pariſienſes damnantur, & in quo.*

§. 5.

SED vt ad rem propoſitam reuertamur, videlicet
ad uſuram illam, quam lucratoriam dicimus.
†Quæritur modò vnde ſit quòd illa omni iure re-
92 periatur prohibita atque damnata. & circa hoc
quàmplures rationes afferũtur à ſcribẽtibus, quas
longum eſſet recenſere: ſiquidem Conrad de cõ-
tract q 22. concluſ. 2. cumulat 25. cauſas. Vnde nos memorabimus
tãtummodo illas, quæ grauiores videbuntur. Quarũ prima erit illa
Innoc. in Rub. de vſur. & de qua etiam Bal. in Rub C eo ti. qui dicũt
illã fuiſſe, quò fames euitaretur, quæ etiam eſt de mente Ariſtotel.
Politicorum cap. 6. & ſeq lib 1 Homines enim ſuapte natura ad o-
pes proni intenderent potius huic lucro fœnebri uti maiori, atque
ſecuriori, quàm alteri pio ac ſtabiliſſimo quæſtui. cæteriſq; etſi ad
mortales regendos bonis & neceſſarijs artibus; deſererent quippe
93 humana cõmercia, exercitia pecudũ, † & aliorum animaliũ, nec nõ
& agriculturã ipſam, qua teſte Cic. lib. 1. offic. nihil eſt melius nihil
vberius, nihil homine libero dignius, quæq; ſemper in maximo ho-
nore, & laude fuit habita, vt oſtendit Ariſtot. lib 1. Oecono. c. 1. Et
apud priſcos illos Romanos tanto ſtudio culta apparet, ut cunctis
alijs fuerit antepoſita, probat hoc Diony Halicarnaſ li 2 qui Romu
lum inſtituiſſe ſcribit, vt Ciues Romani tantummodo tractarent re

ruſticam

ruſticam atque militarem. demonſtrat non obſcurè Plutarch. qui numum ſumma diligentia pop. Roma. ad agriculturæ ſtudium traduxiſſe ait, atque hoc non ſine cauſa factum fuiſſe ſcribit M. Varro in lib. de re ruſti 3. dum inquit, Maiores noſtri ex vrbe in agros redigebant ciues ſuos, quod & in pace à ruſticis Romani alebãtur, & in bello ab his defendebantur. Innumera ad hoc ſe offerunt exẽpla, & illa quidem nota atque præclarisſima. Nam quid L. Cincinnatum, L. Quinctium. Claudium, Curtium, Fabricium, Coruinum, Regulum, Seranum, Coruncanum conſulares, ac triumphales viros Tarentini ac Punici belli æquales commemorem? quos Patricios clarisſimosq; homines ſumma cum laude agrum manibus ſuis coluiſſe proditum eſt, atque ex eo agro ad honores uocatos, rurſus ad honoribus ad agriculturam reuerſos; quàm bellè hoc indicat Cic. in oratione pro Roſcio Amerino his verbis; Ne tu Erucci accuſator eſſes ridiculus, ſi illis temporibus natus eſſes, cum ab aratro accerſebantur, qui Coss. fierent, Cyrus etiam Iunior Perſarum Rex gloriatur in Xenophonte, agrum ſe habere ſuis manibus conſitum arboresq; ordine poſitas, & in quincuncem directas, ut ex hoc intelligas nihil Xenophonti tam regale videri, quàm ſtudium agri colendi, id quod ex eodem retulit Cicero in lib. de Senectu. & in oratione pro Rege Deiotaro. Diocletianus quoque A. huius Conſtitutionis Autor, prępoſuit Imperij faſcibus olera illa ſuis manibus Salonæ inſtituta. Inter cæteras etiam Antonini Pij A. virtutes, quæ plurimæ erant, illa non prætermittuntur à ſuo ſcriptore, quod diligens agricultor fuiſſet. Multi alij Imperatores, nec nõ potentisſimi Reges omittuntur, qui ſe agricolas præſtiterunt, & id quidem eſt, quod ſcribit Plinius lib. 18. ca. 3 Manibus ipſorum Imperatorum agros olim coli ſolitos gaudente terra uomere laureató, & triumphali aratore. Vt interim taceam viros ſanctisſimos. Nam & ſacræ litteræ tradunt Gene. 9. Noe agricolam fuiſſe, imò verò D. N. Ieſus Chriſtus, Ioan. 15. in prin dicit ſe vitem eſſe, & patrem agricolam ponitur quoque ipſe agricola in clem exiui de paradiſo. in prin. de ver. ſig. Vt hinc mirari non debeas ſi ruſticæ illæ Tribus Romanæ laudatisſimæ extiterint, atque Vrbanis longè honeſtiores Nam quid aliunde Papiriam, Corneliam, Aemiliam, Fabiã, Menceniam Sergiam, & Veturiam Tribus ruſticas honeſtisſimas appellatas exiſtimaris, quàm quòd in eas copioſisſimæ hæ, ac nobilisſimæ familiæ ſe coniecerint, atque rurſus vnde Fabios, Piſones, Lentulos, Cicerones, Bubulcos, Bupecios, Iuuencos, Porcios, Scrofas, Pilumnos, Iunios, Statilios, Tauros, Vitulos, Vitellios,

Suillios, Caprianos, Ouinos, Caprilios, Equinos, atque innumera illa ruſtica gentilitia cognomina profecta crediderís? quàm quòd nobiles homines agros, non autem vrbem incoluerint, ut exactè oſtendit Carolus Sigonius lib. 1. de antiquo iu. ciui. Roma. ca. 3. de Tribubus & curijs, ac rurſus eodem lib. ſecundo, ca. 6. & ante eum Plinius lib. 18. cap. tertio. Vt non ſine cauſa tot grauiſsimos ſcri-
93 ptores laudatoresque inuenies ſortitum fuiſſe rem ruſticam, † multaque priuilegia ei condonata, prout diligentiſsimè ſcribit Tiraq. ſpectatæ virtutis I.C. in tract. de Nobili. capitu. 32. Boerius deciſ. 312. num 10. & ſeq. Dato ergo huiuſmodi vſurario exercitio agricultura intermitteretur, quamobrem caritas annonæ ex incultis agris homines inuaderet, idemque ſurgeret omnium rerum penu-
95 ria, & fames, qua nihil eſt humano generi miſerius, nihil calamitoſius: nam vt dicit Innocent. vbi ſupra, Dauid potius elegit peſtem, quæ communis eſſet tam diuitibus, quàm pauperibus, quàm elegerit famen, qua tantum pauperes perirent, vt ſcribitur Regum lib. 2. c. 24. Et meritò, quia ipſa eſt ultimum malorum omnium, & omnium teterrimum mortis genus atque miſerrimum, nec aliud excogitari poteſt tam dirum, tam ſæuum, tam obſcænum ac tetrum, tam peſtiferum ac pernicioſum quàm fames: ipſa enim eſt mæſta, atra, inſana, rabida, iniucunda, imperioſa, & quæ clades & acerbitates omnes ſuperat, omnia domat, iura omnia etiam naturalia violat, quæque demum homines ad omne malum, crudelitatesve ſuadet, atque impellit. Ex nullo enim malorum fonte fœdiora manarunt exempla. hinc ortæ ſunt illæ infandæ epulæ confectæ ex multis corruptiſsimis, putridiſque rebus, & animalibus, & quod peius eſt, ex humanis cadaueribus in terra obſeſſis, quinimò ex infantiũ, & ſuorum filiorum cęde, & quod omnium atrociſsimũ eſt, ex propria corporis ſui carne: reperti ſunt enim, qui ſe ipſos laniarunt, quando obſcænos morſus in alios vertere non potuerunt. hinc illæ præcipitationes aliæque feſtinatæ mortes, de quibus fidem faciunt ſcriptores maximæ autoritatis. Teſtis ad hoc eſt Liuius lib. 4. Dec. 1. tradens, cum fames vrgeret Romanos, multos ex plebe ſpe amiſſa, potius quàm vt cruciarentur trahendo animam capitibus obuolutis ſe in Tyberim præcipitaſſe; & Polybius lib. 1. memorat Spendij milites ad extremum adeo famè coactos, vt ſuis inuicem corporibus veſcerentur, quod ipſum explicat Porphyrius lib. 2. de abſtinentia ab eſu carnium, Flau. quoque Ioſeph de bel. Iudai. lib. 7. cap. 7. & ſeq. factum refert neque apud Græcos, neque apud Barbaros cognitum, & dictu quidem horrendum, auditu verò incredibile

credibile de illa Maria Eleazari filia, quæ in obſidione Hieroſolymi reperta fuit infantem filium à ſe occiſum coctumque medium comediſſe; ac rurſus lib. 6. eod. cap. vlt. in fi. ſimiliter lib. 9. antiq. ca. 4 quod vltimum legitur in 4. Reg. cap. 6. Alias famis calamitates recenſet idem etiam Liuius lib. 3. Deca. 3. in obſidione Caſilini; cuius famē exaggerat Valerius Max. lib. 7. ca. 6. Aliam quoque ſcribit Appian. Alex. in lib. Libico. Idem Iberica ſiue Hiſpanica refert in obſidione Numantiæ, quòd Numantini cibis omnib. deficientibus, cum iam non fructuum, non pecudem, non herbam haberent, primùm, vt in bellicis incommodis vſu uenire ſolet, pelles coctas mandebant; quibus itidem deficientibus carnibus morientiū hominum minutatim conciſis veſcebantur, ægrotātium autem carnes illis deguſtatis faſtidire cœperunt, & robuſtiores debilioribus uim afferre, de quo etiam fidem facit Valer. lib. 7. cap. 6. Et Herodotus lib. 3. ſcribit milites Cambyſis Perſarum Regis in expeditione quandiu quid de terra ſumerent, habuerunt herbis victitaſſe. At vbi ad Sabulon peruenire, ibi nonnulli diram rem perpetrantes ſortiti ex ſe ipſis decimum quemque comederunt. Appian. itidem Alexandrin. in lib. Mithridatico refert Eleuſinos dum obſidione à Sylla premerentur, iumentis omnibus abſumptis coria burſaſque decoxiſſe, excrementa etiam aſſumpſiſſe non nullos, porrò cadaueribus vſos fuiſſe humanis, pluriumque in domibus humana corpora in cibos præparata, fuiſſe inuenta. Et Suetonius tradit in Vita Tyberij Neronis, ca. 54. de Druſo eius nepote, qui cum in ima parte palatij ab eo fame necaretur, cum alimenta illi fuiſſent ſubducta, tormentum e culcitra tentauerit mandare. Longum eſſet recenſere ſcriptores, qui de famis calamitate tradiderūt, quos ex noſtris refert omnium latiſsimè, & eleganter more ſuo, Tira. uariæ & inde feſſæ lectionis I.C. in lib. 1. retract. § 26. glo. 1. nu. 16. cum ſeq. quàm plurimos etiam obſcęnos turpiſsimoſque epitheotes in eam colligit Ioan. Rauiſi. Textor Niuernien. in ſuo Epitheorum opere.

96 Et vt demum in hoc finem faciam, propter neceſsitatem famis receſſum eſt ab omnibus regulis: non enim curantur leges, & quod maius eſt derogatur ipſi iuri naturæ, de quo apparet in l. 2. & ibi notatur, C de patri. qui fili. ſu diſtraxe. explicat hoc Couar. lib. 3. uar. reſol. cap. 14 nu. 4. Franciſ. Viui. lib. 2. recept. ſenten. opin. 217. verſic. pater Arri. Pinel. in 2 par. rubri. C. de bon. mater. num. 28. plura per Iacob. Menochi. in Commen. recup. 10. remed. nume. 96. & ſequen.

97. † Altera, & ſecunda ratio, quare uſura damnetur, adducitur per

Innoc.

Innoc vbi ſupra, & de qua Abb. in capit. quanto, in 1. not. de vſur. veluti paupertatis euitandæ cauſa, nam homines ex vſuræ exactione plurimum trucidantur, 14. q. 4 ca. quid dicam. & ob id ad maximam egeſtatem reducuntur, quæ in hoc ſæculo ſumma calamitas, & miſeria reputatur, vt ex noſtris dicebat Bal in l. vlt. poſt prin. C. qui bon. ced. poſ. nam videmus pauperes vocari paſsim miſeros, quinimò paupertas plurimum obeſt, & inter mala, & quidem ingentia connumeratur, vt apparet Eſdræ lib. 4. ca. 15. vbi hæc dicit Dominus, Immittã tibi mala, viduitatem, paupertatem, famen, gladium & peſtem. & iterum Leuitici 26. & Malachiæ 2. minatur ſe egeſtatem daturum improbis, & qui mandata ipſius non obſeruauerint. & dicitur prouerbiorum... Egeſtas à Dño in domo impij. & cap. 13. Egeſtas, & ignominia ei, qui deſerit diſciplinam. Similiter eſt intereſſe Reip. ſuos ipſius ciues non eſſe pauperes, ſed locupletes fieri, §. 1. Auth. vt iud. ſine quo ſuffrag. & Cic. lib. 3. officiorũ ait, Hecaton Rodius diſſerit ſapientis eſſe habere rationem rei familiaris. Neq; enim ſolum nobis diuites eſſe volumus, ſed liberis, propinquis, amicis, maximeque Reip. ſingulorum enim facultates

98 & copiæ, diuitiæ ſunt ciuitatis. † Tradunt quoque ipſi ſcriptores opes & diuitias beare, & prodeſſe, florenteſque homines reddere, de quo per Vlpianum I. C. in l. bonorum, ff. de verbor. ſign. & in multis locis tradunt Tullius, Seneca, Iuuenalis, Horatius, alijque. legitur etiam apud diuinos ſcriptores, diuitias eſſe donum Dei, vt per D. Auguſt. in Enarratio. Pſalmi 65. & traditur lib. 1. Regum cap. 2. quòd Dominus pauperem faciat, & ditet. Scribitur quoque Pſalmo 3. Gloria, & diuitiæ in domo eius, & Prouerb. cap 3 longitudo dierum in dextera eius, & in ſiniſtra illius diuitiæ, & gloria, & in cap. 10. Benedictio Domini diuites facit. Multa alia circa paupertatem, & diuitias poſſent huc adduci, ſed non eſt hic dicendi locus, interim videre poteris Tiraq. quàmplura ad hoc cumulantem in l. ſi vnquam, ver. bona, nu. 1. & ſeq C. de reuoc. dona.

Similiter, & tertiò, inquit Innoc. vbi ſupra, ſi permitteretur vſura, daretur Idolatria: reſultaret enim, quòd plus coleretur pecunia quàm Deus, & eius mandata. nam vt dicit tex. in c. ſicut hi, 47. diſt. iuxta verbum Domini, vbi eſt Theſaurus tuus, ibi eſt cor tuum, & gratius intueris aurum quàm ſolem. damnatur ergo vſura Idolatriæ euitandæ cauſa.

99 † Præterea, & quartò vt per eum, conceſſa vſura extingueretur omnis pietas, charitas & dilectio fraterna: humanitatis enim ratio ſuadet, quòd homo debeat alteri benefacere, & illi ſubuenire in neceſsita-

ceſſitatibus conſtituto, l. non tantum, & ibi glo. ff. de appel. l. ſeruus ea lege, in fi. ff. de ſer. exportan. ca. non ſatis, 86. diſt. Vnde ſi nollet quis ſubuenire ſine vſura, & lucro, omnis charitas mortua eſſet, neque obſeruaretur præceptum Dei iubentis diligi proximum ſicut ſeipſum, de quo in cap. Charitas, el primo, verſicu. item proximos. de pœniten. diſt. 2. cum alijs de quibus per Dec. in l. vt vim, num. 13. ff. de iuſt. & iu. damnatur ergo vſura impietatis fugiendæ cauſa. Rationes aliæ omittuntur, de quibus per Abb. in rubr. de vſur. nu. 5. Scot. in 4. Sent. diſtin. 15. q. 2. Imo. in clem. 1. de vſur. num. 9. D. Thom. Aquin. 3. ſec. q. 78. ar. 1. Petrus de Palude in 3. Sent. diſt. 37. q. 2. ar. 10. Io. Teutoni. antiquus Canoniſta, in ca. ſi fœneraberis, 14. q. 4. glo. 1. & ſuperius explicantur in eo loco, vbi oſtenditur vſuram eſſe contra ius naturale.

100 † Reſoluendum eſt modò his omnibus de cauſis vſuram lucratoriam iure optimo damnatam, atque prorſus reiectam vti omniū malorum eſcam, quicquid dixerint Neoterici Pariſiens. de contrac. q. 64. num. 530. dum illis ſuis analyticis, & in hoc falſis explicationibus, ſcribunt præcitatas rationes non concludere niſi in odium, & reſtrictionem licentioris, & immodicæ vſuræ, non autem ad excluſionem modici & temperati fœnoris, quaſi concedant ipſi vſuram lucratoriā, ſi modica, & temperata ſit, in quo nō minus perperam, quàm impiè locutus fuiſſe apparet ex ſupradictis.

SVMMARIVM.

101 *Vſura punitoria, ſiue reſtauratoria, omni iure permiſſa etiam Pontificio.*

102 *Intereſſe damni emergentis diffinitur ex mente Nauarri.*

103 *Intereſſe damni de omni iure peti poteſt.*

104 *Intereſſe lucri deſcribitur ex mente Nauarri.*

105 *Intereſſe lucri nunquid ante Iuſtinianum potuerit peti.*

106 *L. vnica, C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt, nihil de nouo inducit, nec diſcrepat à iure antiquo.*

107 *Intereſſe lucri de omni iure peti poteſt.*

108 *Intereſſe lucri de iure Pontificio permiſſum.*

109 *Intereſſe lucri ac damni nulla poteſt haberi ratio, niſi poſt moram.*

110 *Mora quando dicetur eſſe ex parte debitoris ad hoc ut intereſſe veniat.*

111 *Intereſſe venit etiam ſi nulla adſit mora ex parte debitoris, quando inuitus, & coactus creditor mutuo dedit.*

112 *Intereſſe damni etiam ante moram debitoris debetur in eo caſu quando præuiſum conuentumque ſit.*
113 *Intereſſe lucri nunquam debetur, niſi poſt moram debitoris.*
114 *Intereſſe damni & lucri debetur, quantum fuerit probatum.*
115 *Probationes ſunt cauſæ, fundamenta, atque victoria.*
116 *Intereſſe damni qualiter capitulandum atque probandum.*
117 *Intereſſe lucri qualiter capitulandum atque probandum.*
118 *Conditiones, & circunſtantiæ relatæ à Theologis ad comprobandum intereſſe, reijciuntur.*
119 *Intereſſe nunquid per ſolitum negociari peti poſſit non ſolum pro primo anno, vel pro prima negociatione, ſed etiam pro alijs, ſequentibus.*
120 *Hieronymi Cagno. ſententia reijcitur circa intereſſe alterius intereſſe.*
121 *Creditor pro ſuo intereſſe non poteſt à principio paciſci de certa quantitate.*
122 *Aymon. Crauet. ſententia reijcitur, & in quo.*
123 *Creditor paciſci poteſt de intereſſe ſoluendo poſt moram.*
124 *Creditor paciſci poteſt de intereſſe damni ſoluendo ſibi ante moram.*
125 *Didaci Couar. ſententia reijcitur, & in quo.*
126 *Intereſſe certum poteſt ab initio conueniri, & qualiter.*
127 *Intereſſe licèt per creditorem non fuerit ſpecifice probatum, nihilominus obtineri debebit.*
128 *Iudex ex officio poteſt taxare certam quantitatem pro intereſſe.*
129 *Intereſſe difficilem in ſe continet probationem.*
130 *Iurare in litem poterit creditor pro ſuo intereſſe contra debitorem moroſum.*

§. 6.

SVCCEDIT nunc exponenda illa, & ſecunda ſpecies† vſuræ, quam diximus uocari à DD. punitoriam,
101 ſiue damni reſtauratoriam, quæ licitè & abſque ulla fœnoris labe exigi, & conueniri poteſt ratione intereſſe, & quæ eſt omni iure permiſſa etiam Pontificio, cap. 2. de fideiuſſor. & ex noſtris tenuit Bal & Sali. in l. 2. C. de vſu. Cagnol. hic nu. 7. Abb. in cap. conqueſtus, de vſur. glo. in l. 1. verſic. Petrum, C. de ſum. Trinit. & ſi cat Felin. in cap. P. & G. in princ. de offic. delega. & in cap. cum venerabilis, num. 7. vbi Deci. nume 14. de

de except. Ioan. Lup in ca. per veſtras, in 6. nota. de dona. inter vir. & vxor. Rebuf. in l. vnica, in prin. C. de ſen quæ pro eo, quod inter. cum multis, de quibus per Anton. Gabriel in lib. 3. commun. concluſ. 10. concluſione, tit de ſolutio. verſi. primò amplia. E Theologis verò Scholaſticis tenent D. Thom. 2. ſec. q 62. articu. 4. & q. 78. art. 2. vbi Caieta. Conrad. de contract. q 30. Card. à Tur. Crem. in cap ſi res, 14. q. 6. verſi. ad tertium Syluest. in Sum. verſi. vſuram, 1. q. 6. Gabriel. Biel in 4 ſent. diſt. 15 q. 11. art. 1. not. 2 Ioan. Maior. q. 30 Ang. Clauaſ. in Sum. verſ. vſura 1. q. 16. D. Anton. Flor. in Sum. 2. par. tit. 1. cap. 7. § 11. Soto lib. 6. de iuſt. & iu. art. 3. Nauar. in Comment. ſuper cau. ſi fœneraberis. 14. q 4. nu. 44. & ſeq. Et huiuſmodi non credas eſſe propriè vſuras, ſed quoddam intereſſe appellatum damni emergentis, & lucri ceſſantis, de quo aliqua diximus ſupra;

102 ſed hic cadit locus ſuus. † Et circa intereſſe damni emergentis, omiſſo illo non tam longo, quàm ieiuno eloquio, inſtructaque argumentorum phalange, quibus & Bar. Bald. Sali. Deci. aliiq́ue recentiores, in d. l. vni. C. de ſent. quæ pro eo, quod inter. contendunt definire. Nos definitionẽ illam à ſua diuiſione atque ab effectu pro rei deſcriptione ſumemus, vt videlicet ſit damnum, quod quis propter creditum ſibi non ſolutum in tempore conuento paſſus fuerat, aut pecuniam ſub vſuris vel alia fraude in re ſua accipiendo, quemadmodum hoc rectè oſtendit Nauar. in Comment. de vſur.

103 nu. 45. † Quod intereſſe damni de iure tam priſco quàm nouo generaliter, & indiſtinctè poterat peti, neq; ad illud conſequendum oportet probare quem ſolitum eſſe negociari, prout neceſſe eſt in intereſſe lucri, de quo inferius, atque hoc ità conſuluit Alex. conſ. 31. col. 3. lib. 3. Sequitur Cagn. in d. l. vni nu. 48 facit l iuris ignorantia, ff. de iur. & fac. ignor. vbi lucri, & damni eſt diſpar ratio. practicam autem, & modum probandi, & iuſtificandi intereſſe damni emergentis, tradit Alexand. conſi. 141. lib. quinto. & infra aliqua dicuntur.

104 † Sed dubium eſt de intereſſe lucri, cuius deſcriptionem & exemplum ponit Nauar. vbi ſupra, videlicet vt ſit amiſsio lucri facta à creditore propter pecuniam ſibi non redditam in tempore conuen

105 to. † Quæritur modò nunquid iſtud tempore Iureconſultorum aliorumq; ante Iuſtinianum potuerit indiſtinctè peti? Et quàmplures tenent quòd regulariter & indiſtinctè non permitteretur, niſi in certis caſibus, tradit glo. vlt. in l. 3. §. vlt. ff. de eo quod cer. lo. gloſ. in l. ſi ſterilis, §. cum per venditorem, ff. de actio. empti. Sed quòd poſtea per d. l. vni. C. de ſenten. quæ pro eo quod inter. cum ſit vna

de

de illis 50. Deciſionibus, prout ibidem tradit Cagnol.nu.15.& in l.vlt.nu.5.C.de pact. fuerit introductum ſiue deciſum, vt intereſſe lucri ceſſantis poſſet regulariter, & indiſtinctè peti, dummodo non excederet duplum precij conuenti, ita tenet gl. vlt.in d.l. vni. Caſt. in d.§.vlt l.3. nu. 3. Saly.in d.l.vni col.vlt.Cagnol.ibidem, nu. 35. & nu. 38. vbi dicit huiuſmodi deciſionem vtilem fuiſſe. & adducit rationem, quia de iure Digeſtorum poterant peti vſuræ vſque ad legitimum modum, ideo nolebat lex, quòd etiam intereſſe concurreret, quia fuiſſet nimis graue, l.vlt.C. de peri. & commo. rei vendi. Sed cum hodie vſuræ damnentur, vt traditur in l. 1. C. de ſum. Trinita. intereſſe verò ſit permiſſum in caſibus licitis, non mirum ſi fuerit inductum, quòd intereſſe lucri per negociatores poſſet indiſtinctè peti, aliàs nimium grauarentur creditores, ſi ſtante mora & contumacia debitoris nec vſuras, nec intereſſe conſequi poſſent.

106 † Sed quòd per d.l.vni.circa hoc nihil de nouo fuerit inductum, nec in aliquo d. l. diſcordet à iure antiquo, tenet ibi Bar.col.8.verſ. venio ad vltimum &c.vbi dicit hoc eſſe de mente Petri, & omnium Vltramontanorum, & quòd ita DD.noſtri communiter tenent, vt per eum. quam opinionem veriorem crediderim, & mihi videtur hoc idem expreſsè decidi per Scæuolam in d l. 3. §.vlt.in fi.ibi, non ſolius damni puto, & lucri habendam rationem. idem in l. ſi fundus quem, §. vlt. ff.loca. l. ſi mulier, §.rerum, ff.rerum amo.optimus tex.in l.ſi commiſſa, ff.rem rat.habe. Nec obſtat reſponſio data per gloſſatorem, videlicet quòd illud ſpeciale fuerit in illis certis caſibus, ſed quòd regulariter fuerit diſpoſitum in contrarium, prout in l. ſi is cui, ff. de furt. l.vlt. ff.de per.& com.rei vend.l.Proculus, ff. de dam. infec. l. ſi ſterilis, §. cum per venditorem, ff. de actio. emp. l.2.§.portio, ff.ad l.Rhod.de iactu. Nã quò ad d.§. vlt.l.ſi is cui, aduertendum eſt ibi non attendi intereſſe lucri, quia proueniebat cũ alterius iactura, quo caſu neque de illo iure, nec tempore Iuſtiniani A.neque etiam hodie deberet attendi, vt per Bar.in d.l.vni. col. 9.ſequitur ibi Curt Iun.col.12.Cagnol.ibidem poſt Alciat. nu.37. Minus obſtat d.l. vltima.ff.de per.& com. rei vendi. quia omiſſa reſponſione, de qua per Iaſ.in d.l.3.§.vlt reſpondeas quod ibi non attendatur intereſſe lucri, ex quo agebatur de vſuris recompenſatiuis præſtandis ab emptore ipſi venditori, quæ debent exigi ad rationem fructuum perceptorum ex illo fundo, non autem ad rationem lucri, quod potuiſſet facere venditor de illa pecunia, quia iſtud eſſet intereſſe extrinſecum, & extra rem, quod per omnia iura improbatur, vt dicetur inferius, quod magis expreſsè apparet in d. l.

ſi ſterilis,

ſi ſterilis,§.cum per uenditorem. Nec verum eſt, dum Cagnol.in d. l. vni. nume. 36. dicebat ideo ibi non concedi intereſſe lucri, ex eo quia venditor ille non erat ſolitus negociari, quia conſideratio hæc continet in ſe diuinationem, & eſt contra illum tex. vt colligitur ex traditis per Deci.in d.c.cum venerabilis, nume. 14. fatetur Cagnol. met in d.l.vni.nume. 38. Nec obſtat d.l.Proculus, & d.l.2. §.portio, quia loquuntur in diuerſis terminis, neque ad hoc merentur allegari, vt facilè videri poteſt. Nam vt reſpondet Iaſ.in d.l.3.§ vlt.ideo ibi non præſtabatur intereſſe lucri, quia nulla fuerat commiſſa mora, nam agebatur ex quadam æquitate contra eum, qui nunquam fuerat in dolo, nec in culpa. Nec obſtat ratio adducta per Cagnol.videlicet quòd debeat ideo cõcedi per d.l.vnic. intereſſe lucri, ex quo tempore illo ſunt prohibitæ vſuræ, quia eſt omnino falſa. Nam ut ſupra oſtenditur, eſt acris diſſenſio inter DD. nunquid tempore Iuſtiniani eſſent prohibitæ vſuræ. & licèt retinuerimus tempore illo, ac etiam antiquiori & ſemper prohibitas, attamen fuit concluſum intelligi hoc de lucratorijs, ſed aliàs punitorias reſtauratiuas, & moroſas diximus permiſſas. Non obſtat quòd d.l. vni ſit de illis 50. Deciſionibus, & quòd per hoc videatur iſtud de nouo induxiſſe: Quia ſatis nobis erit, ſi reſecauerit & coarctauerit prolixitates antiquorum & eorum dubitationes infinitas, prout nobis pollicetur ſe feciſſe.

107 † Concluditur ergo ex prædictis, quòd intereſſe lucri ceſſantis potuerit regulariter & indiſtinctè peti non ſolum tempore Iuriſcõſultorum, ſed etiam Iuſtiniani, quemadmodum & intereſſe damni emergentis, videlicet quando per debitorem ſtetiſſet quò minus in loco conuento pecunia fuiſſet ſoluta, vt dicitur in d.l 3.§.vlt.

108 † Et quòd de omni iure etiam Pontificio iſtud intereſſe lucri ſit licitè permiſſum, tenuit ex noſtris Inno. in c.ſacro, nu. 10. de ſenten. excom. Fely. poſt Abb in d.c.cum venerabilis, nu. 7 vbi Dec nu. 14. & Pariſ. Iaſ. in d.l.3.§.vlt.nu.3. & in d.l.1.num.50. C. de ſum. Trinit. Clau Aquenſ. in l. diuortio, in princ. col.4. ff. ſolu. matr. cum alijs de quibus per Anton. Gabri. lib.3. ſuarum communium concluſionum, in concluſione x. tit. de ſolutio. ver. primò amplia. E Theologis uerò tenuerunt, qui ſupra allegantur pro intereſſe damni emergentis, de quibus etiam per Cagnol. in d.l.uni.num 37. Nauar. in comment. de vſur, nu.44. & ſeq.

Et licèt Curt. Iun. in d.l. vni. col. 13. in puncto iuris contrarium verius eſſe ſentiat, motus per aliquos tex. ut per eum, de quibus per Dec. in d.cap. cum venerabilis, nume. 14. & quos etiam ſupra retu-

ſimus pro illa opinione, quòd ante Iuſtinianum intereſſe lucri non poterat indiſtinctè peti: attamen quia non obſtant, prout reſpondimus, ideo huiuſmodi contraria ſentẽtia omnino reſoluitur Hoc igitur retento quòd intereſſe lucri per ſolitum negociari poſſit de omni iure humano & diuino peti indiſtinctè, pro iſtius quotidianæ,& vtilis materiæ declaratione erunt adnotandæ aliquæ conditiones, quæ illud reddunt licitum.

109 † Prima, quòd intereſſe lucri ac etiam damni nulla poteſt haberi ratio niſi poſt moram: ſi enim nulla mora interueniret, debitor minimè cogeretur ſoluere, vt oſtendunt nobis omnes Romanæ leges,de quibus ſupra,atque ad hoc l.2.§ ſi nauis, ff. ad leg.Rhod. de iac.l.lecta,ff.ſi cer.pet glo in cap.conqueſtus, de vſur.Caſt.in l.3.§. nunc de offi.ff.de eo quod cer.lo.DD.in l ſi inſulam,ff.de ver.obli. & in d.l.vni Cagnol.hic,nu.53. Couar.lib.3. var.reſol cap.4. nu.2. Crauet.conſi.87.num.5.congerit latè Anton. Gabriel. in x.concluſione,3.lib.tit de ſolutio.ſuorum communium concluſio. quæ non ſine eius maxima laude, neque ſine publica utilitate fuerunt editæ, atque in hoc conueniunt omnes Theologi,de quo Nauar.in Commenta.de vſur.nu.46.

120 † Mora autem dicetur interuenire, etiam citra litis conteſtationẽ per diei lapſum, & congruam interpellationem extraiudicialem, quamuis ſimus in contractu ſtricti iuris, vt per glo.in l.vinum,ver. cum petitum,in prin quam recipiunt ibi communiter Scribentes, ff ſi cer.peta.& oſtendunt Iaſ ibi,& Purpura.

Et licèt Socin.ibidem, nu.8. & Dec. nu 14. adducant nonnulla in contrarium, à communi tamen opinione non recedunt, nec recedẽdum eſt,quicquid ſcripſerint Ludo.Gomeſi. in § actionum,nu. 19.& ſeq Inſti. de actio. Alciat. in d l. vinum. tradentes procedere hoc in contractibus bonæ fidei, ſecus ſtricti iuris, in quibus arbitrantur moram committi debere per litis conteſtationem,& ſic iudicialem interpellationem ad hoc vt veniant iſtæ vſuræ. Sed,quod maius eſt,exiſtimauerunt etiam Theologi,quòd citra ullam expreſſam interpellationem in foro, quod aiunt conſcientiæ, ex ſignis, videlicet egeſtate creditoris,vt quia dixiſſet, indigeo illa pecunia, uel etiam reuerentiali metu debitoris moram cõmitti, D. Th. Aquin. 2.2.q.33.in fine,art.j.Ricar.in 4.ſenten.diſtin.35. art.j. q.2.Angel. Clauaſ.in Sum.ver.mora,§ j. atque ex noſtris videtur tenuiſſe Bart. in l.5.in princ.verſ.3.dixi,ff.de no.ope.nuncia & in l.ſi quis mihi bona,§ ſed quid ſi mandauit, vbi Alex. ff. de acqui. hære.Iaſ.in d.l.uinum,nu.15.vbi Dec.nu.13.Purpura.nu.37.

Illud

111 † Illud autem, quod dicitur intereſſe lucri ac damni nullam poſſe haberi rationem niſi poſt moram, limitarũt hoc modo Theologi non procedere, vbi creditor quomodocunque inuitus, puta coactus à Principe, Rep. vel quouis alio viro pecunijs indigẽte, compelleretur mutuo dare: tunc enim volunt deberi hoc intereſſe dãni, atque etiam lucri etiam ſi nulla mora interceſsiſſet, in quo omnes conueniunt, prout oſtendit Domi. Soto, lib 6. de iuſti. & iu. q. 1. art 3. col. 2. Nauar. in Commen. de vſur. nu 46 & ante illos Caieta. in Sum. verſic. lucrum vſurarium, in tertio caſu. mouentur ipſi quaſi tunc creditor vim, ac rapinæ iniuriam quandam patiatur, propter quod debeat indemnis ſeruari ad inſtar fideiuſſoris, atque in id citant in argumento, cap. conſtitutus, de fideiuſſori. Similiter propter illam uim dimoueatur, atque impediatur à lucro. Cæterùm ſi non coactè, ſed rogatus ſuapte ſponte mutuo daret, tũc quò
112 ad intereſſe damni tradunt illud quidem deberi etiam ſi nulla mora interuenerit, † videlicet in eo caſu tantum, quando præuiſum formidatumq́; damnum emergens in pactum creditor duxerit, debitoremq́; admonuit, quaſi tunc liceat creditori ſe indemnem ſeruare, vt dicitur. Et in his terminis accipiẽda eſt doctrina Io. à Turre. Crema qui in ſum 14. q. 3. exiſtimauit ante moram debitorem teneri in foro conſcientiæ, abſque pacto & conuentione rependere creditori quod eius interfuit ratione damni, quem ſequutus fuit Rebuſ. in d. l. vni. in prin. nu. 54. Verum hoc reprobatur à Couar. lib. 2. var. reſol. ca. 4. nu 5. & ante illum à Modern. Pariſ. de cõtract. in princ. num. 33. Secus ergo ſi vltroneus tacitusq́: mutuo daret abſque vlla præuiſione, atque damni admonitione facta debitori, quia tunc dicunt illud non deberi niſi poſt moram. concluſio fuit D. Tho. 2. 2. q. 78. art. 2. latè de hoc Sot. atque Nauar. vbi ſuprà, atque in hoc nullus è Theologis Scholaſticis diſcrepauit, neq; etiã ex noſtris, vt per Couar. lib. 3. var reſol. cap. 4. nu. 5.

Sed quò ad intereſſe lucri plurimum inter ſe controuerſantur, nam Conrad. de contrac. q. 30. arbitratus fuit illud quidem deberi ante moram, non ſecus ac intereſſe damni, licèt hanc ſuam ſententiam cum formidine ac timore, ſeptem conditionibus circumſepiat, ſed affirmatius & pro conſtanti ponit hoc Caietan. ſuper D. Thom. 2. 2. q. 78. art. 1. & in Sum. cum duabus conditionibus, verſ. Vſura exterior. in ca. incip. lucrum vſurarium, in 5. caſu. ſequitur Syluest. in Sum. ver. vſura, 1. §. 19. Adrian. in 4. ſenten. de reſtitutio. vſur. ca. quia tactum eſt de intereſſe. atque hoc latè exponit Nauar. in Commenta. de vſur. nu. 47. & ſeq. vbi quàmplures ci-

tat DD. in hanc ſententiam, de quibus latius dicitur in ca. nauiganti. tenet etiam ex noſtris, poſt multos à ſe allegatos, Couar. lib. 3. vari. reſol cap. 4. nu. 5. ibiq́; teſtatur hoc communiter receptum.

113 † Sed rectius eſſe credo, quòd creditori haud inuito ſed rogato, & ſuapte ſpõte mutuo danti non debeatur intereſſe lucri, niſi poſt moram ſibi à debitore factam in ſoluendo, & quòd in hoc differat intereſſe lucri ab illo damni, prout melius ſentit D. Tho. 2. 2. q. 78. art. 2. accedit Scot. in 4. ſenten. diſtin. 15. q. 2. art. 2. Durand. in 3. ſenten. diſt. 37. q. 2. latè Sot. lib. 6. de iuſt. & iure, q. 1. art. 3. col. 3. vbi teſtatur inter antiquos grauesq́; ſeu iuris, ſeu Theologiæ DD. neminem inueniri, qui explicitis verbis id aſtruat niſi ratione moræ, aut alterius culpæ debitoris, cuius ſẽtẽtiæ ex noſtris anteſignanum poſui Innoc. IIII. Sum. Pont. in ca. nauiganti, quem ſequitur ibi Abb. nu. xiij. allegans Ioan. And. in d. ca. ſalubriter, declarantem Hoſt. dũ ibi dixerunt debitorẽ obligatũ eſſe mercatori ad id, quod veriſimiliter fuiſſet lucraturus. ſed dictum huiuſcemodi procederet poſt moram, prout etiam illam videtur intellexiſſe Ant. Butr. atq; etiam Ioan. And. in d. ca. nauiganti, omnesq́; alij DD. ſi diligenter inſpiciantur. & miror quòd Nauar. vbi ſupra, conetur eos referre inter ſuæ ſententiæ fautores; prout etiam facit Couar. Puto ergò ad hoc, vt voluntarius creditor exigere poſsit uſuram ac intereſſe lucri, neceſſariò concurri debere hanc moræ circumſtantiam; atq; opinionem hanc corroborari exiſtimo ratione illa adducta per Sotum, vbi ſupra, videlicet, quia lucrum ceſſare, vt nomen ſonat, eſt hominem à lucro cohibere; nemo autem cohibetur, niſi eius impediatur voluntas, nam inuoluntarius, teſte Ariſtot. 4. Ethycor. quis efficitur per ſolam vim metumve, aut ignorantiam. quando ergo vltroneus, vel rogatus creditor dat mutuo, non cenſetur eius voluntas à lucro impedita, atque ob id non poteſt dici in eo ceſſare lucrum, quamobrem illud ei non debetur, neque in hoc poteſt dari par ratio lucri aut damni, vt dicit Sotus, vbi ſupra; damnum ſiquidem non pendet ex induſtria, ſed eſt mera paſsio, à qua idcirco ſiquiſque incolumen ſeruare poteſt, lucrum verò pendet ex induſtria, à qua dum quis ſua ſponte abſtrahit pecuniam, non eſt quòd impediri cenſeatur. Ex quibus rationes omnes aliorum contrariũ tenentium labefactantur, de quibus per Nauar. vbi ſupra, quas longum eſſet ſingillatim referre atque diluere. Nec obſtat dum Couar. dicit in contrarium communem eſſe opinionem ex DD. per eum relatis: quia hoc eſt verum, quò ad intereſſe damni, de quo multi ex DD. per eum citatis intellexerunt, & de quo loquuntur,

ſecus

ſecus ergo quò ad intereſſe lucri, prout melius aduertit Sotus.

114 † Altera requiritur conditio, quòd ad obtinendum iſtud intereſ ſe damni aut lucri, non ſufficit dicere, ſe damnum paſſum fuiſſe, uel quòd negociando tantum eſſet lucratus, ſed debet hoc totum

115 probari. † Si quidem tota uis & victoria in probando conſiſtit, l.1.vbi Bal.& alij, C.de eden. Nec ſufficit dicere ita eſſe, niſi probetur, l.1.cum glo.1. ff.ſi quad. paupe. fecif.dica.cum alijs, de quibus per DD.in l.ſi prius, ſuper glo.ægrotet, ff.de no.op.nuncia. Alexan. conſi.14 lib 4. Fely.in ca.ſi clericus laicum, de foro cõpe. cum alijs, de quibus per Cagnol.in d.l.vni.in vlt. lect. nu.21. Nec mirũ, quia actore non probante reus abſoluitur, etiam ſi nihil præſtiterit, l.qui accuſare, & ibi DD. C.de eden.

116 † Vnde quò ad damnum debebit capitulare & probare creditor, ex quo in tempore pecunia ſibi non fuit ſoluta, puta quòd ædes, quas ruinoſas parauerat reſtituere, fuerint collapſæ, vel quòd annonã, quam in æſtate per totum annum emere propoſuerat, coactus fuerit poſtmodum carius emere, vel ſibi neceſſe fuerit per vſuras pecunias recipere, quibus alia ſua debita ſoluat, vel aliud ſimile damnum perpeti, de quo per Sotum, & Nauar. vbi ſupra.

117 † Sed quò ad lucrum attinet, debebit capitulare & probare quòd erat & eſt ſolitus negociari, aliàs non obtineret, Alexan.conſi.141. lib.5. Dec. in d.cap.cum venerabilis, nu.14.de exceptio. & in conſi. 39.nu.5.Bal.& alij in l.rogaſti, §. ſi tibi, ff. ſi cer.peta. cum enim petat tale intereſſe, tanquam ſolitus negociari, debet deducere & probare illam qualitatem, vt latè per Corſet. in ſing. in ver. qualitas. Crauet.conſi.320.nume.1. Et hoc, quia intereſſe lucri peti non poteſt, nec eius ratio habetur, vbi qui illud habere vult, nihil lucraturus eſſet, aut lucrari minimè erat ſolitus, vt tradunt præcitati DD. & poſt multos à ſe relatos, Sotus vbi ſupra, Couar.lib.3. var. reſol. ca.4. nume.2. Quinimò tradunt aliqui non ſolum probandam eſſe iſtam qualitatem, ſed aliã maioris difficultatis, nempe quòd lucrũ petitum erat in potentia propinqua, vt quia creditor habuit tales merces præ manibus, quas emiſſet, & ex quibus tantum lucraturus fuiſſet; ſed quia pecuniam ſuam non habuit, ideo non potuit emere, & ſic omittit lucrum, & paſſus eſt intereſſe lucri ceſſantis totius ſummæ, ita Iaſon poſt Caſt. in dicta l.3.§ vltimo, ad finem. Pariſ. in d.capitu.cum venerabilis, nume.32. Afflict. deciſ. 20. Deci in l. quatenus, in fi.ff.de reg.iur.& in conſi 322. nu.5. Curti.Iun. in l.2. §.mutui datio, col. 6. verſic. vltimò in terminis, ff.ſi cer.pet. Rube. Alexandri.conſi.20.& conſi.88. Caietan. in Sum. verſic. vſura exte-

rior,in 5.caſu,Crauet.conſi.320.nume.3. Purpura. in l.rogaſti, §.ſi tibi num.4 ff ſi cer pet.Neuizan.conſi.77 nume.24.Roland.à Val. conſ.35.nu.5.lib.1. mouentur præallegati DD. quia non ſequitur, eſt ſolitus negociari, ergo tãtum lucratus fuiſſet. negociantes enim ſæpe damna incurrunt, & aliàs probatio debet eſſe concludens, l. non hoc, C.vnde legit. Similiter aduertendum eſt,quia intereſſe debet ad plenum probari,cum in facto conſiſtat,l.quatenus,ff.de reg. iur. intantum, quòd ad eius probationis defectum non conceditur iuramẽtum ſuppletiuum, Bal. in d.l.vnica, ad fin.refert,& ſequitur Iaſ.in § curare, col.vlt.circa medium,nu.59 Inſt.de actio. Crau.cõſi 320 in fi. Dec.in d.l quatenus,nu.4.& conſi.322.verſic. vnde venio ad ſecundum dubium.

Alij verò hanc facilem probationem tradunt,videlicet, quòd ſufficiat petentem tale intereſſe, probare ſe fuiſſe & eſſe negociatorem talis conditionis, & qualitatis,& quòd mercatores ſimilis qualitatis, & conditionis, prout ipſe eſt,communiter lucrantur, & lucrari conſueuerunt deductis expenſis ad rationem puta 7. pro centum, quolibet anno, & quòd ipſe tantum uerisimiliter lucratus fuiſſet, ſi illas pecunias debitas habuiſſet,de quibus potuiſſet negociari.ita expreſsè firmauit Aret.in l cõtinuus, §.cum ita, col.2.ff.de verb.oblig.Caſtrenſ.in l.1 nu.15.C de ſum.Trinit. & conſi. 303. in cauſa,in antiquis Bal.Nouel.in tracta.de dote, 7.par.in 3. ſpeciali, col.pen.ſentit Alex conſi.141.lib.5.Cagnol.hic nume 68. & in d l. unica,nu 43.vbi atteſtatur huiuſmodi opinionẽ fuiſſe à praxi receptam,& quòd eſt magnæ facilitatis,ideo illam retineas. Nec erit incongruum, quòd huiuſmodi probatio videatur concludere à communiter accidentibus,quia ſufficit,vt per glo.Bald. & DD.in l non hoc, C.vnde legit. & in l neque natales, C.de prob.& hoc maximè in materia huiuſmodi intereſſe,in qua DD.tradunt ſufficere coniecturales probationes,ita Bar.in d.l.unica, ad fi.vbi Bal.col.14 verſicu.6.qualiter probetur.Iaſ.in d.l.3 §.ult. ſuper glo.in ver.ſolebat. Non per hoc tamẽ exiſtimo ſupradictam opinionem reijciendam fore,cum in ſe vera ſit, ſed difficilioris probationis, quàm iſthæc vltima. Priorem tamen arbitror omnino procedere, & obſeruari in non ſolito negociari, vt puta in nobili, diuite, aut alio, qui ſimile intereſſe peteret ad rationem, puta fructuum, quos percepiſſet ex prædijs, quæ emiſſet, ſi pecunias debitas habuiſſet, nam & in hoc caſu credo non ſolitum negociari admitti debere ad tale intereſſe, dummodo per probationem propinquam oſtenderet ſe paratos habuiſſe venditores prædiorum, vel cenſuum, & reddituum. tenet

Anch.

Anch conſi.150.And.Barb.cōſi.34.col 3.li.3.Claud.Aquenſ.in l. diuortio, in prin. ff.ſol.ma.col.4.Cagn.in d.l.vnica,nu.44. videtur ſentire Couar.lib.3.var.reſ.c 1.nu.3.Illatione 6.

118 Alias conditiones & circunſtantias referunt Theologi ad comprobandum, quòd iſtud intereſſe reddatur licitum, & Conrad. de cōtrac.quæſt.30.ſeptem poſuit, quæ præter ſupradictas nihil ſunt, vt optimè oſtendit Nauar.in Cōment. de vſur nu.57.& in Manua. Confeſs.ſub 7 præcep.Non fureris, cap.17 nu.21 & ſeq.

119 † Sed iuxta prædicta quæritur, nunquid intereſſe prædictum per ſolitum negociari peti poſsit non ſolum pro primo anno, vel pro prima negociatione, ſed etiam pro omnibus alijs ſequentibus? & Curt.Iu.I.C.in hac facultate peritiſsimus, in d.l.vnica, col.19.verſ. alia etiam quotidiana, videtur ſentire quòd peti non poſsit, niſi pro prima vice; licèt tamen cogitandum relinquat, & hoc vt vitetur infinitas, quod eſt faciendum, prout tradunt ibi DD.per illum text. & in l.qui bona, § vlt ff.de dam.infec. Alex in l.ſi finita, in princ ff. de dam.infec. & conſi.145.lib.1 Felin in cap. licèt, col.vlt.de teſti. & in cap.ſedes, col.vlt.de reſcrip Iaſ. in § duobus, l ei qui, col.vlt ff. de iureiur.

Sed contrarium à praxi fuiſſe receptum tradit Cagno.in d.l.vni. nu.45. adducens d.l.3.§ vlt.ff de eo, quod cer.lo.nam ex quo debitor ſemper eſt in mora, tenetur ad intereſſe pro omni tempore, quo eſt in mora, atque in id allegat l.pen.& l.eos.in prin.C.de vſur.l.vinum, & ibi Sribentes, ff. ſi cer pet.quinimò per prædicta voluit ibi & hic, num.69. quod intereſſe alterius intereſſe debeatur, & peti poſsit, atque hoc oſtendit dicens, quòd intereſſe vel lucrum aſſumit ſibi eandem naturam, quam habet ſors ipſa, & capitale, & quo ad petentem idem efficiantur.citat Bal. & Sali in l.2.C.de vſur. Signorol.de Homod conſi.65 col.vlt.Soc.conſi.93.col.7.lib.1.Corſet.in ſingul. in verſ.lucrum. Quamobrē memorat ſe vidiſſe quàm pluries deciſum, & per Senatum Ducis Sabaudiæ iudicatum, præcipuè in quadam cauſa, in qua ſumma aureorū 1200. per lapſum annorum 25. probato intereſſe ad rationem x. pro quolibet centū, & computato intereſſe alterius intereſſe aſcendebat ad ſummam 24.millium cum expenſis. fatetur tamen quòd d. ſententia rigorem in ſe contineret, & ob id numquam executioni fuerit mandata, ſed ſibi atque alteri magno viro fuerat remiſſa temperanda, qui vnanimes conueniebant reducere prædictum intereſſe ad honeſtam ſummam, ſed hoc efficere haud potuerunt impediri à bellorum periculis imminentibus: vnde conatur ipſe docere modum, & practi-

cam liquidandi, & taxandi prædictum intereſſe alterius intereſſe, ita videlicet ſi quis alicui debeat centum, & per x. annos fuerit in mora ſoluendi illa centum, pro primo anno tradit debitorem conſtituendum pro centum decem tanquam principale intereſſe lucri ceſſantis, pro ſecundo verò anno in 121. cum d. ſumma pariat in annum pro intereſſe xi. & ſic de ſingulis vt per eum.

120 † Sed aduertendum eſt, quia doctrina hæc Cagno. duo quidem & illa falſa, mihi videtur continere, & primò dum ſimpliciter reducit iſtud intereſſe ad rationem x. pro centum quolibet anno, eſſet inducere pro communibus vſuris fœnus paulominus à centeſima, & maius quàm beſſes ſummæ improbatum etiam per Romanorũ leges; de quo in d. l. eos, §. 5. C. de vſur. Similiter dum tradit intereſſe alterius intereſſe deberi, illud quidẽ cẽſeo oĩno reijciendũ, ſi quidẽ nihil eſſet aliud quàm inducere formam anatociſmĩ, quàm maximè ab omnibus execratam. Quamobrem dicas rectius ſenſiſſe Carol. Ruin. virum in hac iuris peritia conſultiſsimum, dum in conſ. 55. col. pen. lib. 2. reſpondit non deberi intereſſe alterius intereſſe, & quòd ad iſtud ſentiendum moueatur optimis iuribus, & rationibus, licèt Cagn. in d. l. vnica, nu. 46. nitatur oſtendere iura per Ruinum allegata nihil facere, ex quo loquuntur de anatociſmo, quæ vſurarum vſura inquit differre ab intereſſe tanquam determinatum ab indeterminato. ait enim præſtari vſuram ſine mora, intereſſe verò propter moram debitoris ſolutionem differentis inuito creditore, vt per Bal. in d. l. vnica, col. 1. & alios, de quibus per eum. Quæ ſua differentia nihil eſt, poſtquàm vt ſuperius clarè oſtẽditur, vſuræ de omni iure ſemper fuerunt debitæ propter moram non ſoluentium, vt expreſsè dicit tex. in l. cum quidam, §. ſi pupillo, ff. de vſur. Similiter dicit in vſuris non attendi, an quis ſolitus ſit negociari vel non, ſicuti in intereſſe lucri ceſſantis, ſed indiſtinctè credit currere cum damno, & iactura alterius. Quod etiam haud verum eſt, quando de iure ciuili in exigenda quadam vſurarum ſpecie fuit etiam facta diſtinctio an quis fuiſſet ſolitus negociari, prout in d. l. eos, §. 1. Et falſum eſt quoque vſuras licitas currere cum alterius iactura, ſed potius debitoris mora, vt in d. §. ſi pupillo. Crediderim tamen illud conſilium Ruini melius probari per tex. in l. vlt. ff de peri. & cõm rei vend. & in l. ſi ſterilis, § cũ per vẽditorẽ, ff. de actio. empti vbi expreſsè habetur, quòd debeat tantummodò attendi intereſſe illud quod eſt circa rem, ideſt illud quod prouenit ex ipſa negociatione, non autem intereſſe extrinſecum, & extra rẽ, quia iſtud non debeẽ, ita adnotat Bar. per illa iura in d. l. vnica, Iaſ.

in

in d. l. 3. §. vlt. ad fin Sed apertius probatur in l. nihil, ff. de naut. fœn. l. ſi non ſortem, in princ. ff. de condict. inde. l. vſuræ, C. de vſur. ſubaudita in eo tex negatiua, l. pen. C. eod. tit. l. vni. C. de ſent. quæ pro eo, quod inter quibus iuribus habetur, quòd ratione vſurarum, & intereſſe, nihil amplius quàm duplum exigi poſsit, ſed ſimul ac ſortem æquarint, non amplius currant: imputandum eſt enim creditori qui tam diu ceſſauerit, vt vſuræ ipſæ ſortem excederent, etenim finis aliquis huiuſmodi acceſsionibus fuit imponendus, & in tali caſu ita reſpondiſſe teſtatur Alciat. lib 6. Parergon, ca. 15. non vltra duplum ſortis quicquam peti poſſe, & vſurarum vſuras repetitasque ſyngraphas cambij non obſtare, & imputari etiam duplo, quod particulariter ſolutum eſſet, & de hoc etiam ſatis dictum fuit ſuperius.

121 † Quæritur etiam nunquid creditor pro ſuo intereſſe poſsit à principio paciſci de certa quantitate moderata, vt puta ad 5. pro centum quolibet anno? & breuiter huiuſmodi conuentio, cùm ſapiat vſurariam prauitatem, eſt omnino illicita: adeſt enim fraudis ſuſpicio. l. cum quis decedens, § codicillis, & § Titia, ff. de leg. 3. notat Bald. in l. rogaſti, § ſi tibi, col. 2. vbi alij DD ff. ſi cer. pet. Ambr. à Vig. in d. cap. ſalubriter, num. 49 latè Felin. in d. cap. cum venerabilis, nu. 9. Dec in conſ. 116. nu. 2. Cagno. hic. nu. 54. & in d. l. unica, nu. 49. & ſeq. vbi Rebuf. in gl. vlt. nu. 34. Crau. conſ. 87 nu. 5. & cõſ. 189. col. 3. in primo caſu. vbi extendit, quòd etiam ſi quis fuiſſet coactus credere alicui, non poſſet paciſci de aliquo lucro ceſſante ante moram, ſed ſolum de damno vitando. allegat Anch. conſ. 376. Ant. Butr. conſi. 17.

122 † Sed huiuſmodi extenſionem Crauet. haud retinendam cœſeo, quando vt ſupra poſt Domin Sot. atque Nauar. oſtendimus, Theologos omnes conuenire, vt in caſu iſto coacti mutui creditor valeat paciſci atque exigere intereſſe tam damni, quàm etiam lucri, etiã ſi mora non interueniſſet: ſed quando mutuum fuiſſet voluntarium, tunc minimè dubitandum conueniri neque exigi poſſe intereſſe certum niſi poſt moram, quod hodie nullam in ſe continet difficultatem, ſed in rem iudicatam tranſactum, quando Pius V. ſanctiſsimus Pont. de anno 1571. per ſuam decretalem ſuper exercẽdis cãbijs, conſtituit ne quis audeat ſiuè à principio, ſiue aliàs, certum & determinatum intereſſe, etiam in eo caſu non ſolutionis, paciſci ſub periculo ſubiacendi pœnis contra vſurarios ſtatutis, cuius ſanctionis forma recenſetur in Commentario tertio. Et ſic, vt vides, manifeſti iuris eſt creditorem pro ſuo intereſſe conuenire non poſ-

123 ſe ſuper certa quantitate taxatã. † Vnde ſequitur, quòd valeat paciſci ſuper intereſſe ſoluendo ſaltem in genere poſt moram nulla facta taxatione. ita in terminis tradit Socin.conſi 176.colum.3. verſi.7.confirmatur, lib.1 mouetur ipſe,quia cum cauſa retardatæ ſolutionis de iure poſsit intereſſe peti, prout ſupra dicitur, ergo illud intereſſe poterit in pactum deduci, l. mutuo, §. ſi ſub conditione,ff.de tute ca. ſignificaſti, de electio. videtur ſequi Dec. conſ. 119 col 3 verſi ſi ergo.&c.ſequitur Crauet.d.conſ. 189. reprobata ibi opinione Alex. qui contrarium ſentire videbatur. Et promittẽs tale intereſſe ſimpliciter & indeterminatè, verè & propriè promittit quantitatem illam, quæ probabitur, quia illud,quod per relationem ad aliud ſe habet,verè proprièque intelligitur, Bal. conſi. 338.lib.2.Dec.conſ.389.col.vlt.& conſ.489. col. vlt.Cagnol. in d. l.vnica,nu.55.

124 † Idem etiam videtur dicendum ante moram, videlicet, quòd creditor ab initio contractus poſsit cum debitore paciſci de repetendo eo,quod ipſius in damno tantummodo, non autem in lucro intererit pendente dilatione ad mutui ſolutionẽ iuxta ea, quæ ſupra fuerunt dicta poſt D.Thom.2 ſec.q.78 art.2. Scotum in 4. ſenten. diſt.15.q.2.art. 2.vbi Gabriel Biel.Durand in 3.ſen diſtin.37.q 2. Soto lib. 6. de iuſt.& iure,q. 1 art.3 col.3.& de hoc intereſſe damni nemo diſcrepat.

125 † Quamobrem ex iſtis valde dubito,an Didac Couar.magni cõſilij Iuriſconſultus,dum lib. 3. var.reſol. cap.4.num.5. frequentiori calculo receptum aſſerit, quòd creditor in tali quoque caſu ab initio conuenire poſsit de ſuo intereſſe lucri: huiuſmodi enim ſententia periculoſa ex eo apparere poteſt, quando ſupra apertè oſtẽdimus, illud quidem ante moram haud deberi, quod hic non repeto, & Scribentes nonnulli grauiſsimi, quos ipſe in ſuam ſententiam citat, non de intereſſe lucri, ſed damni loquuntur, videlicet D.Tho. Scot. Do.Soto,Ab.verò, Anan. Archid.& alij tenentes dictum illud Hoſtienſ. in d. c. ſalubriter, intelligunt illud poſt morã. Similiter Alex.conſi 220.ſuper titulo,lib. 2.& Dec. in d.c.cum venerabilis,nu.14 de exceptio.loquuntur de venditore, qui data dilatione emptori ad ſoluendum, conuenire poteſt ſuper vſuris, quo dies conſtituta expectatur, quod intereſſe conſiſtit in damno,vt dicetur infra.Præterea D.Anton Florenti.in Sum.2.par. tit. 1. ca. 7 §. 15. nec non Innoc.Ioan. And.Calderi.in d. c. nauiganti, & Laurent Rodulf.in d.cap. conſuluit,par. 2. q. 2. pactionem huiuſmodi quò ad lucrum illicitam in mutuo eſſe cenſuerunt, prout firmiter

quoque aſſeruit Anch conſi.376 Crauet.conſi.189.col.3. Arbitror tamen, quòd Couar. Doctor alioquin diligentiſſimus, haud aliter vacare potuerit in recenſendis præcitatis authoribus, iuxta eorum dicta.

Et quod dictum eſt ſupra, creditorem ab initio paciſci non poſ-
126 ſe de certa quantitate ſibi ſoluenda ratione illius intereſſe. † Aduertendum eſt, quia attenta qualitate & conditione perſonarum, ex dubio euentu videtur, quòd poſſit taxari aliqua pars honeſti lucri, arbitrio boni viri ſoluenda poſt moram debitoris, dummodo tamen per creditorem poſtea probetur, quòd verè tantum erat ſuum intereſſe. & quamuis illicita fuiſſet taxatio à principio facta, attamen per probationem poſtmodum ſubſecutam ſuſtineretur illa conuentio in vim probationis deductæ, ita communiter videntur concludere Theologi præcitati, atque ex noſtris Alex.conſi.200.lib.6.Deci.conſi.111.col vlt.& conſ 322 nu.4. Cagnol.hic, nu.56. & in d.l. unica, nu 51. Couar.lib.3. var.reſol.ca 4. nu.5. illat.7. Petrus Ioan. Anchara. Familiarium QQ lib.2. q.33. nu. 4. Multa enim facta tenent, quæ ab initio fieri prohibentur, l.patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui. atque ad hoc facit quod ſupra retulimus pro intellectu d capitu.ſalubriter, & quod infra exponetur circa extenſionem huius legis.

127 † Sed quæritur, quid ſi probatum fuerit intereſſe, ſed non ſpecificè quantum interſit, nunquid Iudex debeat abſoluere, vel condemnare debitorem conuentum? & breuiter cum actor intentionē ſuam probauerit circa intereſſe, debebit obtinere, & poſtea in executione ſententiæ fieri eius liquidatio, vt videtur concludere Deci. d conſi.322.Cagnol in d.l.vnica, nu 53.

128 † Poterit etiam Iudex ipſe ex officio ſuo taxare certam quantitatem pro intereſſe, Bar.in l.1.C de Colon.Illyri. lib.11 Aret. in l.diuortio, § itē ſi meſſes, ff.ſol.ma.Iaſ.in d.l.3.§ vlt. ff.de eo quod cer.lo.nu.6.Socin in tract.fallent.reg.3. caſu 33. Rebuffus in d.l.vnica, nu.56. Iacob Menoch.I C.plurium operum ſplendore conſpicuus atque admirabilis, in tract.de arbitra.iud.lib.2. centur.2. caſu 119. Petrus Ioan.Ancharan. Famil.QQ lib.2. q.33 num.15.

129 † Ratio aſſignatur, quia intereſſe difficilem in ſe continet probationem, vt ſentiunt præcitati DD. poſt Bart.in l 2. circa fin.C de re-
130 ſcinden. vend. † Propter quod traditum eſt, quòd creditor pro liquidatione intereſſe poſſit in litem iurare contra debitorem moroſum, vt tenent Moderni in addit. ad Deci. ſuper l quatenus, ff. de reg iur. allegantes ibi Bald.conſi.345.lib.2. ſequitur Plotus in memorabili

morabili ſua Repetitione l.ſi quãdo,§.12.nu.7.C.vnde vi. Pet.Ioan. Anch.vbi ſupra,nu.16.mouentur per tex.expreſſum in l.numis, vbi Bart.ff. de in lit. iur. Quod tamen intelligas in eo caſu quando per creditorẽ probatum fuiſſet ſe ſolitum negociari, & quòd ſuæ qualitatis homines tantum lucrati eſſent, & quòd ipſe veriſimiliter tantum fuiſſet lucratus,ſi tempore conuento pecuniam à debitore habuiſſet, & ſic quòd duo concurrant, videlicet induſtria creditoris, & illius intereſſe certum, aliàs ſecus. ita conuenit Imo. in l.Paulus, ff.de ſolut.atque hoc ipſum communiter recipiunt Alex.Iaſ.& alij, colum. vlt.ſuper gl.in ver.ſua die, d.l numis, ſequuntur etiam Deci. Alciat.Cagnol. & D. Camillus Plautius, dudum Piſis præceptor meus,I.C.maxima ingenij perſpicacia,atque admirabili legum peritia, in d.l.vnica, & paſſim Scribentes.

SVMMARIVM.

131 *Vſura commodi percepti recompenſatiua, omni iure admittitur.*
132 *L.curabit,C.de actio.empti,arguitur de ſuperfluitate.*
133 *Lex debet eſſe de caſu dubitabili.*
134 *Lex debet eſſe neceſſaria.*
135 *Imperatores leges promulgarunt ſuper eo, quod prius fuerat deciſum.*
136 *Ratio deciſionis l.curabit.C.de actio.empti.*
137 *Minoris ætatis fauor facit currere vſuras abſque mora.*
138 *Emptor à die traditionis ſibi factæ tenebitur, dum pretium ſoluere differt reddere uenditori vſuras pretij non ſoluti iuxta quantitatem fructuum perceptorum.*
139 *Emptor differens pretij ſolutionem tenetur reſtituere venditori vſuras ad æſtimationem fructuum perceptorum,licèt fructus excederent quantitatem pretij conuenti.*
140 *Emptor ob dilatam pretij ſolutionem tenetur reſtituere venditori uſuras ad rationem fructuum, quos ipſe venditor percepiſſet, non autem quos emptor percepit.*
141 *Emptor ſi poſt traditionem ſibi factam nullos ex re empta fructus percepit non tenebitur ad uſuras pretij non ſoluti, quod ampliatur & limitatur.*
142 *Emptor differens ſoluere pretium, tenebitur uenditori ſoluere uſuras pretij non ſoluti, etiamſi res ſibi tradita fuerit abſque fideiuſſoribus, quos venditor promiſiſſet,uel quia ut promiſerat,venditor liberam poſſeſſionem non tradidit.*
143 *Venditor poterit exigere uſuras, etiamſi ipſe dominium rei venditæ*

per

per traditionem in emptorem tranſtulerit.

144 *Venditor data dilatione ad ſoluendum emptori, habitaq; fide de pretio, non poterit pendente termino vſuras petere.*

145 *Venditor nunquid ſtatuto emptori termino ad ſoluendum poſſit interim licitè conuenire ſuper certis vſuris.*

146 *Venditor nullo dato termino ad ſoluendum poterit cum emptore paciſci de certis vſuris.*

147 *Didaci Couar. ſententia reijcitur, & in quo.*

148 *Cautela ad hoc, vt venditor licitè vſuras conſequi poſſit etiam ſi dederit emptori terminum ad ſoluendum, uidelicet vt reſeruet ſibi dominium.*

149 *Cautela, vt venditor licitè vſuras conſequi poſſit, videlicet de accipiendo rem in pignus eâ conditione, vt non teneatur fructus in ſortem computare.*

150 *Cautela ut uenditor licitè vſuras conſequi poſſit, uidelicet de locando prius rem pro certa mercede quàm ille uendat.*

151 *Procurator, qui alieno nomine emerit fundum, & de ſuo proprio ſolnerit pretium, nunquid poſſidens poſtea fundum non requiſito ſuo principali teneatur fructus perceptos in pretium ſolutum computare.*

152 *Emptor etſi ſoluerit pretium ſed non in totum, attamen tenetur ad uſuras pro portione illa pretij non ſoluti.*

153 *In correlatiuis uno expreſſo alterum in conſequentiam intelligitur.*

154 *Argumentum à reciprocis & correlatiuis.*

155 *Venditor à die ſolutionis ſibi factæ tenebitur ad uſuras emptori.*

156 *Venditor ſi partem pretij recepit, neque aliter rem tradit, poteſt emptor reliquum pretij offerens agere ad uſuras.*

157 *Promittens de uendendo, ſi recepit pretium tenebitur ad uſuras.*

158 *Vendere aliud, & aliud promittere de uendendo.*

159 *Ceſſionarius poteſt iure emptoris, uel uenditoris agere ad uſuras.*

160 *Diſpoſitio l. curabit, C. de actio. emp. procedit in omnibus contractibus correſpectiuis.*

161 *Venditor nulla facta traditione rei, uel poſſidens, non poteſt agere ad uſuras pretij non ſoluti.*

162 *Emptor non ſoluens pretium, non poterit petere rem emptam cum fructibus offerens poſtmodum pretium cum uſuris.*

163 *Legitimam acceptanti filio in quantitate debentur uſuræ ſeu intereſſe loco fructuum, qui filiò deberentur, ſi legitimam habuiſſet in prædijs.*

§. 7.

§.7.

ALIA & tertia ſuccedit vſurarum ſpecies, quæ com
modi percepti recōpenſatiuæ nuncupantur, & iſtæ
omni iure admittūtur, quemadmodum Scriptores
131 omnes conueniunt † Quòd tā tēpore Iuriſconſul-
torum, quàm mox Cæſarū admittātur, apparet in
l. Iulianus, § ex vendito, ff. de actio. empti. l. vlt. ff. de
peri. & commo. rei vend. l. 2. C. de vſur. & clarius per Conſtitutionē
huiuſmodi.

Quòd de iure Pontificio ſint permiſſæ, tenet glo. 1. hic, & in l. 2.
vbi Bar. & Bal. C. de vſur glo. in ca. conqueſtus, vbi Canoniſtæ, de
vſur. Alex. conſi 69. col. 2. lib. 1. Caſtrenſ. in d. l. Iulianus, §. ex uen-
dito, nu. 3. Cagnol. hic, nu. 7. Couar. lib 3 var. reſol. ca. 4. col. vlt. ad
fin. atque in hoc nullus contradicit. Sed communiter receptum,
& veluti in rem iudicatam tranſactum, oſtendit Anton Gabriel.
poſt multos à ſe congeſtos, in 3. lib. commun. concluſ. tit de emp-
ptio. & venditio. concluſ. 4 in 2. ampliatione. Vnde manifeſtè
colligitur hanc Cæſarum Conſtitutionē iure optimo ſanxiſſe, quòd
venditor iuſtè recipiat vſuras pretij non ſoluti. Difficultas verſa-
bitur modò in aſsignando rationem dubitandi, & decidendi ad l.
iſtam. Et circa rationem dubitandi augetur difficultas, ſiquidem
id quod per hanc l. diſponitur, apparet ex ſupradictis iam clarè
fuiſſe deciſum ante hanc Conſtitutionem, videlicet per Vlpianum
I. C. in d. §. ex vendito. Similiter in hac l. aderat minor ætas, cuius
fauor facit currere vſuras abſque alia mora, vt per glo. pen. hic: er-
go lex iſta fuit edita ſuper caſu indubitato, nullaq; vrgente neceſ-
132 ſitate: † vnde arguitur ſuperflua, cum aliàs quælibet lex debeat
133 eſſe de caſu dubitabili, † l. quod Labeo, vbi gl. ff. de Carbo. edic. &
l. ancillæ, C. de furt. Rocchus de Curte in ca. vlt. de conſue. in glo.
134 ſuper ver. vtilis. † Similiter lex debet eſſe neceſſaria, ca. erit autem
lex. diſt. 4. nec ſuperuacua, §. quibus, in 1. Conſtitu. cod.

Pro ſoluenda autem ſimili difficultate aliàs valde laborarunt
Scribentes, vt apparet per Iaſ & Dec. in l. 1. in prin. C. de bon poſ.
contra tab. idem Dec. in l. illam, C. de colla. in prin. & in cap. 1. in
1. lect. col. 9. de iudi. Curt. Iun. in l. vnica, vbi Cagnol. num. 6. C.
quando non peten par.

Tu verò, ne immoreris vbi non expedit, breuiter reſolues, hoc
in ſe nullam cōtinere difficultatem, ſiquidem videmus, quòd aliàs
AA. quàm ſæpiſsime reſcripſerunt ad preces poſtulantium ſuper
contin-

contingentia facti indubitabilis, vel quia naturaliter omnibus pateret, vel quia prius fuiſſet deciſum. Et circa hoc paſsim reperiuntur leges dicentes interdum, apertiſsimi iuris eſt, l. apertiſsimi, C. de iudi. quandoque certi & indubitati iuris eſt, l. certi. C. de hæredi. vel actio. vendi. nonnunquam clari & aperti iuris eſt, l. clari, C. de fideicom. & ſimilia ſæpe.

135 † Quòd Imperatores Conſtitutiones aliàs promulgarint ſuper eo, quod prius fuiſſet deciſum, apparet hic, & in l. 3. C. qui admit. vbi quod ibi diſponitur, reperiebatur prius deciſum per l. 2. §. ſed ſi infanti, ff. ad Tertul. idem in l. vnica, C quando non pet par. cuius diſpoſitio fuerat prius tradita in § ſi duo, l. 2. ff. de ſec. tab. Neque per hoc leges dicebantur ſuperfluæ, quin ſaltem deſeruirent ad dirimendam controuerſiam extortam ſuper facto, de quo Imperator conſulebatur. Neque etiam nobis hæc lex apparebit ſuperflua, poſtquàm diuerſis Titulis, quos habemus in toto corpore iuris, propter rerum cognitionem, & alios reſpectus fuit neceſſe leges ipſas inſerere, vt de hoc dicitur in l. 2. col. 8. verſ. aut enim, C. de uet. iu. enucl dum habetur ibi, quòd quando lex neceſſaria erat, oportebat eam propter rerum cognitionem diuerſis Titulis applicare. Et quòd lex propter diuerſitatem Titulorum, & aliorum reſpectuum nõ ſit ſuperflua, tradit Fely. ex mente Gemin. in proœm. Decret. Rex pacificus, ad fi. ſequitur Cagnol. in l. unica, num. 8. C. quan non pet. par. Rationes ergo dubitandi, quæ in priori lege poterant aſsignari, ita & circa iſtam militabunt. Sed poſſes inſtare, quòd per hanc Conſtitutionem deciditur, nõ fuiſſe prius deciſum, ſi quidem in d. §. ex vendito, emptor penes ſe habebat totum pretium, hic autem partem ipſius, vt dicitur in text. Vnde cum emptor ſoluiſſet pretium, licèt non integrum, meritò poterat eſſe dubium nunquid teneretur, & videbatur dicendum emptorem, qui in hoc caſu partem pretij ſoluit, ad nullas vſuras teneri. facit ad hoc, l. ſi fundus, in fi. princ. ff. de le. commiſ. vbi emptor cum illo pacto leg. commiſſoriæ, qui ſoluiſſet partem pretij reſoluto poſtea contractu lucratur fructus interim perceptos ex ſententia Neratij, prout dicitur ibi per Vlpianum Iuriſconſ. Alia dubitandi ratio eſt, quam tradit Cagnol. hic, num. 1. dum dicit vſuras aliàs abſque mora non deberi, l. lecta, ff. ſi cer pet. l. mora, §. in bonæ fidei, ff. de vſur. l. in initio, C. de pac. inter empt. & vend. Et tamen in tex. dicitur nullam

136 interceſſiſſe moram, & nihilominus contrarium deciditur. † Cuius inſignis deciſionis ratio fundatur, & quidem maxima æquitate: vt enim dicitur in d. §. ex vendito, & d. l. 2. ſæpius citatis. Nam cum

re emptor

re emptor fruatur, æquiſſimum eſt vſuras pretij impendere. Vnde iſtæ potius quàm veræ vſuræ, dicentur propriè rei perſecutio, quæ deducitur ab æquitate iuſtitiæ commutatiuæ, quæ in æqualitate conſiſtit, teſte Ariſt. li. 5. Ethic. Nã quatenus vnus cõtrahentium ex parte ſua implet, debet alter viciſſim implere, aut adimplenti omne quod percepit ex ſua cauſa ſoluere, ne ſequatur inæqualitas contra virtutem iuſtitiæ commutatiuæ, vt ſcribit Couar. lib. 3. uar. reſol.
136 ca. 4 nu. 1. † Altera æquitas, ſuper qua fundatur huius deciſionis ratio, eſt in minori ætate, prout dicitur in text cuius fauor facit currere uſuras abſque alia mora, vt dicit hic glo. pen. per l. in minorum. C. in qui. cau. reſtitu. in integ. non eſt neceſ. Hoſtien. in Sum. de vſur. §. per moram, ver. ſpeciali etiam iure.

137 † Ex quibus apparet, quòd licèt in hoc text. nulla adeſſet mora regularis, tamen concurrebat duplex mora, videlicet irregularis, & iam unica erat ſufficiens ad curſum uſurarum abſque alia interpellatione, vt dicit Caſtrenſ. hic in prin. & in l. de diuiſione, colum. pen. verſic. in glo. ibi, ſed videtur, poſt Barto. ff ſol. mat Alex conſi. 147. perſpectis inſtrumentis, nume. 3. lib. 5. Socin. conſi 174. pro facto, colum. 1. lib. 2. & in conſi. 170. in præſenti conſultatione, colum. vlt. verſi. ſecundum principale fundamentum, lib. 2. Areti. conſi. 160. colum. 6. verſi. & quod poſt pretium ſolutum. Ruin. conſi. 66. col. 2. lib. 4. Deci. in cap. cum venerabilis, nume. 13. de exceptio. igitur per iſta reſoluitur dubitatio Gagno. Nec obſtat dubitatio altera per nos adducta, quia in d l. ſi fundus, ideo emptor ibi lucratur omnes fructus perceptos, ex quo reſoluto contractu perdit illã partem pretij ſolutam nomine arrarum, & vt dicit glo. ibi, verſic. perdidit, hoc inter eos conuentum eſſe intelligitur.

138 † Colligitur modò ex ipſa ratione deciſionis ad hunc text. allata, quòd emptor à die traditionis ſibi factæ, tenebitur omnino dum pretium ſoluere differt: reddere venditori vſuras pretij non ſoluti iuxta quantitatem fructuum ex ipſa re perceptorum, non autem iuxta quantitatem eius, quod venditoris interſit ex cauſa damni ſibi illati ob dilatam pretij ſolutionem, quia tunc non dicerentur uſuræ commodi percepti recompenſatiuæ, de quibus nunc agimus, ſed eſſent damni reſtauratiuæ de quibus ſupra, quæ probata damni ratione, quandoque excederent ipſorum fructuum æſtimationem, quandoque minus eſſent, neque etiam per prædicta venditori debebuntur iuxta rationem lucri ceſſantis, ſi quidem attenta eius induſtria, forſitan eſſet minor, quàm fructuum perceptorum ratio, de quo eſt ſingularis text. in l. vlt. ff. de peri. & commo. rei vend.

facit

facit d. l. ſi ſterilis, §. cum per venditorem. tenet hoc Caſtrenſ. in d. §. ex uendito, Alexand. conſi 69. colum. 2. uerſi addẽs, lib. 1. Imola in l. in inſulas, §. vſuras, ad fin ff. ſolu. matrim. Socin. conſi. 274. col. 4. verſic. tertiò principaliter, lib. 2. & in conſi. 130. num. 4. lib. 4. & alij, de quibus per Cagnol. hic, num. 24. Couar. vbi ſupra, num. 2. Et hoc poſtquam agitur de mora irregulari, ſecus ſi ageretur de mora vera & regulari, quia tunc deberentur ratione intereſſe, vt inferius dicetur, & in his terminis accipienda ſunt relata per Anton. Gabriel. in 3. lib. commun. concluſio. tit. de emptio. & vendi. concluſ. 4. nu. 2. & 3.

139 Colligitur ſecundò, quòd emptor differens pretij ſolutionẽ tenetur reſtituere venditori vſuras ad æſtimationem fructuum perceptorum, licèt fructus ob temporis qualitatem excederent quantitatem pretij conuenti. ita Couar. vbi ſupra poſt Moder. Pariſien. à ſe relatos, & ſic in caſu iſto debentur vſuræ, licèt excederent duplum, & ſummam ſortis principalis, quia in hoc caſu ſors perpetuò abalienatur, vt nunquam creditor poſsit eam petere uel exigere, ideo poterunt uſuræ in infinitum excurrere, nec creditor dicetur petere duplum, videlicet ſortem, & uſuram, ſed ſimplicem vſuram, & redditum, quod ſecus fieret ſi ſors nõ eſſet perpetuò abalienata, quia tunc creditor non poſſet exigere pro uſuris, uel pro intereſſe maiorem ſummam quàm ſit ipſa ſors, ut dicitur ſuperius, & de quo in l. unica, C. de ſent. quæ pro eo, quod inter.

140 † Colligitur tertiò ex eadem ratione, quòd emptor ob dilatam pretij ſolutionem teneatur reſtituere uenditori uſuras ad rationem fructuum, quos ipſe venditor percepiſſet è re vendita, non autem quos emptor percepit, licèt is uberiores ac plures fructus uerè perceperit, Soci. in l. de diuiſione. in 4. nota. nu. 16. ubi Claud. Aquenſ. in vlt. col. uerſic. ex quo infero, ff. ſolu. matr. Cagnol. hic, nu. 46. ſequitur Couar. ubi ſupra poſt Moder. Pariſ. à ſe citatos, de contrac. q 74. nu. 541. mouentur præfati DD per illam inſignem deciſionẽ Barto in l. ratio, §. 1. ff. de actio. emp. ubi tradit, quòd quãdo fructus petuntur ut fructus, ueniunt omnes: ſi autem fructus petantur ut intereſſe, tunc ueniunt quatenus intereſt petitoris.

141 † Colligitur quartò, quòd ſi emptor poſt traditionem ſibi factã nullos ex re empta fructus perceperit, aut potuerit percipere, nec itidem venditor ipſe potuiſſet percipere, ſi rem ipſam non tradidiſſet, non tenebitur ad uſuras pretij non ſoluti, quaſi tunc ceſſet æquitas, ſuper qua eſt fundata deciſio tex. tenet Salicet. in l. 2. C. de vſur. Caſt. in d. §. ex vendito, num. 3. & in l. in minorum, poſt Cy. &

Sali.C.in quib.cau. reſtit. in integ non eſt neceſ. Socin. conſi.109. col.2.lib.1.Alex in d l.de diuiſione,col.2. vbi Claud Aquenſ.Corn conſ.145.lib.2.& conſ 59 lib 3. Aret.conſ.150. col. 6. & in l.item ſtipulatus,col.5.uerſ.2. caſu. ff. de verb. oblig. quæ opinio eſt communiter recepta,vt per Cagnol.hic, nu. 28.

Et licèt in contrariam ſententiam iuerit Bal. in d. l. 2. vbi Caſtr. ſibi contrarius,& etiam hic Anch.in regula,peccati venia,col.8.de reg.iur.in 6. Anan.in c.conqueſtus,col.1.de vſur. Fabianus de Monte in tract. de empt.in 5.q.princ.nu.45. vbi refert emptorem teneri ad vſuras,etiam ſi nullum fructum perceperit, quia inquit, non debentur ratione fructuum,ſed perfidiæ cum venditor à ſua parte cõtractum impleuerit,ſequitur Gozadin conſi.55. col.3. uerſic. idem tenet Socin.in conſi.88 num.8. & conſi. 103.nume.2.lib.4. Pariſ.in cap.cum venerabilis,col 8.de exceptio.& conſi 60.nume. 28.lib. 1. & alij,de quibus Anton. Gabriel. in 3. lib.commun,concluſ tit.de emptio. concluſ 4. ampliatione 6. Tamen à præcedenti opinione non eſt recedendum,vt per Couar.lib.3. uar. reſo. ca. 4. nu. 3. Ampliatur illa communis ſententia , etiam ſi venditor minor ſit , quia illo quoque caſu vſuras pretij non ſoluti minimè poterit exigere; cum enim tunc non poſſint dicti commodi percepti recompenſatiuæ , ſequetur quòd minor ætas ad vſuras non poſſit diſpenſari, c. ſuper eo,de vſur ita firmat Cagn.hic, num. 29 reprobata opinione Caſtrenſ.in d l.in minorum,nume.3.vbi poſt Pet.Iacob. Butrig. & Salic. contrarium tenebat , & Cagno. opinionem ſequitur Couar. vbi ſupra , qui reprobat ſententiam Corn. contrarium ſentientis in d conſi.59.

Limitatur tamen præcedens concluſio,niſi venditor fructus percepiſſet, ſi non tradidiſſet,quia tunc emptor teneretur ad vſuras habito reſpectu ad illos fructus , quos potuiſſet percipere venditor, etiam ſi ipſe nullos collegiſſet.ita Soc.in d.l.de diuiſione, nu. 10. & in conſi. 174 col 4.lib.2. Cagnol.hic, nu.35. faciunt, quæ dicuntur ſupra in 3.illatione.

142 † Colligitur quintò,quòd emptor differens ſoluere pretium , tenebitur venditori ſoluere vſuras pretij non ſoluti iuxta fructuum quantitatem , etiam ſi res ſibi tradita fuerit abſque fideiuſſoribus , de euictione, quos venditor promiſiſſet; vel quia , vt promiſerat venditor, liberam poſſeſſionem non tradidit , aut quia in alijs non impleuerit, dummodo tamen rem tradiderit ,ita Bal. in d l 2.nu.4. vbi Caſtrenſ. Dec.conſi.119 col.2. uerſi. 6. adduci poteſt. & rurſus colum.ultima,uerſ.5.non obſtat. Pariſ conſi.60. nume. 26. libro 1.

Alex.

Alex.conſi.147.nu.4.lib.5 Soci.conſi.176.col 1.lib.2.Bertrand.cõſi.190.col.2.lib 2.

Et licèt Soc. in d conſi.88.num.17.& in d conſi. 103. num. 24. lib 4 contrarium ſenſerit,ſequatur Afflict deciſ.20. Bal. ſibi repugnans in l. 1. nu.5.C.de bon.mater.Pariſ quoque ſibi non conſtans in d.c cum venerabilis,colum.8.Cor.conſi. 59. columna vlt. lib 3. Tamen à præcedenti opinione recedendum non eſſet, quam communem aſſerit Cagno.hic, nume.31.Couar.vbi ſuprà,numero 6.illatione 12.

143 † Colligitur ſextò per eandem rationem,quòd venditor licitè exigere poterit vſuras pro quantitate fructuum perceptorum, etiam ſi ipſe dominium rei venditæ per traditionem ſtatim in emptorem tranſtulerit Probatur etiam ex hac l.vbi præcedente titulo emptionis apparet poſſeſsionem eſſe penes emptorem,qui interim fructus perceperat,& tamen nullum verbum de reſeruatione dominij,quæ diceretur facta per venditorem, & hanc ſententiam veriſsimam arbitror,quam tenet Couar l.b.3 var.reſ.cap 4. num. 4. poſt Moder. Pariſi.in tract de contracti.q.74.num 542.

Et quamuis in contrariam ſententiam videatur fuiſſe Abb cõſ. 66 & conſi.76 in 2.dubio,lib 1.Alex.conſi 121.lib.5.Cæpol. caut. 125 Socin.conſi.176.lib 2.quod eſt repetitum in conſi 103. lib. 4. idem Socin.conſi.88.& conſi.130 num.5.eod.lib.Dec.conſi.119. num 4.verſic.2 non obſtat. Ruyn.conſi.73.colum.2 lib 1.mouentur per tex.in l ſicut emptio,§ vlt.ff.loca.vbi venditor locando rem venditam emptori, dominium ſibi reſeruaſſe dicitur, & quòd illo titulo locationis potuerit rei venditæ penſionem ſibi ſtipulari eo interim,quo per emptorem ſibi fuerit ſolutum pretium,& ad iſtam l.ea ratione reſpondent, quòd per ſimplicem traditionem poſſeſsionis venditor non videtur habuiſſe fidem de pretio ſoluendo, & idcirco nullum fuiſſe in emptorem dominium tranſlatum, l. quod vendidi,ff de cont.empt §.venditæ Inſt. de re. di. Caſtrenſ.in d.l.Iulianus,§ offerri quæ reſponſio eſt diuinatoria, & nullo pacto admittenda.Præterea eſt aduertẽdum,quòd præcitati DD.contrariæ ſententiæ loquuntur in terminis, quando per venditorem fuiſſet data dilatio ad ſoluendum ; quo caſu cum emptor in nulla mora eſſet conſtitutus,non videretur poſſe contra eum agi per venditorem ad vſuras,de quo infra proximè dicetur.

144 † Infertur ergo per ſupradicta, quòd facta per venditorem rei venditæ traditione emptori,ſibique data dilatione ad ſoluendum, habitaque fide pretij non poſſent pendente termino exigi vſuræ

F 2 per

per venditorem ab ipſo emptore, iuxta huius Conſtitutionis deciſionem, quaſi omnis mora ceſſet. ita videtur ſentire glo. in d c conqueſtus, de vſur. dum aſſerit huiuſmodi vſuras poſſe licitè exigi, quando per emptorem ad terminum non eſt ſolutum pretium: igitur ſoluto pretio eo die quo conuentum eſt, vſuræ non poterunt peti, ſequitur Soc. d. conſi. 176. col. vlt. lib. 2. & in d. conſi. 103. lib. 4. idem Soci. conſi 130. num. 5. eod. lib. Deci. conſi. 119. nu. 3. Rubeus conſi. 88. Cagno. hic. nu. 52. Couar. vbi ſup. nu. 5. atque hoc etiam ſequuntur Theologi, veluti Iac. Almain. & alij in 4. ſent. diſt. 15. q. 2. & facit quia venditor dilationi conſenſiſſe videtur, & per conſequens renunciaſſe huic conſtitutioni.

145 † Sed iuxta proximè dicta quæritur, nunquid venditor ſtatuto emptori termino ad ſoluendum poſſit interim licitè conuenire ſuper certis vſuris ab emptore ſoluendis eo tempore, quo dies ſolutioni conſtituta expectatur? & ſanè hanc venditoris conuentionem illicitam eſſe tenuit Socin d. conſ. 130. nu. 9. & ſequen. Dec. d. conſ. 119. num. 3. verſic in oppoſitum. & in conſi. 116 nu 2. verſic. circa ſecundum dubium, & in conſi. 183. col. vlt. Crauet. conſi. 89 verſic. tertius caſus. Laurent. Syluan. conſi. 10. nume. 46. idque dicunt ea ratione, quia vt ſupra oſtenditur, non licet conuenire ſuper certo intereſſe, ſcripſit etiā Gabriel Biel. in 4. ſenten. diſtinct. 15. quæſ. 11. colla. 17. poſt D. Antonin. & alios, illicitum & vſurarium eſſe, quòd venditor fundi traditi dilatione conceſſa ad ſolutionem pretij habeat interim fundum venditum in pignus, & faciat fructus ſuos.

Verùm quòd huiuſmodi pactum initum per venditorem ſit licitum, extat inſignis doctrina Caſtrenſ. in l. Iulianus, §. ex vendito, num. 3. ff. de actio. empti. ſequitur Alex. conſi. 121. nume 4. lib. 5. Deci. ſibi contrarius, in d. cap cum venerabilis, num. 13 ad finē, de exceptio. & conſi. 111. colum. vlt. Corn. conſi. 113. in fi lib. 3. Alci. in l. ſi quis nec cauſam, colum. 3. ff. ſi cer. pet. Cagno. hic, num. 57. & ſeq. Couar. vbi ſupra, illatione 6. verſi. ſic tandem. poſt Modern Pariſ à ſe relatos in tract. de contract q. 74. num. 554. tenet Soci. Iun. conſi. 66 num. 7. lib. 2. quæ opinio communis, & vera eſt, dummodo tamen vſura commenſuretur ad quantitatem fructuum, qui ex re vendita percipi ſolent. ita Pariſi. conſ. 60. nu. 3. lib. 1. Petr. Ioan. Anch. familiar QQ lib. 2. q. 33. nu 4. atque id fit, quia vſura iſta cōuenta conſiſtit in damno, qua de cauſa pro intereſſe damni certum quid licet ſtipulari, dum cōſtituta dies ſolutioni expectatur, de quo plenè dictum eſt ſupra.

Similiter opinio iſta vera eſſet, niſi venditor carius vendidiſſet

ob

ob dilatam pretij ſolutionem: ſi enim ob eam carius vendidiſſet, illa pendente non poſſet fructus, nec earum partem retinere, & multo minus aliam vſuram conuenire & exigere, ne duplicem compenſationem eiuſdem dilationis accipiat. benè verum eſt, quòd dilatione lapſa poſſet cônuenire, dummodo augumentum illud pretij nô excedat commodum lapſę ſolutionis, ſeu fructuum temporis lapſi, prout ſentiunt Theologi.

146 Reſultanit ergo multo magis, quòd venditor nullo conceſſo termino ad ſoluendum poterit cum emptore paciſci, vt donec ſibi pretium non ſolueretur, detur ſibi certa quantitas pro ratione fructuû ſecundum huius Conſtitutionis deciſionem, quicquid dixerit Cagno. hic, num. 65. vbi contrarium ſentire videtur, atque illationem noſtram tenuit Socin. d. conſi. 176. colum. vlt. uerſicu. 4. difficultas, quod repetijt d conſi. 103. lib. 4. idem Socin. d. conſi. 88. columna pen. eod. lib. Pariſi. conſi. 60. num. 21. lib. 2. Couar. lib. 3. var. reſolu. cap. 4 num 6 qui amplius exiſtimauit licitum eſſe huiuſmodi conuentionē, etiam ſi fuerit exceſsiua in fructuum æſtimatione, & eorû intereſſe, ſi tamen fiat in vim annui redditus redimibilis, ut quia emptor promittat ſe ſoluturum venditori certam annuam quantitatē iure annui redditus per eum empti ſuper re vēdita eo interim, quo ſibi non fuerit ſolutum pretium, & iſtam pactionem atteſtatur ſe quàm pluries uidiſſe initam.

Sed aduertendum eſt, quia hæ vſuræ ita conuentæ veniunt ratione moræ irregularis, & ſic ſunt recompenſatiuæ, quæ (vt non ſemel dictum eſt) debent commēſurari iuxta quantitatem fructuum perceptorum, prout in hoc tex. vnde in eo, quod excedunt, non ſuſtinerentur; hoc enim eſſet intereſſe, quod extra rem dicitur, quod nôn debetur, l. ſi ſterilis, §. cum per venditorem, ff. de actio. empti, niſi emptor vltra moram irregularē fuiſſet in vera, & regulari mora conſtitutus, quo caſu crediderim vſuras licitè poſſe exigi, etiam ſi excederent, & per conſequens deberi intereſſe illud extra rem, & hoc quando venditor probaret de illo iuxta terminos ſupra poſitos, & tunc non tanquam recompenſatiuæ ſed reſtauratiuæ, & moroſæ iudicarentur vſuræ, atque hoc tenuit Socin. conſi. 156. colu. 3. & ſeq. lib. 2. Bar. Iaſ. Rebuf. & communiter alij in l. vnica, C. de ſentēt. quæ pro eo quod inter. & in l. 3 §. vlt. ff. de eo, quod cer. lo. Dec. conſi. 341. ad fi. in ſecundo dubio, Emanuel Soraez in ſuo Theſauro receptarum ſententiarum, verſicu. venditor negociari, nume. 44. cum ergo in caſu iſto nulla adſit niſi irregularis mora, neque præſupponatur venditorem ſolitum negociari, valde dubito de con-

uentione iſta tradita per Couar. tantæ apud nos authoritatis Iuriſconſultum.

147 † Et quòd pactio de quantitate exceſſiuè ſoluenda reprobetur, tradit ipſe Socin. d. conſil. 176. colum. vlt. repetito in d. conſi. 103. & in d. conſi. 88. nume. 18. Neque obſtat, quòd pactio illa fiat in vim annui redditus redimibilis, quia vt dicetur in l. 1. C. de pact. inter empto. & vendito. illi redditus etiam, cum debeant conſtitui ſuper certo fundo, vel alia re certa, debebunt taxari ad rationem fructuum, qui ſolent percipi ex re, ſuper qua erunt conſtituti ad hoc vt liciti habeantur.

Illud tamen non eſt omittendum, quòd pro euitanda ſupradicta difficultate, videlicet quòd venditor poſſit licitè conſequi uſuras, etiam ſi dederit emptori terminum ad ſoluendum, DD. afferunt

148 cautelam illam ſuperius dictam, videlicet, † quòd venditor reſeruet ſibi dominium illo interim, quo ſibi per emptorem integrum pretium non fuerit ſolutum, quia tunc tradunt licitè atque ſecurè uſuras exigere poſſe pro modo fructuum, qui percipiuntur ex re uendita, vt quia locet emptori pro annua penſione, quemadmodum ſuperius traditur, de quo Pariſi. conſi 60. nu. 21. lib. 1. Cagnol. hic, nu. 62. Couar. lib. 3. var. reſolut. cap 4. nume. 6. Socin. Iun. conſi 66. nu. 7. lib. ſecundo, Petr. Ioan. Anchara. familiari. QQ. lib. ſecundo, q. 33. nume. 6.

Notandum eſt tamen, quòd cautela huiuſmodi videtur eſſe ſuperuacua in eo loco pręcipuè, vbi ſtatuto caueatur, quòd ante ſolutionem pretij non transmittatur dominium in emptorem etiam ſi fuerit habita fides de pretio, prout hoc ſtatutum adeſt in ciuitate Lucenſi; quo etiam diſponitur, vt illi renunciari non poſſit, & de quo ſtatuto meminit Deci. in d. conſi 119. col. 2. uer. 2. principaliter &c & ante eum Socin d. conſi 176. repetito in d. conſi. 103. nu. 17. ver. præmitto.

Sed cautela hæc erit etiã ualde utilis in tali loco propter aliud, quia releuabit venditorem ab onere probandi fructus, qui ſolent percipi ex tali re vendita, & communẽ eorum ęſtimationem prout aduertit Cagnol. hic, nu. 61.

149 † Alia quoque traditur cautela abſque reſeruatione dominij, vt venditor tradita re vendita, & conceſſo termino ad ſoluendum accipiat rem ipſam in pignus ea conditione, vt non teneatur fructus in ſortem computare. ita Couar. vbi ſupra, illat. 10. poſt Modern. Pariſ. à ſe relatos in tracta. de contract. q 74 nu. 545. in quibus locis reprobatur ſententia Gabriel. Biel qui in 4. ſenten. diſt. 15. q. 11.

col.

col. 17. cautelam huiuſmodi cenſebat illicitam, & malè, poſtquam l. 1. & 2. C. de pign. actio. ſuper qua ipſe fundari videtur, in caſu iſto venit limitanda, vt dicetur in ca nauiganti, de vſur.

150 † Alia & tertia reperitur cautela, quæ videtur eadem cum prima, vt quia rē ſuam quis alteri locaſſet per 5. annos pro certa mercede, & poſtmodùm d. rem vendiderit: & licèt in inſtrumento fateatur ſe recepiſſe pretium, quod tamen re vera non accepiſſet, vt quia poſtea emptor in alio inſtrumento fateatur ſe pretium debere venditori, quod ſoluere promittit ad quinque annos, & interim penſionem locationis prius conuentæ ſoluere, nam tunc venditor licitè conſequetur illam mercedem, Couar. vbi ſupra, illatione 11. & hoc dummodò ſit ad rationem fructuum perceptorum, ita Moder. Pariſ. de contract. q. 74 nu 546. & ſeq. in quibus locis reprobatur opinio Abb. qui in conſi. 5. lib. 1. credebat venditorem in caſu iſto debere computare mercedem illam per 5. annos, ſibi ſolutam in ſortem pretij, quaſi per venditionem dominium fuiſſet tranſlatum in emptorem, quod etiam ſequitur Socin. in d. conſi. 130. nu. 1. lib 4. & malè per ea, quæ ſupra dicuntur.

151 † Cadit modò ad ſupradicta, quæſtio de procuratore, qui alieno nomine emerit fundum, & de ſuo proprio ſoluerit pretium, nunquid poſsidens poſtea fundum illum non requiſito ſuo principali, nec in mora conſtituto ad ſolutionem pretij lucretur fructus perceptos, vel teneatur illos in pretium ſolutum computare? & Bald. in Rub. C. de contrahen. empt. q. 15. tradit dominum poſtea ſoluentem pretium procuratori, poſſe ab eo conſequi rem vnam cum fructibus, ſequitur Cremenſ. ſingul. 169. Catel. Cot. in Memoria. in ver. Procurator emit. Iaſ. in l. 2. §. mutui datio, col. vlt. limit. 25. ff. ſi cer. pet. Ferrat. cautel. 54 Secus ergo ſi fuiſſet dñi ſequuta mora, Afflict. deciſ. 91. Couar. vbi ſupra, quæ opinio communis dici poteſt.

Sed aduertendum eſt, quia contrarium videtur diſponi per l. ſi verò non remunerandi, §. ſi mihi, ff. manda. vbi deciditur quòd Procurator per illam actionem non tantum id quod impēdit, verum & vſuras conſequetur, quæ in caſu iſto non ex mora tantùm admitti debent, ſed iudicis arbitrio, prout ſingulariter diſponit tex. ille. Similis eſt in l. & in contraria, ff. de vſur. volens quòd in contraria negociorū geſtorum actione veniant vſuræ. Quamobrē contrarium ſequuti ſunt Alciat. in d. §. mutui datio, ad fi. atque Moder. Pariſ in tracta de contract. q. 86. nu 656. pro qua ſententia arbitror militare rationem ſupra relatam ad Coſtitutionē hāc.

vnde exiſtimo quòd etſi in caſu iſto nulla adſit mora regularis, ni-
hilominus veniunt vſuræ legis huiuſmodi, & ſic quòd Procura-
tor non teneatur ad fructus perceptos, ſed eo ipſo quòd de ſuo im-
pendit pretium, mandans conſtitutus cenſeatur in mora hac irre-
gulari: quod etiam adiuuari videtur per rationem, de qua in l. ſi. &
nic, & Titium, ff. ſi cert. peta. neque enim conſiderari poteſt in tali
actio. vſura aliqua lucratoria, quãdo nullum interuenit mutuum;
nec mandatarius habuit cauſam vllam, aut propoſitum fœnerandi.
152 †Colligitur ſeptimò ex hac Conſtitutione quòd emptor, etſi ſol
uerit pretium, ſed non in totum, attamen tenetur ad vſuras pro-
portione illa pretij non ſoluti, iuxta fructuum quantitatem. nota-
bilis eſt etiam ad hoc tex. in l. vlt § vlt ff. de fun. dota. de quo tex.
plura memorat Tiraq in 2. lib. retract. ad fi. tit. num. 71. tradit Co-
uar. lib. 3. var. reſol. cap. 4. nu. 6. poſt Modern. Pariſ. de contract. q.
74 nu. 557. Nam pro ea parte pro qua pretium ſoluit, facit fructus
ſuos, tenet Bar. in l fiſtulas. §. qui fundum, ff. de contrahen. empt: &
in l. Iulianus, §. offerri, ff. de actio. empti. Bal. in l. traditio, q xj. C. de
actio. empti. Saly. hic, Areti. conſ. 160. col. 6. in fi. Iaſ. conſi. 117.
col. vlt. lib. j. Ruin. conſi. 144. col. j. in fi. lib. 1. Anton. Gabriel. in 3.
lib. commun. concluſ. tit. de emptio & venditio. concluſ. 3. num. 1.
vbi ampliat, etiam ſi emptor propria autoritate occupauerit bo-
na, poſt Corne. conſi. 150. col. pen. in fi. lib. 4. à ſe relatum.
153 † Colligitur octauò, quòd etſi in hac Conſtitutione exprimatur
de emptore, attamen in conſequentiam intelligitur de venditore,
quia ſunt correlatiui, quo caſu vno expreſſo, alterum in conſequẽ-
tiam intelligitur, l. vlt. ff. de acceptila. l. vlt. vbi Iaſ. C. de indic. vi-
dui tol. Bar. & DD in l. 1. C. de cupreſ. lib. xj. Nicol. Eueran. in tra-
cta. de centum mod. argumen. nu. 76. Et hoc maximè poſtquàm
ratio, propter quam ſancitum eſt hoc in tempore, procedit etiam
in venditore, prout manifeſtè apparet, quo caſu clarum eſt valere
† argumentum à reciprocis, & correlatiuis, prout tradunt Bartol.
154 Bald Angel. Iaſ. in d. l. vlt. Tiraq. in j. lib. retract. §. 9. gl j nu. 4.
† Vnde venditor à die ſolutionis ſibi factæ de pretio, tenebitur
155 ad vſuras rei venditæ, non conſignatæ ad rationem fructuum, quos
emptor percepiſſet, ſi fuiſſet ſibi tradita poſſeſsio. ita videtur tene-
re glo. pen. in l. Lucius Titius, ff. de actio. emp. Bar. in l. vinũ, col. 2.
ff. ſi cer pet. Bald. & Caſtrenſ. hic, idem Caſtrenſ. in l. de diuiſione,
colum. 4. nu. x. ff ſol matr. Socin. conſi. 170. col. pen. lib. 2. ſequitur
Cagnol. hic, nu. 39. etſi confusè admodum explicet. facit l. fructus,
hoc eod. tit. Et hoc, quando venditor eſt in mora irregulari, nam
quando

quando erit conſtitutus in vera mora, tenebitur ad vſuras non ſolum ratione fructuum, ſed intereſſe ipſius emptoris, de quo etiam dicitur infra, quod tamen intereſſe probationibus factis taxabitur arbitrio Iudicis, Menoch. in tract. de arbitra. iudi. lib. 3. Centur. 2. caſu 120.

156 † Vnde colligitur nonò, quòd ſi venditor partem pretij accepiſſet, neque aliter rem tradidiſſet, poteſt emptor reliquum pretij offerens agere ad vſuras ratione fructuum, quos vẽditor percepit pro rata pretij ſoluti, d. l. vlt. ad fi. ff. de fun. dota. Alexand. conſi. 73. colum. 1. lib. 2. Cagnol. hic, nu. 40. Couar. vbi ſupra, nu. 7. illat. 15. Tiraq. in 2. lib. retract. ad fi. tit. nu. 71.

157 † Colligitur decimò per eandem rationem in æquitate fundatã, quòd licèt deciſio huius tex. loquatur de venditione facta, procedet etiam in promiſsione & pacto de vendendo, ſiquidem venditor recipiens pretium, tenebitur cui vendere promiſit ad vſuras prò ratione fructuum, è re ipſa perceptorum à die ſoluti pretij, Socin. in l. ante nuptias, col. j. in fi. ff. ſol. mat. & in d. conſ. 170. col. pe. li. 2. Pariſ. in d. ca. cum venerabilis, col. 8. Cagnol. hic, num. 44. idem Pariſ. conſi. 75. nu. 17. lib. 4. & in conſi. 60. nu. 23. lib. j. Curtius Iunior conſi. 82. col. vlt. ver. confirmantur præmiſſa.

Et licèt contrarium reſponderit Deci. in conſi. 183. col. vlt. ad fi. poſt Alex. in addit. ad Bar. in l. Iulianus. §. offerri, ff. de actio. empt. de quo etiam per Alex. conſi. 73. viſo themate, colum. 1. verſ. nec etiam deberi, lib. 2. repetito in conſi. 121. cum duobus præcedentibus, lib. 4. & alijs, de quibus per Tiraq. in 2. lib. retract. ad fi. tit. nu. 51. moti iſti præcitati DD. quaſi nulla præceſſerit venditio, ſed

158 tantum promiſsio de vendendo. † Et aliud ſit vendere, aliud promittere, de quo glo. & DD. in l. in bonæ fidei, §. ſi tamen, ff. de eo quod cer. lo. Mattheſi. ſing. 46. Tiraq. vbi ſupra, nu. 32. vſque ad nu. 58. & quòd ex promiſsione ipſe venditor non poſsit agere ad pretium, Caſtrenſ. conſi. 93. col. 3. lib. 2. Tiraq. vbi ſupra, nu. 50. Attamen a præcedenti opinione non eſt recedendum, vt per Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 4. nu. 7. illatione 17. & ſequen. Moder. Pariſ. de contract. q. 74 num. 567. Anto. Gabriel. lib. 3. commun. concluſio. tit. de emptio. concluſio. 3. in 2. ampliatione. quaſi in hoc contractu nullum poſsit conſiderari mutuum, & ſic omnis fraus ceſſet, ex quo pretium eſt alienatum, nec poteſt à creditore amplius repeti. Nec obſtat argumentum pro alia opinione adductum, quia contrarium verius exiſtimatur ratione circuitus euitandi, ita Couar. d. illatione 17. & colligi poteſt ex traditis per Tiraq. vbi ſupra,

num.

num.25.vſque ad nu 41. & nu. 60. & in terminis tenet ipſe Tiraq. vbi ſupra, nu.82. Et per prædicta reſoluitur quoque diffuſa, & longè diſputata quæſtio, de qua per Iaſ. in l. ſi ante, vbi Socin. ff. ſolu.mat. Dec.conſ 614.colum.3. Cagnol.in l. 2.q 47.nu.172. C. de pact inter empt.& vendi.

159 † Colligitur vndecimò, deciſionem huius Conſtitutionis admittendam fore, non tantum in emptore & venditore, prout dicitur, ſed etiam in ceſsionario, cui ipſe venditor, vel emptor ceſsiſſet omne ius ſuum: ipſe enim ceſsionarius poterit tunc iure venditoris, vel emptoris agere ad iſtas vſuras recompenſatiuas, Afflict. deci.91. Pariſ.I.C omni officio, vſque ad extremum diem in Chriſtianam Rempubl. functus, in d.c. cum venerabilis, colum. 8. & conſi. 75.nu.17.lib.4. Cagnol. hic, nu 44. Conat. vbi ſupra, illat 19.

Et licèt Anto. de Fano in tracta. de pignori. 5. par. col. pen. videatur tenere contrarium, dum exiſtimauit interuſurium marito vel vxori debitum non poſſe alteri cedi. Nihilominus hæc ſua opinio reprobatur, vt per Cagnol. hic, nu. 19. & in l. vnica, nu. 50. C. de ſenten. quæ pro eo quod inter.

160 † Colligitur duodecimò, quòd huius Conſtitutionis diſpoſitio procedet non ſolum in contractu emptionis & venditionis; ſed etiam in omnibus alijs contractibus correſpectiuis, ex quibus hinc inde reſultat commoditas: nam ille, qui ex parte ſua non adimpleuit, tenebitur non ſolum ad rem ipſam, ſed etiam eius intereſſe, Cagnol. hic, nu.36. Corne.conſi.145.col.2.lib.2. Pariſ d. conſi. 75. num.17 lib 4

161 † Colligitur decimotertiò, ex eadem ratione Cõſtitutionis, quòd venditor nulla facta traditione rei, vel facta adhuc poſsidens, & fructus percipiens, non poterit agere ad vſuras pretij non ſoluti. ita glo.j.hic & in l. Iulianus, §. ex vendito, ff. de actio. empti. Caſtrenſ. hic & in l.2. nu. 2. C. de vſur. vbi tradit, quòd etiam ſi venditor offerat fructus quos percepit, attamen emptor non poteſt cogi ad illos recipiendos, ne teneatur ad uſuras, quaſi non poſsit obijcere culpam emptori, ex qua lucrum ſenſerit, l. cum in fundo, §. quod ſi acciderit, vbi glo. ff. de iu. dot.

Quamobrem ad hoc vt venditor poſsit conſequi pretium cum vſuris, dat cautelam, quòd celebrato contractu ſtatim rem offerat, & pretium petat, nam tunc conſtituet emptorem in vera mora. & licèt poſtea fructus perceperit, attamen offerendo rem venditam cum illis fructibus, poterit agere venditor ad id, quod eius intererit pretium ea die ſolutum non fuiſſe, ſi maior erit æſtimatio eius

quod

quod intereſt, quàm ipſorum fructuum. ſequitur Socin. conſi. 109. col. j. lib j. Cagnol. hic, nu. 50. & ſeq Præterea emptor ex illa mora tenebitur pretium conuentum reddere venditori, & etiam ſi quod lucrum ex ipſo pretio perceperit, licèt illud venditor non percepiſſet, ita Couar poſt Modern. Pariſ vbi ſupra, illat. 14. Sed iſtæ erunt vſuræ potius reſtauratiuæ quàm recompenſatiuæ.

162 † Ex quibus infertur idem dici debere in emptore non ſoluente pretium venditori, quia ipſe non poterit petere rem emptam cum fructibus, offerendo poſtmodum pretium cum vſuris nulla præcedente mora ſcilicet regulari, quia in tali caſu de irregulari non agitur, poſtquàm precium non eſt ſolutum. ita Bald in l. fructus, ad fi. C. eod DD. in l. Iulianus, §. ſi fructibus, ff. de actio. emp Aret. qui dicit communiter receptum in conſi 160. col. 6. verſi. quintum. Et licèt glo. hic & in d § ex vendito, teneat quòd emptor poſſit, quaſi remaneat hoc in electione ipſius, ſequatur Caſtrenſ. hic, & in d. l. 2. & in d §. ex vendito, nume. 4. & Anton. Gabriel. qui dicit hoc communiter teneri poſt Corn à ſe relatum in 3. lib. commun. concluſ. tit. de emptio. concluſ. 4. in ampliatio xi. moti, quia à die celebrati contractus omnes fructus rei venditæ ſpectant ad emptorem, l. fructus, C. eod. tit. ſed quod tunc demum poſſit eos emptor auocare ſi offeratur precium cũ vſuris, atque in his terminis procedat, & intelligatur d. l.

Sed à præcedenti opinione recedendum non eſſe dicit Couar. poſt Modern. Pariſi. neque ad hoc obſtare d. l. fructus, in contrariũ allegatam, cum illa lex intelligatur, & procedat, vt fructus perfecta venditione pertineant ad emptorem, ſcilicet quando fit facta rei traditio habitaque fides de precio, vel poſt moram ipſius venditoris regularem vel irregularem, ita Bald. & Sali. ibi, DD. in d. l. Iulianus, §. ſi fructibus, ff. de actio. empti. Fabian. in tract. de emptio. & venditio. in 6. q. princ. num 22. verſic. circa 5. membrum, Alexand. conſi. 121. nume. 6. lib. 4. Ad hoc igitur ut emptor poſſit conſequi rem cum fructibus, opus eſt eadem cautela tradita ſupra venditori, vt ſcilicet ipſe ſtatim perfecto contractu offerat precium, & petat poſſeſſionem ſibi tradi, quo caſu conſtituet venditorem in vera & regulari mora, propter quam erit in electione ipſius emptoris petere ipſam rem & vſuras, non ſolum ad rationem fructuum perceptorum, ſed etiam ratione eius quod intereſt, veluti ſi pro precio venditori oblato, alteri à quo mutuo acceperat, vſuras præſtiterit, vel alterius intereſſe, quod eſſet maioris æſtimationis, atque in his terminis procedat doctrina Bart. in d. l. Lucius Titius, vbi Salic. &

Caſtrenſ.

Caſtrenſ. ff. de actio. emp. & iſtæ vſuræ erunt hoc modo permiſſæ, Ange Clauaſ. in Sum. ver. vſura, j. § 21. Cagnol hic, num. 38. Couar. vbi ſupra. illud tamen conſiderabis, quod ſi peterentur uſuræ pro quantitate intereſſe, non dicerentur recompenſatiuæ, de quibus in hac l. ſed potius reſtauratiuæ, vt dicitur ſupra. Quod ſecus eſſet ſi venditor vel emptor, non fuiſſent in mora regulari conſtituti, ſed tantum eſſent in mora irregulari, ut quia ſibi fuiſſet ſolutum precium, vel alteri tradita poſſeſſio, quia tunc tam ex parte emptoris, quàm venditoris non venirent vſuræ, niſi ad rationem fructuum ipſius rei, de quo ſupra.

163. † Traditur etiam per hanc Conſtitutionem, quòd filio acceptanti legitimam in quantitate debentur vſuræ, ſeu intereſſe loco fructuum, qui filio deberentur ſi legitimam habuiſſet in prędijs, Alex. conſi. 69. col. vlt. verſ. accedit ad confirmationem, lib. 1. Cacchera. deci. Pedemonta. 143. nu. 3.

SVMMARIVM.

164 *Practica eſt optima legum interpres, & eius laus & utilitas.*
165 *Probandi modus ualorem fructuum, qui percipiuntur è re uendita.*
166 *Precium certum cadit in fructibus.*
167 *Valor fructum & victualium cadit in capite cuiuslibet craſſi hominis.*
168 *Ad æſtimationem quanti plurimi tenetur quis conſtitutus in mora regulari, non autem irregulari.*
169 *Teſtes de valore fructuum deponentes non tenentur reddere cauſam ſui dicti.*
170 *Princeps contrahendo utitur iure priuati.*
171 *Valor plurium annorum probatur facta æſtimatione trium annorum.*
172 *Precium iuſtum rei quale dicatur.*

§. 8.

SVCCESSIVE pro complemento materiæ tractandū eſt unum, quod magis ad praxim ſpectare videtur: verum cum Practica † ſit optima legum interpres, 164 quia vt notabiliter ait Bal. in l. Emilius, col. 8. nu. 11. ff. de minori. in ſcholis leges deglutiuntur, in foro autem digeruntur. & demū cum ipſa utilis, & fructuoſa ſit, multumq; ei tribuatur, de quo per Cagno. in l. 2. in prin. vbi Arri. Pinel. par. 2.

cap. 4.

cap.4. nu. 2. C. de reſcin. vend. ideo non omittendum. Cum ergo iſtæ vſuræ recompenſatiuæ, ut non ſemel dictum fuit, reſtituantur iuxta rationem fructuum perceptorum, & ſoluatur ſecundum eorum æſtimationem. Cumq; petenti vſuras incumbat onus probandi, vt ſupra dicitur. Ideo tradendum erit quonam modo debeat

165 † probari æſtimatio, & valor ipſorum fructuum, qui percepti demonſtrabuntur è re vendita. Et circa probandam ipſorum perceptionem nulla verſatur difficultas; cum ſit facile reperire teſtes deponentes, quanti redditus fuerit ille fundus; & ſi facienda eſſet probatio de fructibus plurium annorum, neque teſtes reperirentur, qui de tot annis poſſent deponere, tunc eſſet articulandus redditus triũ annorum ſucceſſiuè præteritorum. Nam ſecundum quantitatem collectam tribus proximioribus elapſis annis eſſet computatio facienda aliorum fructuum perceptorum. inſignis eſt ad hoc tex. & quæ per eum notantur, in l. quicunque, C. de apoch. pub. lib. xj. & in ſpecie Pinel. vbi ſupra, c. vlt. nu. 30.

166 † Verum quid dicendum de ipſo valore & æſtimatione, quoniam in fructibus; veluti frumento, vino, oleo, & ſimili, cadit precium certum, vt inquit glo. in l. 2. in ver. Iudicis. in fi. C. de reſcin. vendi. Similiter ait Bald. in l. ſolam, nu. 2. ver. quæro nunquid, C. de teſti. quòd fructuum valor, puta frumenti & aliarum victualium, cadit

167 in capite cuiuslibet † craſſi hominis, ſequitur Fely. in cap. cum cauſam, 2. num. 1. de teſti. Ad hoc tamen, vt facilis colligatur probatio tradita, videtur eſſe forma, ut articuletur, & probetur frumentum, & alia victualia pluribus, & pluribus diebus, non vno die, vel momento tanti communiter fuiſſe vendita, vel tanti communiter potuiſſe vendi in loco publico fori, vel mercati, quæ forma videtur eſſe tradita per tex. in ca. j. de empt. & vendi. Barto. in l. ſi ſeruus, ff. de cond. furt. Iaſ. in l. qui Romæ, §. cohæredes, col. pen. nume. 37. ff. de ver. obl. Corſet. in ſingul. in ver. venditio, Afflict. decif. 316. cum alijs, de quibus per Cagnol. in d. l. 2. nu. 250. Plotus in l. ſi quando, §. 4. nu. 68. C. vnde vi. Et aduertendum eſt, quòd ideo in caſu iſto dicitur articulari debere venditionem factam fuiſſe ante, & poſt, per plures, & plures dies, quia poſtquàm agitur de mora irregulari, non credo in hoc caſu defendendam eſſe æſtimationem momentaneam quanti plurimi, vt puta, ſi victualia vel annona vno

168 die, vel paruo tempore fuit cara. † Quod ſecus eſſet, ſi ageretur de vera & regulari mora, quia tunc emptor teneretur ad vſuras ſecundum valorem fructuum quanti plurimi à tempore moræ, etiam ſi penuria momentanea fuiſſet, & paruo tempore duraſſet, Alexan.

in

in l. precia rerum in fi. poſt Comenſ. ff. ad leg. Falci. Iaſ in l. vinum, in vlt. notab ff. ſi cer. pet. Fely. in ca. ſedes, col. 2. de reſcrip. Vincent. Hercul. in d. l. precia rerum, col. vlt. Cur. Iun. in l. vni. col. 17. C. de ſenten. quæ pro eo quod inter. Et demum hæc opinio eſt communiter recepta, vt per Cagnol. in d. l. 2. nu. 251. quicquid tenuerit Deci. in d. l. vinum, in ĵ. notab. nu. 4 vbi poſt Imo. & Chriſtoph. de Caſtellio. in d. l. precia rerũ, opinatus fuit, quod vetus moroſus non teneatur ad quanti plurimi, ſed communem æſtimationem iuxta d. l. precia rerum, quod eſt falſum, vt per Plotum in d. l. ſi quando, §. 4. nu. 69. in quo loco cumulat, quando debitor non teneatur ad intereſſe, & precium quanti plurimi.

Similiter aduertendum eſt, quia ſupradicta ſunt tradita, non q̃ inductum & neceſſarium ſit pro forma articulare & probare valorem ex loco publico fori, vel mercati, prout nonnulli putarunt: ſed vt facilior & clarior appareat probatio ex eo, quia vt plurimum, & à communiter accidentibus, huiuſmodi annona & victualia in loco publico fori, vel mercati ſolent vendi. Vnde crediderim validam eſſe probationem, licet articuletur quòd in domibus priuatorum fuerit vendita, dummodo tamen hoc proceſſerit communi æſtimatione, iuxta d. l. precia rerum, & l. vlt. in fi. C. de admi. tuto. patet, quia poſſunt eſſe plura loca, in quibus non fiat mercatum, nec publicus habeatur locus, & tamen ibi ſit victualibus communis valor.

Similiter poteſt eſſe, quòd in aliquo loco annona ſoleat vendi communi æſtimatione in domibus priuatorum, & quòd ſupradicta non ſint inducta pro forma, tenuit Cagnol. in d. l. 2, num. 252. Pinel ibi, cap. vlt. nu. 17.

169 †Neque teſtes de huiuſmodi valore deponentes tenentur reddere cauſam ſui dicti, ſi de hoc interrogentur, Fely. in d. ca. cum cauſam, poſt Bald. in d. l. ſolam, Pinel. vbi ſupra, nu. xj. Si autem à Principe, vel à Republ. erit frumento, vel alijs victualibus ſtatutum certum precium, prout communiter fieri aſſolet, in tali caſu non erit neceſſe capitulare ſuperius tradita, quia illud cenſetur iuſtum rei precium, Cagnol. poſt Cæpol. in d. l. 2. nu. 269. & ibi Cremenſ. num. 273. Pinel, cap. vlt. num. 35. Couar. lib. 3. var. reſol. ca. 1. nu. 7 facit l. 1. § cura carnis, vbi Bart. ff. de offi. præf. vrb. Alberi. in 1. par. ſtatuto q. 69. Areti. in § pen. Inſti. de pub. iudi. Ioan. Gerſon in tracta. de contract. in 2. quaterna.

Neq; per iſta credas præfinitũ eſſe iuſtũ rei preciũ, & illud attendi debere, quando Princeps vendit, vel alium contractũ ſimpliciter facit,

170 facit, quia tunc ſegerit vt priuata perſona, † & in eo vtitur iure priuati, Dec. in c. j. col. 7. de probatio. Secus tamen quando venderet, vel alium contractum faceret ea intentione, vt eſſet lex, quia in tali caſu deberet attendi illud precium taxatum propter voluntatem Principis, de qua conſtat, ita Alex. in l. Ciuitas, col. vlt. ff ſi cer. pet. Deci. in Rub. de reſcript. col. j. & hoc modo debent intelligi tradita per DD. dum dicunt contractum Principis, vel alterius retinentis eius iura, pro lege haberi, de quo per Iaſ. poſt alios, in d. l. Ciuitas, col. 2. Afflict. deciſ. 689. ad fi. Areti. conſi. 153. nu. 1. Curt. Iun. conſi. 174. nu. 19.

171 † Sed quid ſi eſſet probandus valor plurium annorum, tunc probata æſtimatione trium annorum proximè elapſorum, cenſebitur & in reliquis facta probatio, quia æſtimatio reliquorum debet cõputari ſecundum valorem extortum in illis tribus proximioribus annis, quod in praxi obſeruatum vidiſſe teſtatur Afflict. lib. 2. feudo. tit per quos fiat inueſtitura, §. ſed res, nu. 40. Pincl. vbi ſupra, nume. 30. facit l quicunque, ſuperius citata.

172 † In ſtatuendo autem iuſto rei precio, quæ debeant concurrere, & quale dicatur iuſtum precium, tradit Domin. Soto lib. 6 de iuſt. & iu. q 2. art. 3.

De probatione autem facienda circa æſtimationem, & valorem rei immobilis, diffusè referam in l. 2. C. de pact. inter emp. & vendi. cuius veſtigia mox ideo calcanda duxi, cum ſit certa ſedes pacti reſolutiui. Siquidem pernicioſi improbiq; homines, vtplurimum vtuntur iſtis contractibus emptionum conditionalium tanquam latebris, & anfractibus quibuſdam ad refugiendas celandaſque vſuras, vt dicebat Hoſtienſ. in ca. ad noſtram, de emptio. & vendi. pro quibus inſidijs detegendis aggrediar d. l. 2. omiſſa pacti reſolutiui explicatione, velut ab intentione, & propoſito noſtro aliena, de qua habetur ibi per DD. & plures alios Repetentes, qui ſuper ea lege ſcripſerè, veluti Gozadinus, Cagnolus, Bolognettus, nec non Franciſcus Zoannettus recens Scriptor, de qua etiã Andre. Tiraq. confecit tum copioſum, tum elegantem Tractatum, quem Retractum conuentionalem nuncupauit.

Commentarij Primi Finis.

IOAN.

IO. BAPTISTAE LVPI GEMINIANI I. C. CLARISSIMI

De Vſuris & Commercijs illicitis,

COMMENTARIVS SECVNDVS

In l. 2. C. de pact. inter empt. & vend.

SVMMARIVM.

1 *Alexander Mammæ A. & eius vita.*

2 *Pactum addictionis in diem, & eius natura.*

3 *Pactum l. commiſſoria, & eius diffinitio.*

4 *Pactum de retrouendendo dupliciter conſideratur.*

5 *Pactum addictionis in diem, & l. commiſſoria, in quo differant à pacto de retrouendendo.*

6 *In pacto l. commiſſoria, & addictionis in diem, eueniente caſu ſtatim dominium transfertur in uenditorem abſque noua traditione, & qualiter intelligitur.*

7 *In pacto de reuendendo, illo reſoluto in uenditorē dominium non transfertur, ſed traditione opus eſt, quando verbis obliquis ſit conceptum.*

8 *Sed quid ſi eſſet conceptum uerbis directis.*

9 *Dominium ſi non transfertur in uenditorem abſque noua traditione, reſoluto pacto de retrouendendo nunquid de directo intelligitur, an de vtili.*

10 *Emptor cum pacto l. commiſſoriæ, & addictionis in diem, facta reſolutione contractus tenetur fructus reſtituere, ſecus in emptore cum pacto de reuendendo, & ratio.*

11 *Fructuum acquiſitio non procedit ſecundum naturam pactorum, ſed cauſatur à ſolutione precij.*

12 *Pactum*

12 *Pactum de retrouendendo de omni iure licitum in contractu emptionis. idem nu. 25.*

13 *Pactum l. commiſſoriæ in pignore reprobatur.*

14 *Pactum l. commiſſoriæ in pignore iuramento non firmatur.*

15 *Pactum l. commiſſoriæ in pignore non firmatur conſuetudine.*

16 *Pactum l. commiſſoriæ in contractu emptionis admittitur.*

17 *Pactum l. commiſſoriæ in contractu pignoris inter debitorem, & fideiuſſorem reprobatur.*

18 *Pactum l. commiſſoriæ etiam ex interuallo initum, nihil prodeſt creditori etiam quò ad retinendam rem, & excipiendum aduerſus debitorem.*

19 *Pactum l. commiſſoriæ factum in fauorem mulieris pro ſua dote, non ualet.*

20 *Pactum l. commiſſoriæ, ut ſi debitum infra certum tempus non fuerit ſolutum, tunc res debitoris, quæ non fuit data in pignus, ſit creditori pro debita quantitate empta, non ualet.*

21 *Pactum l. commiſſoriæ ad hoc ut ualeat in pignore, debet fieri conuentio ut res maneat iuſto precio empta.*

22 *Pactum l. commiſſoriæ, ne debitor luere poſſit niſi poſt triginta annos, reprobatur.*

23 *Damnatur glo. in l. qui Romæ, in prin. uer. obtulerit. ff. de verb. obl. cum traditionibus DD. ibi.*

24 *Pactum de reuendendo dupliciter à DD. conſideratur, & malè.*

26 *Emptor cum pacto de reuendendo facit fructus ſuos etiam ſi pactum ſit collatum in voluntatem emptoris.*

Præfatio.

ALEXANDER A. ut relatum eſt nobis in l. 2. ſub titulo de pact. inter empt. & vendit. Cod. Cariſio ita reſcripſit,

Si fundum parentes tui ea lege uendiderunt, ut ſiue ipſi, ſiue hæredes eorum, emptori precium quãdocunque, uel intra certa tempora obtuliſſent, reſtitueretur, teque parato ſatiſfacere conditioni dictæ, hæres emptoris non paret, ut contractus fides ſeruetur, actio præſcriptis uerbis, vel ex uendito tibi dabitur habita ratione eorum, quæ poſt oblatam ex pacto quantitatem ex eo fundo ad aduerſarium peruenerunt.

1 † Hactenus bona conſtitutio, quam promulgaſſe indicatur nobis Alexander, xxv. Imperator in ordine, optimus quidem, & Reip. neceſſarius, qui ſanctitate uitę omnibus Principibus antecelluit, & ſub quo parum abfuit, quin Chriſti liberatoris noſtri uerum numen atque religio à cuncto S. P. Q. R. exciperetur: vnde ipſe per omnes vitæ gradus ſummè extitit laudatus, in quo meruit plurimos, & illos quidem grauiſsimos Scriptores, qui omnes eius res geſtas maxima diligentia in literas miſerunt, quorum præcipuè apud nos hodie reperiuntur ſcripta Herodiani, nec nō Aelij Lampridij, quos tantum referre ſatius eſſe ducerem, quàm aliud explicare. uerum quia hic video aliqua de eo deſiderari, ideo huiuſmodi uitæ ſuæ elegium ſtatui apponere. Alexander ergo Mammæe cognomento Seuerus vrbe Arcena apud Syriam genitus, Varij filius, & ſi magis incerto patre referatur, quando Mœſa, ſeu Varia eius auia illum atque Heliogabalum conſobrinū fuiſſe filios Antonini Baſſiani Caracallæ ſtudebat perſuadere. ipſa namque alioquin prouida, claraque mulier ab Emeſſa Phænicię vrbe orta, ſoror fuerat Iuliæ Seueri coniugis atque Antonini Baſsiani matris, ea uiuente ſorore multos annos in aula Imperatoria vixerat Seuero, & Antonino AA. qua de cauſa abundabat grandi pecunia, vt pote longisſimo tempore inter principalem potentiam enutritam. Erant ei filiæ duæ, quarum natu maior Sæonis, vel Semiamira, minor Mammæa vocabatur, illi filius Heliogabalus, huic Alexander, amboque ſub matribus, auiaque educabantur Sacerdotes Solis effecti. Et quoniam ipſos in ſummum rei faſtigium ponere ſtudebat mulier, filios vtique Antonini ſimulabat, quamuis alterius putarentur, quippe cum ſuis natabus adoleſcentulis adhuc, & formoſis rem habuiſſe dicebat quo tempore ipſa in palatio ſimul cum ſorore agitabat, & hoc quò illi magis magiſque à militibus diligerentur. Antonini enim nomen vſque adeo charum videbat eſſe, vt etiam parricida Basſianus cauſa nominis amaretur, id quod contigit ex animi ſui ſententia: ſi quidem interempto Opilio Macrino, Principe alioquin vitiorum omnium S. P. Q. R. Heliogabalum à militibus electum A fecit, pariterque & Alexandrum, C. dixit, quem dum Heliogabalus A. ſuis illis inſtitutis imbuere volebat, Mammœa tamen ab omni illa fœditate vindicabat ſummis clam Doctoribus omnium diſciplinarum modeſtiamque edocens, ſimul, ac paleſtra virilibusque gymnaſijs inſuefaciens, Græcis eum pariter & Latinis literis inſtituens, qui ita modeſtè, & continenter educatus, & Senatui, & equeſtri ordini acceptus, cunctis hominibus amabilis euaſerat, quātum

Helioga-

Heliogabalus vita, moribus odibilis. Imperium nãque ipſe dedecorauerat vitijs ingentibus, luxuria, turpitudine, omniq́ue obſcænitatis genere etiam dictu pudendæ, nec non ventre abliguritione, ſuperbia, immanitate, qui & ipſe ſimilem exitum vitæ ſuæ ſortitus eſt, ſiquidem milites cum iam pœnituiſſet A. fuiſſe conſalutatum, illum fœdiſsimè occiderunt: nam ſolus omnium Principum tractus legitur in cloacam miſſus, & in Tyberim præcipitatus, eraſoq; ab eo inſigni nomine Antonini appellatus fuit poſt mortem Varius Heliogabalus Tyberinus Tractitius, & impurus. quamobrem vnanimes in Alexandrum inclinauere omnes, cui Imperium à Senatu ſimul ac cum omnibus honoribus fuit præcipitanter delatum anno ab vrbe condita 975. à Chriſti verò liberatoris noſtri ortu 233. Maximo, & Aeliano Coſſ. in quo fuit primus omnium, qui cuncta inſignia, & honorificentiæ genera ſimul eodem die receperit, atq; hæc parua fuiſſent niſi quod exhibuit ſe dignum: retinuit nanque expectationem, atque rumorem illum, qui nouis poſt Tyrannos ſolet donari Principibus, qui niſi ex ſummis virtutibus non permanet, & quem multi mediocres Principes amiſerunt, quod tamẽ mirum videtur, & ſumma cum laude matris atque auiæ dici oportet, quando ipſe initio ob eius adoleſcentia nomen inſigniaq́ue gerebat Imperij. cæterum negociorum adminiſtratio, ac Principatus gubernacula mulieribus incumbebant omnia transferre ad modeſtiam grauitatemq́ue conantibus, quippe remotis primum à Rep. & à miniſterijs, atque muneribus omnibus iudicibus, quos impurus ille Heliogabalus ex genere hominum turpiſsimo prouexerat, nec non purgato Senatu, equeſtri ordine Tribubus militarib. prærogatiuis ſimul cum palatio ſuo comitatuq́ue omni, & abiectis ex aulico miniſterio cunctis obſcœnis, & infamibus, ſexdecim Senatorij ordinis viros ætatis grauitate, vitæq́ue ſanctimonia præcellentes Aſſeſſores Principis, & Cõſiliarios delegerunt, nihilq́; aut dicebatur, aut agebatur, niſi illorum accedẽte ſuffragio: res autem cunctas atque adminiſtrationes, ciuiles quidem & forenſes inſignibus doctrina viris legumq́ue peritiſsimis, militares autem claris bellica virtute hominibus commendarunt. Quamobrem grata populo, militibusq́ue ac Senatui, præterea forma Principatus erat ex contumelioſiſsima tyrannide ad optimatium gubernationem redacta; accedebat ſumma ciuilitas Alexandri, quãdo ſe non vti Principem; ſed priuatum haberi iubebat, quod imperij poteſtatem ſecuriorem atque amabiliorem valet efficere: ſuberat ei namque ſua pte natura mite, manſuetumq́ue ingenium, propenſumq́; ad huG 2 manita-

manitatem à cædibus & à crudelitate abhorrens, vnde pace magis quàm bello clarus euaſit, quādo illam potius emercari, quàm præliari contenderet, & auro magis quàm armis ſeditiones atque tumultus componere, quæ tamen omnia ſegnitie atqui timidati potius incœperunt ſibi tribui à quibuſdam latrocinantium militibus illum vulgò obtrectantibus, quòd ſub matris autoritate eſſet, nihilque non ex arbitrio conſilioque illius adminiſtraret. Ex quo ipſi ſuapte natura ad res nouandas pariterque ad lucrum proni Principatumque illum tam optimè inſtitutum grauati Alexandrum Imperatorem alioquin pium ſanctumque vnà cum matre amiciſque, & honoratiſſ. quoque obtruncarunt, A. vocantem Maximinum illum Tyrannum atque immanem belluam, & monſtrum. ita erant effecta militum corrupta iudicia, vt poteamare in Principe rapinas, ſtupra, neces, incendia, atque omne genus ſæuitiæ, & illud quidem efficere, vt quàm primum venale poſſent Imperium proponere. Dum ergo eſſet Alexander ætatis ſuæ annorum xxix. Menſ. 3. D. VII. Imperij verò annorum 13 hunc finem vitæ habuit cum cto S. P. Q. R. moleſtum atque grauiſsimum: verum ex animi ſui ſententia, quando ipſe mortem repentinam inopinatamq; propriam eſſe Imperatorum, & inſignium virorum oſtendebat, exemplo Alexandri, cuius nomen retinebat, nec non Pompeij, Cæſaris, aliorumque hæroum, quibus celeris ſubitaque mors obtigerat. Gubernatio imperij ipſius talis fuit, vt niſi eius mater alioquin optima, atque ſapientiſsima, illud auaritia ac ſordibus infamaſſet, nihil planè in eo deſiderari potuiſſet mulier enim pecunias congerere, atque theſauros præter fœmineum modum tradebatur conſeruare, quod ſibi filioque necem creditum fuit paraſſe, ut ex hoc uerè dici poſsit, nihil eſſe in eo, qui imperat, auaritia deteſtabilius. fœdum quippe crimen eſt, & parens omnium malorum: contra verò liberalitas ea eſt, quæ Imperium ſecurè propagat ſummè nihilominus atque præ cæteris optimis Imperatoribus laudatum extat Imperium Alexandri, licèt adoleſcentis, Syri & alienigenæ, nec non ſub mulierum autoritate atque conſilio: haud enim aliter poterat fieri, quando ipſe ſuapte natura bonus, mater alioquin prudentiſsima amicos atque familiares ſanctos ac venerabiles dicebantur habere, non malitioſos, non furaces, non factioſos, non ad malum conſentientes, non bonorum inimicos, non libidinoſos, non crudeles, non circunuentores ſui, non irriſores, non qui illum quaſi fatuum circunducerent, ſed continentes, religioſos, amantes Principis ſui, & qui de illis nec ipſi riderent, nec riſui eſſe vellēt, qui nihil ven-

vendérent, nihil mentirentur, nihil fingerent, nunquam deciperent eius exiſtimationem. Atqui viri in eius conſilio atque adminiſtratione? Domitius, Vlpianus, Iulius, Paulus, Pomponius, Alphenus, Africanus, Florentinus, Martianus, Calliſtratus, Hermogenes, Venuleius, Triphonius Metianus, Celſus, Proculus, Modeſtinus, totaque ſchola ſplendidisſimi Aemilij Papiniani, I.C. quorum conſilia atque ingenia optimum efficere valuiſſent regimen cuiuſlibet Imperatoris quantum uis improbisſimi. quinimò eorum ſcriptis atque reſponſis regitur hodie quilibet Princeps & Reſp benè inſtituta, & ſine quibus hæc noſtra iuris ſcientia haud facilè ſubſiſteret. atqui ex hoc mirari non debemus, quãdo ſub Alexandri nomine legantur editæ tot ſanctisſimæ leges atque optimæ conſtitutiones, prout iſthæc fuit, quam modo ſumpſi: pro cuius, nec non materiæ noſtræ perfecta intelligentia præfari oportet in contractibus emptionum, & venditionum ad eorum reſolutionem adijci poſſe non nulla pacta inter ſe uaria & diuerſa, videlicet pactum addictionis in diem, legis commiſſoriæ, & pactum tendens ad reſolutionem contractus, vulgò de retrouendendo nuncupatum. Pacta autem addictionis in diem, & legis commiſſoriæ antiquitus apud Iuriſconſultos erant in frequenti vſu, ideo non mirum ſi de eis legislator ſpecialem quandam curam habuit, poſtquam illis titulos peculiares, priuatos, & ſpeciales aſsignauit, videlicet de in diem.

2 addictione, & de lege commiſſoria, † & pactum addictionis in diem diffinitur, & deſcribitur per Paulum I.C. in l.1.ff de in di. addictio. Veluti ſi conuentum ſit, vt fundus ſit inemptus, puta pro 100. niſi quis infra Cal. Ian. proximas meliorem conditionem fece-

3 rit quo res à domino abeat. † Sed exemplum l. commiſſoriæ eſt, quando creditor ita cauit, ut ſi ad diem pecunia ſoluta non fuerit, fundus ſit emptus, de quo per Pomponium I.C. in l.2.ff. de le. commiſ. Et ſic proprium iſtius pacti eſt, ut res cadat in commiſſum debito ad diem præfinitum non ſoluto; & dicitur lex commiſſoria ad ſimilitudinem commiſſorum emphyteuticorum, & publicanorũ, quorum meminit l.2.C. de iu. emphyt. l. commiſſa, ff. de publica. & vectiga.

4 † Illud uerò pactum tendens ad reſolutionem contractus, quod vulgò de retrouendendo dicitur, poteſt conſiderari duobus modis, altero quando confertur in voluntatem emptoris, prout eſt quando conuentum ſit, vt ſi infra certum tempus, vel quandocunque diſplicuerit emptori venditor reſtituta re teneatur reddere precium, de quo loquitur tex. in cap. illo vos, de pignori. Altero verò, quan-

do collatum eſt in facultatem venditoris, prout fit dum inita eſt pactio, vt ſi venditori diſplicuerit cōtractus intra certa tempora, vel quandocunque, emptor reſtituto precio rem teneatur reddere, & de hoc habetur in iſta Conſtitutione, & tradit Imo. in d.c. illo vos, nu.14. verſ. ſed dicebam. Quod pactum ita conſideratum, fuit hodie receptum in multo frequentiori crebrioríque vſu alijs ſupradictis. Vnde huius frequentiæ cauſa ſpeciali quodam Tractatu hoc erit à nobis decorandum, arg. l. iuſto, in princ. ff. de vſuca. quem tex. in hoc expendit Imo. in d. ca. illo vos, nu.14. licèt à nullo, quem viderit, in id expenſum dicat Tiraq in 2. lib. retract. §.1. glo.7. nume.8. Quid autē inter ſe differant pactum addictionis in diem, & legis cōmiſſoriæ, apparet ex forma dictorum pactorum. & quia non eſt materia noſtra, ideo omittam, & uideri poterit in præcitatis Titulis.

5 † Sed congruum & melius eſt videre in quo ipſa differri dicantur ab iſto pacto de retrouendendo. Et in ſpecie ponitur hæc differentia, quia per pactum leg. commiſſoriæ, & addictionis in diem, eueniente caſu. quo melior cōditio fuerit allata, vel pecunia ad diē
6 non fuerit ſoluta, † ſtatim transfertur dominium in venditorē abſq; noua traditione, l ſiquis hac, in princ. ff. de rei vendi. l. vlt. ff. de le. commiſſ. l commiſſoriæ, in fi eod. titu. glo. communiter recepta in l. traditionibus, ver. non nudis. C de pact Bart. in l. diē, vbi Caſtrenſ. quam legit cum l. in concedendo, nu.4. ff. de aqua plu. arcen. Dec. conſi.187. nu.4. Tiraq. in 2. lib. retract. §.1. glo.7. nume.3. cum alijs, de quibus per Couar. lib.3 var. reſol cap.8. num.1. vbi ampliat procedere non ſolum ſi illa pacta fuerint concepta proprijs & formalibus verbis de quibus ſupra, ſed etiam ſi fuerint expreſſa per æquipollentia, quæ tamen importent contractus reſolutionem directò, & ipſo iure, de quibus vltra exempla per eum tradita uide omnium latiſſimè Tiraq. in l ſi unquam, ver. reuertatur, C. de reuo. dona. Et hoc ſi ſtatim & incontinenti fuerint illa pacta adiecta in ipſo contractu, ſecus autem ſi ex interuallo, quia tunc non transfertur dominium in venditorem abſque noua traditione, glo. in l. ab emptione, verſ. cogaris, vbi Iaſ. col 3. poſt Fulg. Ange. & Caſtrenſ. ibi, ff. de pac Dec. poſt Bald. in d l. traditionibus, num.13. Alex. poſt Areti. in l. qui abſenti, § j col.2. ff. de acq poſ. cum multis, de quibus per Tiraq. & Couar. vbi ſupra.

Aliter etiam intelligitur, dummodo illa pacta concipiantur verbis directis: ſecus autem ſi fuerint expreſſa per verba obliqua, vel etiā dubia, prout eſt verbum, reuertatur, redeat, pertineat, & ſimil. quia tunc non transfertur dominium ipſo iure abſque noua traditione

tione, l. 3. in tit. hoc glo in l. 1. verſi. mortis cauſa, in fi. vbi Bart. Caſt. & alij, ff. de donat. Iaſ. poſt alios in l. ab emptione, ff. de pact. Alex. conſi. 10. colum. 3. verſic. 4. quoque videmus, lib 1. & in l. Pomponius, §. præterea, colum. 3 verſic. ſi uis defendere, ff. de acq poſſeſ. cum alijs, de quibus per Tiraq & Coua. vbi ſupra, qui negat ſupra dicta in pacto addictionis in diem, per quod dominium ipſo iure, & abſque alia traditione transferri putat, licèt fuerit probatum per verba aliqua. mouetur per d l. ſi quis hac, vbi Vlpianus ita reſpondit, videlicet. *Si quis hac lege emerit, vt ſi alius meliorem conditionem attulerit, recedatur ab emptione, poſt allatam conditionem, iam non poteſt in rem actione uti. Sed & ſi cui in diem addictus ſit fundus, antequàm addictio ſacta ſit, uti in rem actione poteſt, poſtea non poterit.* Hactenus I. C. per quæ verba Couar. notat fuiſſe ibi pactum addictionis in diem conceptum verbis obliquis, nempe recedatur. quod cenſetur obliquum, vt ibi per Bar. & Saly. in d. l. traditionibus, vbi Claud. Seiſel col. 2. & tamen deciditur per I. C post allatam conditionem & addictionem factam, emptorem non poſſe vti rei vendicatione, & per conſequens denotatur dominium fuiſſe tranſlatum in primum venditorem, & ſecundum eum nulla eſt differentia inter primam & ſecundam partem reſponſi, niſi quòd in prima nulla dies adiecta fuit pacto, ſecus in ſecunda, & per ipſa reuocat interpretationem Bar. in d. l. dum ipſe intelligebat, ideo ibi emptori denegari actionem rei vendicationis, non quia dominium fuiſſet translatum in venditorem, ſed quia ipſe emptor volebat agere contra venditorem, vel habentem cauſam ab eo, vnde repelleretur exceptione pacti, quod commentum Bart. diuinationem, & nimiam reſtrictionem tex. cõtinet, cum reſponſum I. C. ſit generale, & indefinitum, vt apparet. Quæ impugnatio Bar. licèt vera ſit, nihilominus apud me remanet dubium, nec difficultas mihi aliter videtur reſoluta per Couar. quia primum reſponſum præcitatæ l ſatis diſtat à ſecundo: in primo enim ponitur exemplum leg. cõmiſſoriæ, in ſecundo addictionis in diem, & tamen in vtroque poſt eorum reſolutionem I. C. indifferenter denegat rei vendicationem, vt expreſſè deciditur per illum tex. ergo ex hac inductione ſequetur periclitari opinionem Couar. dum per eam leg. ſibi perſuadebat ſuprad. cõmunem opinionem non procedere in hoc pacto addictionis in diẽ, quod ſecundum eum etſi concipiatur verbis obliquis, nihilominus allata meliori conditione putat dominium transferri in primum venditorem abſque noua traditione, quod per illum tex. dicendum quoque eſſet in pacto leg. commiſſoriæ, prout inducitur.

Vnde apparet ſententiam illam Couar. non probari, neque in hoc veram eſſe differentiam inter pactũ additionis in diem, & leg. commiſſoriæ. Ex quibus reſultat opinionem communem ſupra poſitã reddi ſatis dubiam, non dico in pacto additionis in diem, vt Couar. exiſtimat, ſed indiſtinctè. Verum illa retenta durum quippe eſſet ab ea recedere, dicas quòd etſi in eo tex. pacta illa ſint concepta per verbum, recedatur, quòd obliquam ſignificationem continere poteſt, vt ſupra dicitur: attamen retinendum eſt in illo tex. importare reſolutionem directi, & ipſo iure, in quam ſignificationem accepit ibi I. C. & communiter Doctores dum illã l. citant ad probandam communem ſententiam. neque hæc interpretatio erit contra proprietatem ipſius verbi, quia cum illud commune ſit, poterit & obliquum, & directum ſenſum denotare, quemadmodum hoc plenè colliges ex traditis per Tiraq. in d. l. ſi vnquam, ver. reuertatur, nu. 5. & 145.

7 † Aliud verò eſt in hoc pacto de reuerendo iuxta communem formulam concepto, cum ſit obliquum, meritò illo reſoluto, in venditorem non transfertur dominium ipſo iure, ſed traditione opus eſt, Bar. in l. ſi prædium, per illum tex. C. de ædil. actio. & in l. 1. nu. 10. ff. de donatio. Iaſ. in d. l. ab emptione, colum. 4. Alc. conſ. 10. num. 5. lib. 1. Imo. in d. ca. illo vos, num. 14. Carol. Ruin. conſ. 32. nu. 15. & nu. 26. lib 1. Et ſanè frequentiori DD. calculo receptum eſt in pacto reuerendi non transferri dominium ipſo iure, ſed traditione opus eſſe, quando illud verbis obliquis ſit conceptũ, prout regulariter concipitur, de quo latè Tiraq. in 2. lib. Ret. §. 1. glo. 7. nu. 12. Couar. vbi ſupra, nu. 2. allegatur ad hoc iſte tex. in quo colligitur venditori ex pacto de reuendendo actionem perſonalem competere. Vnde reſultat, in eum non fuiſſe tranſlatum dominium, cũ nemo actione perſonali agat ad rem propriam conſequendam, niſi cõdictione furtiua contra furem, l. vlt. in fi. ff. vſufr. quemadmo. caue. §. ſic itaque, Inſti. de actio.

8 † Sed dubium erit, ſi pactio illa reuendendi erit concepta verbis directis, nunquid facta reſtitutione precij, vel eius oblatione reſoluatur contractus, tranſeatque dominium in venditorem ipſo iure abſque alia traditione? & quidam ex præcitatis DD. retinebant ſpeciale illud eſſe in pacto additionis in diem, & leg. commiſſoriæ, vt ex verbis directis in illis appoſitis tranſeat dominium ipſo iure, neque hoc procedere in cæteris, de quo per Bar. & Saly. in d. l. ſi prædium. Imo. in d. ca. illo vos, Alex. d. conſ. 10. Iaſ. in d. l. ab emptione. quibus adde Bald. conſ. 482. Magnif. col. 2. ver. hic primum quæritur,

ritur,lib. 1. Angel.in d.l.ſi quis hac,in princ.ff.de rei vend. Are.in l. qui abſenti,§. 1.col ult.ff.de acq.poſ. & cõſi.35.viſo themate,col. 2. Corne.conſi. 96. videtur in hac, col vlt lib. 1.Cardin.Alexan.in ca. verum,col.5.ver. item pro hac, de condi. appo. Deci.in d. l. traditionibus, col.pen. verſ. ſecunda concluſio, & conſi. 300. viſa petitione,col.2 verſ.vlterius,& ſecundò.

Sed contrarium verius eſt,& magis communiter receptũ,prout tenet Caſtrenſ.in l.ſi ante, hoc eo.tit.& in d. l. qui abſenti, §. 1. vbi Alex.nu.7.idem Alex.in l.ſi ita quis,§.ea lege,nu.5.ff. de verb.oblig. Bal.in l. ea lege, nu.7.vbi Saly.in 2. & vlt.opinio.C.de cõdi.ob cau. Rube.conſi.146.col. 3.Deci.conſi.187.nu.4.Iaſ.conſ.211.num. 2. lib.2.& conſi. 128. nu.4.lib.4.Boeri.deciſio.182.nu.19. cum multis,de quibus per Tiraq. vbi ſupra,nu. 15.Couar.num.2.Vt ex hoc colligere poſsis in nihilum differre pacta huiuſcemodi.

9 † Stante ergo quòd per pactum reuendendi verbis obliquis, & iuxta communem formulam conceptum in venditorem non tranſferatur dominiũ ipſo iure, prout ſupra firmatur,eſt acris diſſenſio inter DD. nunquid intelligatur de directo dominio tantum, an et de eo quod vtile vocant? & quidam opinati ſunt, reſoluto contractu neque directum, neque illud vtile transferri abſque traditione, in quam ſententiam iuit Alex.in d.conſi.16.Cur.Sen.conſi. 12. Iaſ. in d.l. ab emptione, nu.8.Cagnol hic.nu.82.Crauet.conſ.12.nu.7. mouentur per eos.

Sed quàmplures voluerunt, quòd per huiuſmodi pactum quantumuis verbis obliquis, & iuxta communem formulam conceptũ in venditorem transferatur illud vtile dominium, & vtilis in rem actio abſque traditione, Caſtrenſ.in l.ſi cùm vẽderet, per illum tex. ff de pignor.actio. Anani in c.conqueſtus,de vſur.col.3. Ang. Areti.in §. item ſi,col.22.verſ.& per iſta iura,Inſti. de except. Socin. cõſil.80.col.1.lib.3. Antõ.Burgen. in cap.ad noſtram, nu. 60. de emptio.& vendi.Deci.conſi.614.nu.4.Rube.conſi.58. colum 2. Maſſuer.in praxi,tit. de Retrac. Roggeri. à Mota in d. l. traditionibus, nu.54.vbi atteſtatur hanc opinionem magis communiter receptã, & in Prætorio Pariſienſ.de conſuetudine ſeruari aſſerit Caſſan conſi 33.col.3.idem & in Ducatu Sabaudiæ,Cagnol.hic,nu. 84. illam & apud Pictones in vſu fuiſſe receptam, dicit Tiraq. in 2. lib. Ret. §.3.glo.1.in prin. & latius tradit de hoc in d. §. 1. glo.7.nu.7.ſequitur Couar.vbi ſupra,nu.3.

10 † Aliam differentiam video tradi inter pactum addictionis in diem,leg.commiſſoriȩ,& pactum tendens ad reſolutionem contra-

ctus,

ctus, prout eſt iſtud reuendendi, nam emptor cum iſto pacto ad-
dictionis in diem, & l. commiſſoriæ facta reſolutione contractus te-
netur fructus per eum perceptos reſtituere, & de pacto additio-
nis in diem habetur in l. item quod dictum, ff eo. tit. de illo verò l.
commiſſoriæ, cauetur per tex in l lege fundo, ff e. tit. Secus verò eſt
in emptore cum iſto pacto reuendendi, quia facta reuenditione nó
tenetur fructus per eum perceptos reſtituere, prout ad hanc l. infe-
rius adnotatur. Rationem differentiæ dicit eſſe Imo. in d. cap. illo
uos, nu. 14 ex eo, quia per illa duo pacta dominium ipſo iure tranſ-
fertur in venditorem abſque alia traditione, vt dictum eſt, & habe-
tur perinde ac ſi res non fuiſſet vendita, quo caſu nulli dubium eſt,
quòd fructus ſpectaſſent ad venditorem. Sed per pactum reuen-
dendi quantumuis directis verbis conceptum, non reſoluitur con-
tractus ipſo iure, ſed noua traditione opus eſt: unde non mirum ſi
fructus interim ad emptorem pertineát, vt per eum, cum quo per-
tranſit etiam Tiraq in 2 lib. Retract § 5. glo. 2. nu. 2.

Sed aduertendum eſt, quia retenta hac rõne idem eſſet dicẽdum
in pacto reuendendi verbis directis concepto per ea, quæ ſupra tra
duntur, quod in ſpecie præter alios, adnotauit Ioan. à Medin. de Re
ſtitu. ca de cenſu redimibili, §. eſſet dubium. Vnde tu, omiſſa quo-
que reſolutione, de qua per Tiraq. in d l. ſi vnquam, ver reuertatur,
11 num. 283. † reſoluas fructuum acquiſitionem procedere & re-
gulari non ſecundum naturam pactorum, prout exiſtimauit Imo.
ſed omnino cauſari à ſolutione precij. nec mirum ſi in illis duobus
pactis emptor teneatur fructus reſtituere, vt dicitur, quia illud eue-
nit, non quia emptio ſit facta cum pacto ipſo iure reſolutiuo con-
tractus, prout Imo. arbitratur, ſed quia per eorum exempla appa-
ret pretium ſolutum non fuiſſe, quod colligitur ex ratione tex. in
d l lege fundo, ff. de le. commiſſor. quod ſecus eſſet ſi emptor nu-
meraſſet precium, ſiue ipſius partem, quia tunc fructus lucraretur
quantumuis eſſent pacta addictionis in diem, & l. commiſſoriæ,
vt probatur in l. 4. in prin. ff. de le. commiſ. & videtur ſentire Co-
uar. lib. 3. var. reſol. cap. 9 nu. 1. Sic econtra, licèt pactum reuen-
dendi eſſet obliquum, nec reſoluatur contractus ipſo iure, ſed tra-
ditione ſit opus: attamen ſi per emptorem precium non fuiſſet ſo-
lutum, teneretur fructus reſtituere, vel eorum æſtimationem, quẽ-
admodum dicitur in Commentario primo. Quamobrem neque
in hoc di erunt pacta huiuſmodi.

Alia differentia aſſignatur inter pactum l. commiſſoriæ, & ei ſi-
mile, atque id pactum, tendens ad reſolutionem contractus, vulgò

de

de retrouendendo dictum, quia huiuſmodi de reuendendo, ſecun-
12 dum eius naturam,& regulariter † valet, & licitum eſt de omni iu-
re in contractu emptionis, vt inferius dicitur. Secus eſt in pacto
13 l.commiſſoriæ, quod illicitum & reprobatum eſt inter debitorem
& creditorem accipientem pignus,vt puta ſi conuentum eſſet,quòd
ſi debitor pecuniam mutuatam infra certum tempus non ſoluerit,
remaneat pro ea creditori empta res ſibi in pignus tradita, vt exem-
plificat glo.in l.1.C.de pact.pigno. Nec valet ſi fiat pactum l com-
miſſoriæ directum,vt ſcilicet remaneat empta,ſed etiam ſi fiat pro-
miſſio rem ipſam in eum caſum vendendi, Tiraq in 2.lib.Retract.
in Præfat.nu.10.Couar.lib.3.var.reſol.cap.2 Et ſic in contractu pi
gnoris abſolutè reprobatur,l.2.& vlt C de pact. pign. c.ſignifican-
te,de pignor.Barr. Bal. Angel.in d.l.1.C.de pact.pign.Alex.conſi.
178 lib.7 Anto. Neguſant. in Tract.de pigno.in 4.par.prin.num.2.
vbi reddit rationes differentiæ, de quibus infra.

14 † Et iſtud pactum l. commiſſoriæ adeo in pignore reprobatur,
vt nec iuramento quidem confirmetur, Ioan.And. in addi. Specu.
in tit.de renuncia.& concluſ.§.1.verſi. & quia hic,in addit, incip. ex
quo autor.Imo poſt Card.Floren. & Panor. in d cap. ſignificante,
num.13.& in cap.cum contingat,colum.65.verſic. nunc igitur re-
ſtat deſcendere ad quartum membrum, poſt Anton.ibi,de iureiur.
Ioan.Fab in l vlt.C.de pact pign.Alberi.in rub. C eod.tit. Bart.in l.
ſi quis pro eo,in prin verſi.4 dixi,& ibi Ang. colum.1.ff. de fideiuſ.
Guid.Pap.deciſi.Delphyn.6 pactum l.& conſ.79 uiſo ad plenum,
colum.1.& in tract.de contract.illi. colum.6. verſic. iuxta hanc ma-
teriam,Anto.Neguſant.vbi ſupra, in 3 ampliat Stephan.Bertrand.
I.C.longè omnium conſultiſſimus,conſi.356.nihil,colum.1. lib.1.
cum alijs,de quibus per Tiraquel.in 2.lib.Retrac. ad fin.titu. nume.
12. qui omnes concludunt pactum huiuſmodi non confirmari iu-
ramento.

Et licèt contrarium exiſtimauerit Federi.Senenſ.conſi.140. punctus q.talis eſt,verſic. item pactum propter autoritatem iuriſiurandi,& ſequatur Bal ſibi contrarius,in l.Seius,ff.ad leg.Falc.Bal poſt Alberi.in l.1.& ibi Alex in addit. C.de pact.pigno. Anto. But.Petr. de Anchar.& Barb.in d.cap. ſignificante, Bertrand. ſibi contrarius conſi.91.ex propoſitis,num.12.lib.3.Ludoui.Goza.conſi.61.col.2. nu.7.Ripa lib.3.reſpon.c.6.nu.6.

Tamen à præcedenti opinione non eſt recedendum, dummodò petatur prius abſolutio ab ipſo iuramento.

15 † Similiter etiam pactum huiuſmodi conſuetudine non poteſt

con-

confirmari, Bal. in l. 2 colum. 3. verſi. 3. dicunt, C. quæ ſit lon. conſuet. neque etiam expreſſa renunciatione partium, Odofred. in l. vlt C de pact. pigno. Albe. in l. j. in fi. eod. titu. Hoſtien. in Sum. de pignor. verſic. quid ſi renunciauit, Ioan. And. Butr. & Imo. in d. cap. ſignificante, Guid Pap. conſi. 81. ad decem, in 1. dubio. Bertrand. conſi. 50. cum pro reſtituendo, col. 1. & vlt. lib. 2. Tiraquel. vbi ſupra, nu. 23.

Ratio autem, quare pactum l. commiſſoriæ, & ei ſimile reprobetur in contractu pignoris eſt, ne creditor ſub conditione dilatæ ſolutionis rem debitoris acquirat, aut emptam habeat minus iuſto precio, & ſic cauſa mutui lucrum percipiat, & per conſequens vſuram committat.
16 † Propter quod traditum eſt pactum huiuſmodi in contractu emptionis admitti, cum communiter vendatur res iuſto precio. atqui hanc rationem tradunt Abb. poſt alios in d. ca. ſignificante, ſuper glo. in ver. commiſſoriæ, Bald. in l. 1. C. de pact. pigno. Alex. conſi. 178. num. 2. lib. 7. Couar. lib. 3. uar. reſol. cap. 2. num. 8. poſt Modern. Pariſ. de contract. quæſtio. 52. numero 364. Damnatum eſt ergo pactum l. commiſſoriæ in pignore ob compeſcendam aſperitatem creditorum, & adiuuandum fragilitatem, & captionem debitorum, l. vlt. C. de pact. pign. ſolent enim hypothecari, & dari in pignus res ſupervalentes debito, & creditores nolunt mutuum dare, vel exactionem debiti differre, niſi ſub lege vel pacto expreſſo commiſſi pignorum, ſi ſolutum non eſſet in termino conuento, cui legi debitores facilè ſe ſubmitterent egeſtate preſſi, vt habeant illam pecuniam. ſperant enim quòd in futurum non obſtante tali pacto creditor patietur redimi pignus ſoluta pecunia cum vſuris nam quod miſeri cupiunt, illud facilè creditur, vt inquit Seneca, relatus ad hoc per Iaſ. in l. qui Romæ, in prin. nume. 42. ff. de verb. oblig. Ex quo etiam colligere poſſes in nihilum differre pacta huiuſcemodi data paritate terminorum. reprobaretur quippe pactum reuendendi in pignoris contractu, quinimò etiam illud in cõtractu emptionis damnaretur, ſi res minus iuſto precio fuiſſet vendita, iuxta terminos inferius tradendos.

17 † Infertur quoque per hanc rationem, falſam eſſe communẽ eorum ſententiam, qui arbitrantur pactionem hanc l. commiſſoriæ etiam in contractu pignoris appoſitam, validam eſſe inter debitorem & fideiuſſorẽ, vt ſic fideiuſſori liceat pro tutela periculi, quod ſatiſdando ſubijt pactum inire, vt ſi contingat ſe creditori ſoluturum, bona debitoris tunc ſibi empta eſſe intelligatur, quod aliàs creditori minimè liceret, vt dictum eſt. tradit hoc Bart. in l. quamuis,

nis, & ibi Caſtrenſ. ff de ſolutio. Abb.in d.c.ſignificante,nu.6.Bart. Bal & Sali.in d.l.vlt. C.de pact. pigno. Ant. Neguſ.vbi ſupra,in 4. fallent. Fab. de monte in tract de empt & vend.q.7.nu.11.fallent. 3.mouentur omnes per tex.in l.vlt.ff.de act. emp.

Sed aduertendum eſt, quia ille tex non facit, ſiquidem ibi res datæ in pignus creditori non fuerant datæ fideiuſſori in pignus, vnde quò ad fideiuſſorem non poteſt dici propriè pactum l. commiſſoriæ, nec illius tibi meminit Scæuola I.C. ſed alterius conditionalis venditionis: quinimò ſi in caſu illo res eſſent datæ fideiuſſori in pignus pro indemnitatis cautela, nō procederet pactum, de quo ibi per I.C. prout adnotat ibi Cur. Iun. num. 2. Bald. in c. 1. col.1. de feu da. in aic. leg. commiſſ. Alex. conſi. 178.num.7.lib.7. Couar. lib. 3. var. reſol.cap. 2.nu 7.reprobabitur ergo huiuſmodi pactum, etiam quò ad fideiuſſorem, cum ipſe pro fideiuſſore nihil aliud præter indemnitatem poſſit ſibi ſtipulari, vt oſtendunt Moder. Pariſi. de contract q.52.nu 357.

18 † Infertur etiam falſam eſſe aliam communem DD. ſententiam quando communiter aſſerunt pactum l commiſſoriæ, etiam cum creditore initum ex interuallo tamen validum eſſe quò ad retinendam rem, & excipiendum aduerſus debitorem, licèt fuerit nullum quò ad agendum, vt adnotauit Barto. in leg quamuis, ff. de ſolut. Abb.& alij in d.c.ſignificante, Alex.in d.conſ.178.& conſi.ſeq.lib. 7.Anto.Negu.vbi ſupra, in 1.fallent Guido Papæ, q 6.Bart Bald. Salic. & Caſtrenſ.in l. Titius, ff. de pignor. & Ripa in l. nemo poteſt,num.14. ff.de lega.primo, cum alijs de quibus per Tiraq. in 2. lib.Ret. in Præfat.nu.7 mouentur omnes per tex. in d. l. Titius, ff. de pigno acti.

Sed aduertendum eſt,quia ille tex minimè tractat de pacto l.cōmiſſoriæ,ſed de datione in ſolutum,quæ fit à debitore creditori,& ex certo ac iuſto precio,non autem pro ipſa quantitate debitori.Datio verò in ſolutum nullum habet vitium, ac iure fieri poteſt,l. eleganter, in fi. princ. ff de pignor. act o. auth. hoc ſi debitor, C. de ſolutio.quamobrem de ſuprad. communi ſententia meritò dubitanit Tiraq. vbi ſupra exiſtimans ex ea fraudem fieri prohibitioni l. & pacti commiſſorij, ſequutus autoritatem Alberi. in hac l.verſic. ſed quid ſi emptor,& Cuma. conſi. 184. verum expreſsè improbāt Moder. Pariſi. de contract.q.52.num.363.Couar.lib.3.var. reſolu.
19 c.2.num. 8. † Quod ampliatur etiam ſi iſtud pactum fuiſſet adiectum in contractu dotis tam pro ipſa reſtituenda, quàm de nouo conſtituenda, & quòd pactum l. commiſſoriæ factum in fauorem

mulieris

mulieris creditricis pro reſtitutione dotis ſuæ non valeat, allegatur tex. in l quamuis, ff. de ſolut videtur tenere Bald. in cap. 1. de feu. da. in vic. leg commiſſ. allegans id, quod habetur in l. ita conſtante, ff de iu. dot. Similiter, quòd reprobetur, quando fuit pro dote danda marito, tenuit Anto. Neguſ. vbi ſupra, in 5. fallent. vbi latè improbat opinionem Bal. Nouel. qui in tract de dote, par. 6 quæſ. 54. contrarium volebat, ſed Moder. Pariſ de contract. q. 52. num. 374. tenent opinionem Bal. Nouel. tum fauore dotis, tum etiam quia in tali caſu omnia ſunt merè ſpontanea, & propenſa, & ab omni extorſionis ſuſpicione aliena, ex quo ceſſat ratio l. cõmiſſoriæ, quod tamen intelligunt, niſi quatenus probaretur, quòd res multum ſuperualeret ſorti promiſſæ, & quòd à promittente ignorabatur. Similiter intelligunt, niſi probaretur de aliquo dolo, & fallacia mariti ad circunueniendum promittentem, vt haberet illam rem. & ſupra d. opinionem Bal Nouel. dicunt multò magis veriorem, quãdo filia, vel maritus aliquid dant, & faciunt, vt puta quia renunciat filia ſucceſsioni.

20 † Infertur quoque per ſupra relatam rationem, falſam eſſe opinionem eorum, qui arbitrantur pactum cum creditore mutuo dãte fieri poſſe, quòd ſi debitum infra certum diem non fuerit ſolutum, tunc res quædam debitoris, quæ non extitit data in pignus, ſit pro eadem quantitate empta ipſi creditori, ſecundum Bal. in ca. 1. col 2. & Aluarot. ibi, de feu. da. in uic. leg. commiſſ cum alijs, ut per Tiraq. in 2. lib. Ret. ad ſi tit. num. 140. Quod tamen reprobatur per Curt. Iun. in l. vlt. colum. 1. ff. de contrah. empt. Moder Pariſi. de contract. q. 12. num. 362. Couar. vbi ſupra, num. 7. Eadem enim eſt ratio iniquitatis, & captionis, ſiue res ſit pignori data, ſiue nõ, cum vtroque caſu creditor ultra ſortẽ habeat rem minus iuſto precio emptam. Et licèt deficiente hypotheca, & pignore non ſit formale pactum l. commiſſoriæ, eſt tamen ei ſimile, unde iure optimo prohibetur, l. 1. C. de pac. pign. Nec refert, ſit res illa generaliter tantum, an ſpecialiter hypothecæ ſubmiſſa, cum utrobique ſit eadem prohibitionis ratio, ſecundum Bertrãd. conſi. 97. lib. 4. & conſ. 178. lib. 3. Rogger. à Mot. in l. traditionibus, nu. 53. C. de pact. Moder. Pariſ. d. q. 52. nu. 361. quamuis ipſe Bertran. alibi contrarium è diametro reſponderit, videlicèt conſ. 254. vidi proceſſum, poſt princ. lib. 1. tenet hoc Tiraq vbi ſupra nu. 141.

21 † Vt ergo pactum l. commiſſoriæ in contractu pignoris ualidũ ſit, neceſſe eſt quòd conuentio fiat, ut creditori, fideiuſſori, vel cuilibet maneat res empta iuſto pretio, l. ſi fundus, § vlt. & ibi glo Bar. & alij,

& alij ff. de pignor. Canoniſtæ in d.cap. ſignificante, DD. in l. vlt C. de pact. pign. Cæpol. caut. 24. incip pactum pignoris. cum alijs de quibus per Tiraq. in 2. lib. Ret ad fi. tit. num. 138. Anton Neguſan. vbi ſupra, num. 6. Rube. conſi. 134. communem dicit Couar. lib 3. uar. reſol. cap 2. nu. 7. qui omnes extendunt procedere etiam ſi fiat pactum ſimpliciter, quòd res pignori data empta ſit creditori, quia debet intelligi de iuſto precio. Requiritur ergo ſecundum ſupra dicta, ad hoc vt pactum l. commiſſoriæ validum ſit in pignore, vt expreſsè dicatur, quòd res in pignus data creditori remaneat ſibi empta pro iuſtó precio, vel ſimpliciter nulla precij facta mentione, quia tunc de iuſto intelligitur. Sed aduertendum eſt, quia Mod. Pariſi. de contract q. 52. nume. 360. diſcrepando ab hac communi ſententia exiſtimant etiam in tali caſu pactum iſtud illicitum, & vſurarium eſſe, ex eo, quia creditor nullum lucrum paciſci poteſt ratione mutui etiam cauſa dilatæ ſolutionis, & ius vendendi, & acquirēdi rem debitoris etiam ob certum, & iuſtum precium eſt ipſi creditori lucrum conſiderabile, l ſi equo, ff de leg. 1. ſequitur Couar. vbi ſupra, in eo caſu, quaudo ratione mutui, & propter officium mutuandi creditor paciſceretur cum debitore, vt ſibi teneretur vendere propriam rem, quam aliàs non foret vēditurus, etiam ſi iuſti precij mentio fieret: ſecus ſi illa pactis iniretur per creditorem pro cautione certiori, & pro firma, & tutiori ſolutione ſuæ pecuniæ creditæ, quia tunc licita eſſet, ſecundum eos ad inſtar iuſtisſimæ dationis in ſolutum, quod eſt notabile.

22 † Illud autem, quod dicitur pactum l. commiſſoriæ in pignoribus reprobari, intelligendum eſt non ſolum ſi fuerit factum in perpetuum, puta quia illa res ſit empta, ſed etiā ſi fuerit factum ad tempus, puta quòd debitor non poſſit luere pignus niſi poſt 30. annos. ita glo in l. vlt. C. de pact pign. & in l. qui Romæ, in prin. ff de verb. obl. rationem ibi afferunt Imo. Alex Iaſ & cæteri DD. quia hoc pactum licèt non ſit propriè l. commiſſoriæ, eſt tamen ei ſimile.

23 † Aduertendum eſt tamen ad aliqua quæ ponit glo in d. l qui Romæ, in verſi. obtulerit. videlicet quòd ſi quis dederit fundum in pignus vt creditor fructus vice vſurarum caperet cum pacto, quòd non liceat luere, puta in eo anno, quòd huiuſmodi pactum valebit, & quòd debitori non licebit prius luere. Similiter format ibi q. videlicet, quòd ſi quis acceperit mutuum ſub vſuris cum pacto, vt vſque ad annum non ſoluat, quòd non poterit prius ſoluere niſi totius futuri temporis vſuras ſoluat, & has traditiones ſequuntur ibi Bar. Alberi. Ang. Caſtrenſ. vterque Imo. Iaſ. & alij, ſimiliter Bal. cæ-

teríque

terque in d. l. 1. C de pact. pigno. qui omnes habent pro indubitato, quòd ſi debitor mutuo accipiat aliquam ſummam ſub vſuris, poſſit aliquot menſium, vel futuri temporis vſuras ab initio ſoluere, vel de ſumma mutuo data deducere, & nihilominus current vſuræ pro rata totius ſummæ, deducto ſolo tempore, pro quo iam ſunt ſolutæ uſuræ. Similiter DD. inibi reprobantes diſtinctionem Accurſij, communiter tenuerunt, quòd etiam ſi debitor velit alium ęquè idoneum debitorem dare creditori, qui ſe obliget de ſoluenda ſorte cum vſuris, non tenetur creditor acceptare, nec poteſt debitor ante tempus ullo modo liberari, niſi totius etiam futuri temporis vſuras ſoluendo.

Sed relati DD. ſicut parum intellexerunt quò ad hanc materiam vſurariam tum in ſignificatione terminorum & vocum, tum etiam in deciſione & ſententia iuris antiqui, prout demonſtratum fuit in l curabit, C. de actio empt. ita etiam in ſupradictis caſibus abſque lege, & ratione locuti ſunt. Quòd ſine lege loquantur, apparet, quia iure ciuili benè reperitur expreſſum, quòd debitor non poteſt detrectare, vel alio modo protelare ſolutionem ſortis, licèt offerat continuare vſuras, l. vlt. in fi. C. de iu. dot. & hoc niſi expreſsè conceſſerit creditor, vt non teneatur debitor reſtituere ſortem quàmdiu vſuras præſtabit, l. item quia, §. vlt. ff. de pact. Nullibi tamen reperitur cautum quin debitor non valeat ſe liberare ab vſuris futuris offerendo ſortem cum vſuris præteritis pro rata temporis elapſi. Quòd ſine ratione loquantur apparet, quia nulli dubium eſt de illo iure vſuras moroſas, etiam ſi ex iure actionis debeantur, eſſe acceſsionem obligationis principalis, & velut eius fructus, l. vſuræ vice fructuum, de vſur. vnde nec regulantur ſecundum obligationem principalem, qua ſublata in totum, vel in partem, ipſo iure nullæ currunt niſi pro rata debitæ ſortis; & ſicut congrua oblatio debiti obligationem principalem elidit, ita elidit vſuras futuras, & alia pacta acceſſoria, l. cum principale, de reg. iur. Bal. in l. pactum vulgare, C de pigno. acti. Sequitur ergo, quòd illud pactum ne debitor poſſit ſe liberare, niſi vſque ad certum tempus, non ualeat in illo caſu, quia etiam de iure ciuili nullæ tolerantur uſuræ niſi pro rata temporis & ſortis, ſed ut ſemper libera ſit facultas debitori ſe liberandi ab vſuris futuris etiam ipſo iure per congruam oblationem, d. l qui Romæ, § Seia, l. ſi creditrici, C. de vſur. Erit ergo huiuſmodi pactum ita reſtrictum nullum, non ſolum propter fraudem vſurarum, ſed etiam quia contra bonos mores: tendit enim ad fouendam malitiam & auaritiam, & ſic ipſo iure non ualet, l. pacta, quæ

contra.

contra, C. de pact. cùm ſimil. Tum etiam quia eſt contra publicam vtilitatem, cum publicè interſit homines liberos eſſe à debitis, & ſic non valet tamquam contra id, quod publicè intereſt, l. de die, cum l. ſeq de pact dota. Quamobrem rectius ſenſit Caſtrenſ. conſi 144. pactum iſtud, lib. 2. dum ibi reiecit huiuſmodi pactum tamquàm derogans libertati, & naturali facultati, quám quis abdicare nõ poteſt. quin etiam idem Caſtrenſ in l. item quia, in fi. de pact tenuit, quod extra materiam vſurariam non valeat conuentio, quòd debitor ſoluendo non poſſit ſe liberare niſi ad beneplacitum creditoris. ſequuntur Moder. Pariſ. de contract. q. 55. nu. 385. & admiſſa hac opinione Caſtrenſ. quamuis Alex. in d. l. qui Romæ, illam conetur impugnare. retineas huiuſmodi pactum ſi apponatur extra materiam vſurariam, puta ſuper pacto redimendi, non vitiare illum actum, vt inferius dicitur, ſed benè vitiari, argumento l. placuit, & l vſuras illicitas, de vſur. ſecus autem ſi apponatur in materia vſuraria, & ſuſpecta, quia tunc vitiabit, vt dicitur infra circa emptionem cenſuum & annuorum redditum redimibilium.

Similiter dum glo. & Doctores in d. l. qui Romæ, præſupponũt creditorem de illo iure poſſe ab initio futuri temporis vſuras quaſdam recipere, earumve cauſa de ſorte detrahere ſine diminutionè ſortis, & vſurarum futurarum deductis præteritis duntaxat. Aduertendum eſt, quia huiuſmodi præſuppoſitum eſt contra iura, in materia vſurarum, quæ volunt ipſo iure non currere vſuras, niſi ad modum conceſſum, & pro rata ſortis, quæ cum effectu peruenit ad commodum & vſum debitoris, l. pecuniæ fœnebris, l. placuit, ff. de vſur. Vndè ſi ab initio quacunque ratione detrahatur de ſorte, neceſſe eſt vſuras non currere niſi pro rata reſidui, l. eos, in fi C. de vſur. Præterea regulariter nullæ vſuræ de illo iure ſolui poſſunt ab initio, cum non debeantur niſi ſub conditione, l pecuniæ, & l. lecta, in fi. ff. ſi cer. pet. l. Seia, ad fi. ff. de vſur. inquiens plures conditiones eam ſtipulationem continere, & per ſingulas penſiones conditionem expectandam. Non obſtat, quod habetur in d. l qui Romæ, in princ. vbi vſuræ ab initio mutui fuerunt deductæ: quia illa nõ tanquam vſuræ deducuntur, ſed tanquam ſors, quæ ipſo iure per illam deductionem minuitur. patet in eo. text. quia debitor ille offerebat ſe paratum Romæ numerare detracta ea ſumma, quam creditori ſuo vſurarum nomine dederat: reſiduum ergo remanet numeratum & debitum, & pro illo vſuræ debentur, etiam ſi totius prioris ſummæ fuerit facta promiſſio per ſtipulationem, vt dicunt Moder. Pariſ. de contract. q. 55. nu 388.

24 † Præfari etiam oportet pactum illud tendens ad reſolutionem contractus, quod de reuendendo dicimus, biſariam per nonnullos diſtingui, videlicet in pactum de reſtituendo, & in pactum, vt vulgò fertur, de retrouendendo Et pactum de reſtituendo dicunt eſſe, quando quis ea lege vendidit fundum , vt ſiue ipſe, ſiue alius quandocunque, vel intra certa tempora precium obtuliſſet, tunc fundus reſtitueretur; & quòd de hoc pacto loquatur, & intelligi debeat lex iſt 1, & l.ſi vir, iuncta declaratione glo in ver. trãſcriberet, ff.de præſcript.ver cap.ad noſtram, de empt.& vend.

Pactum autem de retrouendendo , dicunt eſſe quando venditor conuenit, vt emptor quandocunque, vel intra certum tempus, reſtituto ſibi precio teneatur fundum illum retrouẽdere, quod pactum appellatur etiam de reuendendo, ſiquidem Reuendendi verbo pluries vtitur Vlpianus in l Iulianus ait, ff. de bon. liber Similiter & verbo, Reuenco, vtitur Neratius in l.5 ff. de le. commiſſ poteſt etiam dici pactum de redimẽdo, quod pactum ſic vario modo dictũ in nouam ſignificationem duxit Tiraq. illudque retractum conuentionalem nuncupauit, & de eo compoſuit more ſuo elegantem , & copioſum tractatum omnibus notum . Pactum ergo illud de reſtituendo ab huiuſmodi pacto reuendendi, nõ parum differre quàmplures exiſtimarunt , vt videre poteris per Corne. conſi.4. multum diffuſè, colum.2. ver. pactum de reuendendo, & in alijs conſilijs . Aret conſi.6.viſo iuſtrumento, in 1.dubio, Socin conſi 253.in cauſa D.Ioannis, col.5.ver.circa 3 q lib 2. ſequitur Tiraq in Ret. conuent.in præfat. nu.2. & latius poſt multos alios à ſe relatos , in §. 1. glo 7.ad fi Ludo Gozadi hic, ſed longius Cagnol. nu.12. vbi omnium latiſſimè conatur hoc perſuadere. Qui omnes hanc præcipuè differentiam conſtituunt, vt ſi emptor fecerit pactum de reuendendo, ex quo illud contineat nudum factum, non poſſit per venditorẽ præcisè cogi reuendere, ſed liberetur ſoluendo intereſſe non aliter ac ſi feciſſet nudam promiſsionem de vendendo, l ſtipulationes nõ diuiduntur, verſ. Celſus, & ibi Bart ff.de verb oblig.cum multis, de quibus per Tiraq.in 2. lib Ret. ad fi.tit. nume. 56. Secus ſi emptor feciſſet pactum de reſtituendo rem emptam ſoluto precio, quia tũc poſſet præcisè cogi ad reddendum, ſi haberet illius facultatem, ex quo ipſa promiſsio reſtituendi non continet merum factum , ſed cauſam reddendi, ideſt dominij transferendi, vt apparet in hoc tex. vbi à tempore moræ fructus veniunt , idem in l. in conuentionalib. ff.de verbo oblig. Si autem contineret merum factum tunc veniret intereſſe, l.ſi fundum certa die, ff. de verb.obli. Vnde iſta ſunt mul-

tum

tum diuerſa fructus deberi ex tempore moræ, vel intereſſe, Bart. in l. ſi filius, §. 1. ff. de verb oblig. Et ideo Franciſc. Zoãnet. recens Scriptor hic, nu. 76. poſt multiloquium inſtruebat venditores cautiores eſſe dum res ſuas cum pacto redimendi diſtrahunt, vt videlicet concipiatur pactum, quo emptor teneatur illas ſibi reſtituere ſoluto precio. Tum enim, inquit, cauſa extra omnem diſceptationis aleam verſabitur.

Sed aduertendum eſt, quia præcitati Doctores nimia quadam ſubtilitate magis ad ſonum verborum, quàm ad ipſum effectum & ſubſtantiam rei videntur attendere, ſiquidem pactum reſtituendi in ſubſtantia conuenit in vnum & idem, quod pactum de retrouendendo. Nec vera eſt differentia in ſpecie per eos allegata, quia licèt procedat in ſimplici promiſsione de vendendo, ne venditor poſsit præciſè cogi ad vendendum ſecundum glo. in l. in bonæfidei, ff. de eo quod cer. lo. cum concor. attamen hoc non haberet locũ in promiſsione de retrouendendo, per quam emptor poterit præciſè cogi, ſi erit in facultate rei tradendæ, non ſecus ac ſi feciſſet promiſsionem reſtituendi. ita ſingulariter tradit Tiraq I. C. multis virtutibus laudatiſsimus, vbi ſupra. nu. 60. & ſeq. nouiſsimè Autor non minus laudandus, Arri. Pinel in l. 2 par. 2. ca 3. nu. 29. C. de reſcin. vend. & demum concludit in hoc Franciſc Zoannet. nu 78. & ſeq. corroborans multis rationibus, vt per eum, & de hoc dicetur inferius. Neque admitti debet quòd iſta promiſsio de retrouẽdendo contineat in ſe nudum factum, prout ipſi dicunt, quia comprehendit etiam in ſe cauſam bonorum, ideſt dominij reddendi, non aliter ac faciat ipſa promiſsio reſtituendi. quæ conſideratio videtur eſſe Decij, licèt aliò reſpiciat, in conſ. 88. valet ſtatutum col. 2. verſ. ad hoc breuiter. Tiraq. vbi ſupra. Cum ergo pactum retrouendendi & reſtituendi quò ad effectum non diſcrepent, omiſſa illa verbali differentia, quam etiam tradit Corraſi. lib. 3. Miſcella. ca 9. in prin quia effectus & ſubſtantia eſt ſolum à prudentibus attendenda, l. ſi vno, in prin ff. loca. cum concord. & potius diſpoſitio & mens inſpicienda quàm verba ipſius, l. ſcire, §. aliud, ff. de excuſa. tut. cum alijs, de quibus per Tiraq. in l. ſi vnquam, in ver libertis. nu 47 C. de reuo. dona. Reſoluemus, quod pactum reuendendi ſicut varijs modis nuncupatur, de quibus ſupra: ita etiam appelletur pactum reſtituendi, de quo in hac l cum alijs. Quamobrem cum DD. communiter tradant Conſtitutionem hanc continere pactum de retrouendendo, vt per Bar. Ang. Saly. & Caſtrenſ. qui eam legit cum l. 1. huius tit. Iaſ. in d l. ſi vir, refert Tiraq in Præfat. num. 2. vbi ſupra, di-

cendum eſt eos tanquam prudentes, & iuris peritos reſpexiſſe potius medullam & ſubſtantiam quàm ipſa verba, neque vllo modo aberrauerint, ſi pactum reſtituendi, de quo habetur in hoc tex. acceperint pro pacto de retrouendendo, cum vnum & idem ſint in effectu, vt dicitur, cuius ſententiæ videtur quoque eſſe Pinel. vbi ſupra, nu. 27. & ſeq. licèt non ita explicet.

25 † Hac ergo communi intelligentia ad hunc tex. ſic retenta, colligitur ex eo pactum de retrouendendo iure Cæſarum permitti, & licitum eſſe, ita Ang. Caſt. & Cagno. hic, num. 7. & hoc ſiue iſta pactio reuendendi collata ſit in voluntatem venditoris, ſiue etiam emptoris. Couar. lib. 3. var. reſo. cap. 9. in prin.

Idem etiam dicendum eſt de iure Pontificio, prout à ſpeciali argumentatione deducitur in d. ca. ad noſtram, vbi Abb. nu. 8. Imo nu. 2. Ancharan. conſi. 30. dubitari ſolet, col. 2. ver. 1. probo. cū multis, de quibus per Tiraq. vbi ſupra, in Præfa nu. 3.

Similiter & in animæ iudicio apud Theologos hoc pactum licitum eſſe tradit hic Alber. Cæpo. in tracta. de ſimul. contract in 12. præſumpt. 3. par. prin. Gui. Papæ in tracta. de cōtract. illic num. 18. E Theologis verò ipſis tenet Ioan Gerſon in tract de contract. par. 1. conſid. 6. & ſeq. D Antonin. Flor. in Sum. tit de vſur. ca. 3. latiſſimè Conrad. in tracta de contract. q. 83. & demum omnes in 4. ſenten. diſtin. 15. Probatur hoc Leuit. ca. 25. vbi inquit Dominus; Cuncta regio poſſeſsionis veſtræ ſub redemptionis conditione vendetur. Ex qua pactione reuendendi reſultat, vt emptor faciat interim fructus ſuos, neque ad illos teneatur, vt per præcitatos DD. & latè Cagno. hic, nu. 7. Tiraq. vbi ſupra in glo. 2. nu. 1.

26 † Sed magis dubium eſt, quando pactum reuendendi eſt collatū in voluntatem emptoris. ſiquidem Abb in ca. illo vos, nu. 6. poſt Ioan. And. ibi, de pigno. exiſtimat ipſum emptorem fructus non lucrari ſed teneri eos reſtituere reſoluto contractu, rationem diuerſitatis adducens, ex eo quia ſit in electione ipſius emptoris quandocunque reſoluere ipſum contractum, vnde veniet ſibi imputandum, ſi prius non reſoluerit, quod ſecus erat in præcedenti caſu, & ad hoc allegat l. quod ſi nolit, in fi iuncta l. cum autem, §. cum redhiberetur, ff de ædil. edic. facit l. Imperator, & l. item quod dictum eſt, ff. de in di. addic. & l vlt. ff de iu. fiſci, ſequitur Conrad. de contract. q. 84. couclu. 5. Anto. Burg. in d. c. ad noſtram, col. pen. Tiraq. in 2. lib. Ret. §. 5 glo 2. nu 3. quam opinionem receptiorem eſſe fatetur Ioan. Corraſ. lib. 3. Miſcella. ca. 9.

Sed aduertendum eſt, quia contrarium tenet glo. in d. c. illo vos,

ver.

ver.percepti.quam ſequitur ibi Imo num.14. poſt Cardi Florent. approbat etim Conar.lib.3.var. reſol. cap.9.nu.1. & iſta ſententia mihi videtur vera,fundata in ratione iuſtitiæ commutatiuæ,ne venditor habeat precium & fructus rei, contra tradita in l. curabit, C. de actio.emp. Probatur etiam ex inductione tex. in d. cap.illo vos. vbi eſt caſus, quòd reſolutio contractus confertur in voluntatem emptoris,& tamen diſponitur ibi quòd conuentio de computandis fructibus in ſortem, ſit contra naturam contractus; quaſi inferat, quòd fructus ad emptorem pertineant ex natura contractus. Sed obſtant modò leges in contrarium adductæ,& quod attinet ad d.l. Imperator,l.item quod dictum,& l.vlt. Tiraq. in l. ſi unquam, ver. reuertatur,nu.283.C.de reuo. dona. reſpondit aduertendum eſſe, quibus verbis res agatur: nam ſi conuentio ita fuerit concepta, videlicet vt perficiatur emptio,niſi melior conditio afferatur,non eſt pura venditio ſed conditionalis, ideo tunc emptor non uſucapit neque fructus lucratur.ſed ſi ita conuentum fuerit,vt meliore conditione allata, ab ea diſcedatur, erit pura venditio reſoluenda ſub conditione, quo caſu emptor tunc vſucapiet, & fructus lucrabitur, l 2.& ſeq.ff.de in di.addic.l.2 §.Sabinus,& §.ſi in diem, ff pro empt. quaſi velit ipſe quòd in dictis ff. eſſet conditionalis venditio. Sed reſponſio iſthæc nihil facit, nam pactum ſiue emptio addictionis in diem,quocunque modo ſit concepta,eueniente poſt eius reſolutione ſemper fructus per emptorem debent reſtitui, vt dicitur in l.item quod dictum, & in alijs præcitatis, atque hoc tenet glo. in d. l.2. ver.lucrari. Quamobrem aliter reſoluendum eſt, videlicet fructus in dictis ff. idcirco per emptorem reſtitui debere, ex quo precium per eum nondum eſſet ſolutum: aliàs ſecus, vt colligitur in l.lege fundo, ff.de leg. commiſſ. & dicitur ſupra. Quod attinet ad l.quod ſi nolit, in fi.iuncta l. cum autem, §.pen. Tiraq. in d.ver. reuertatur, num.286. reſpondit ideo ibi fructus, & alias acceſſiones reſtitui, ex quo redhibetur ex cauſa de præterito, quæ iam inerat à tempore venditionis, cum redhibitoria non competat ex morbo & vitio contingente poſt venditionem, toto titu ff. & C. de ædil. edict.ſequitur Couar.vbi ſupra, relata alia reſponſione Corraſij, vt per eum.

Sed aduertendum eſt, quia & in caſu iſto arbitror ſuprad. reſolutionem accommodari debere, videlicet dum exiſtimamus inſpiciendum eſſe nunquid precium ſit ſolutum per emptorem. Nec obſtant leges præcitatæ,quia loquuntur de fructibus extrinſecis,puta acquiſitionibus factis per ſeruum,, vt declarat I. C. in l. generalo.Bapt.Lupus Gem. de Vſuris. H 3 liter,

liter, ff. eo tit. quaſi ſentiat aliud eſſe de fructibus intrinſecis, quod maxima nititur æquitate.

Concluditur ergo emptorem cum hac conditione reuendendi interim fructus lucrari, ſiue conditio illa pendeat à voluntate venditoris, ſiue etiam emptoris. quod intelligas niſi emptor fuiſſet in mora conſtitutus, puta per oblationem vel conſignationem precij factam à venditore, de quo inferius traditur.

SVMMARIVM.

27 *Contractus, in dubio ſemper præſumitur licitus.*

28 *Contractus, in quo pactum redimendi ſit collatum in voluntatem emptoris, tria concurrere debent ad hoc vt reddatur vſurarius.*

29 *Contractus, in quo pactum redimendi ſit collatum in voluntatem venditoris, quæ concurrere debeant ad hoc vt reddatur vſurarius.*

30 *Ruſticus nunquid excuſetur à contractu illicito.*

31 *Mulier nunquid excuſetur à contractu illicito.*

32 *Datio inſolutum continens pactum de reuendendo & minoritatem precij, nunquid debeat cenſeri uſuraria.*

33 *Arbitrium Iudicis verſatur in iudicando contractum illicitum.*

34 *Pactum de reuendendo ſi fuerit ex interuallo appoſitum, nunquid faciat præſumi contractum vſurarium.*

35 *Clanculum & ſecretò magis præſumuntur ſuſpecta, & doloſa.*

36 *Iuramentum interpoſitum in contractu cum pacto reſolutiuo, præſumit uſuram.*

37 *Cautelæ plures appoſitæ in contractu cum pacto reſolutiuo reddunt illum magis ſuſpectum de vſura.*

38 *Precij magnitudo reddit contractum cum pacto reſolutiuo ſuſpectum de vſura.*

39 *Verba huiuſmodi, verè vendidit & non in fraudem uſurarum, reddunt cõtractum ſuſpectum.*

40 *Pactum de reuendendo ſi ita ſit initum, ne remaneat in facultate venditoris redimere quandocunque, ſed tantum poſt aliquem terminum, reddit contractum ſuſpectum.*

41 *Emptor cum pacto de reuendendo non poteſt cogi ad reuendendum ante tempus.*

42 *Pactum quòd non liceat venditori redimere niſi poſt certum tempus in contractibus cenſuum reprobatur.*

43 *Pactum de reſtituendo maiori aut minori precio, quàm fuiſſet datum, reddit contractum ſuſpectum.*

Venditor

44 *Venditor ſi remanſit in poſſeſſione, contractus arguitur magis ſimulatus.*
45 *Gabella ſi cautum ſit, vt in totum ſpectet ad venditorē, reddit contractum magis ſimulatum. idem de alijs expenſis.*
46 *Debitor non tenetur mittere fructus ad domum creditoris, quando non habet annexam recognitionem dominij.*
47 *Pœna adiecta in contractu præſumit illum vſurarium.*
48 *Venditor donans in contractu pluris valentiam, facit præſumi illum illicitum.*
49 *Pacta inſolita & inuſitata reddunt contractum magis ſimulatum.*
50 *Fœneratores in contractibus utuntur excogitatis fraudibus & calliditatibus.*
51 *Simulatio contractus dicitur ſufficienter probari ex coniecturis.*

§. 1.

SImiliter intelligas, niſi contractus ille appareret
27 vſurarius.† Nam in dubio ſemper præſumitur licitus,
vt dicitur latè in cap. nauiganti, de vſur. quibus adde
Socin.Iun.conſi.83.nu.6.lib.2. vbi ait, quòd in dubio
contractus quilibet celebratus tam emendo, quàm vēdendo, debet
præſumi licitus & non vſurarius.
28 † Quamobrem pro eo redarguendo ualde laborarunt Scribentes, & in eo contractu, in quo pactum redimendi ſit collatum in voluntatem emptoris, nulli dubium eſt tria concurrere debere ad reddendum illum vſurarium, nempe pactum ipſum reuendendi collatum in voluntatem emptoris. Item clauſula de computandis fructibus in ſortem & precium. Tertiò, quòd reuenditio poſtmodum fiat maiori precio, quàm fuiſſet ipſa venditio. caſus eſt expreſſus in d.ca.illo uos, de pignori. & ibi Imo.tenet Alc.conſi.54.col.1.lib.6. Couar.li.3.var.reſo.cap 9.in prin. & nu.3. Et maior vſuræ ſuſpicio in huiuſmodi pactione inerit, quàm ſi pactum reuendendi penderet à facultate venditoris. ita adnotant Moder.Pariſ.in d.Alexand. conſi.54. Couar. vbi ſupra. Sed magna eſt difficultas in eo contractu, in quo pactum redimendi eſſet collatum in facultatem vendi-
29 toris. † Nam quàmplures opinati ſunt uitium tunc in eo contractu adeſſe, quando in eo ſimul iſta tria concurrant, uidelicet pactio illa de retrouendendo; Modicitas precij. Item ipſius emptoris conſuetudo exercendi vſurariam artem, quicquid tenuerit Cyn. poſt Iacob.de Aren.in l.emptione, in 4.q. C.plus val.quod agi.vbi

per hæc tria exiſtimauit contractum non reddi illicitum. & quòd iſtæ fuerint cauſæ, quare ab Innoc. III. Pont. in d. ca. ad noſtram, de emp. & vend. contractus ille fuerit habitus vſurarius, ita latiſsimè poſt multos alios à ſe relatos, credit communiter receptum Cæp. in tract. de ſimul. contract. in 6. caſu, col. 1. Alex. conſi. 109. col. vlt. lib. 4. Socin. conſi. 148. lib. 2. Deci. conſi. 167. licèt ibi non audeat atteſtari, quæ ſit receptior ſententia. in hoc etiam fuit dubius Cagnol. in repet huius l. ſiquidem in 1. editione aſſerit hanc opinionem magis communem, poſtmodum in 2. editione, num. 50. oppoſitum cenſuit. Sed veram & magis communem aſſerit Boer. deciſ. 102. nu. 5. tradens ſe hanc in iudicando & conſulendo ſequutum fuiſſe, & quod ita apparet in conſi. 32. viſis literis & proceſſu. dicit etiã pro hac opinione maiori numero auctores adeſſe Tiraq. in 2. lib. Ret. in præfat. nu. 5 licèt in hoc confuſè, & quodammodo remiſsiuè loquatur, vt vix diſcerni queat cuius ſententiæ ſit fautor, idem Cacchera. deciſ. Pedemont. 42.

Tu autem breuiter dimiſsis omnibus, quando in hoc multi multa dicunt, retineas ad redarguendum huiuſmodi contractum vſurarium hæc duo ſatis eſſe, videlicet pactum de reuendendo, & modicitas precij. ita glo. celebris in ca. conqueſtus, in ver de feudo, ante fi. de vſur. vbi Abb & Anan. idem Abb. in d. c. ad noſtram, nu. 4. Alberi. in d l. emptione. licèt Boer. in deciſ. 102. nu. 3. alleget eum pro altera ſententia. ſequitur Imo. in d. c. illo vos, nu. 15. Ambroſ. à Vigna in ca ſalubriter, nu. 11. de vſur. Alex. ſibi cõtrarius, in cõſ. 54. num. 1. lib. 6. Afflict. deciſ. 339. & in Rub. de feu. da. in vic. leg. commiſſo. nu. 105. Abb conſi. 76. lib. 1. vbi aſſerit hoc magis cõmuniter receptum. idẽ atteſtatur Thom. Ferra. caut. 17. Caſſan. in conſuet. Burgund. Rub. 5. nu. 12. Grammat. deciſ. 29. Caſsiodor. deci. 1. Pariſius conſi 55. nu. 29. Crauet. conſi. 156. nu. 4. & 7. dicens Senatum aliàs Taurini reſidentem iudicaſſe. Natta conſi. 198. magis communem oſtendit Franciſ. Viui. in lib. 1. ſuarum commun. opin. ver. vendere, verſic contractus. Emanuel Suarez in ſuo Theſau. recept. ſenten. ver. venditionis contractus, nu. 20. Quæ opinio in vrbe Florentiæ eſt in rem iudicatam tranſacta per Conſtitutiones Synodales decretas ibi ſub Leone X. Pont. quæ in Rub. de vſur. c. 9. ſtatuerunt poſt longas diſputationes, ſuper hoc ibi exortas, vt iſta duo ſufficerent, paruitas ſcilicet precij, & hoc pactum de reuendendo minoritatemq; precij vlterius interpretatæ ſunt, videlicet ſi quantitas excedat quartam iuſti precij in ſolito fœnerari: ſed in nõ ſolito voluerunt, quòd minoritas precij eſſet vltra tertiam iuſti

 precij,

precij. Qua de cauſa ceſſabit etiã alia difficultas per DD. tradita in oſtendendo, quænam in caſu iſto dicatur minoritas precij; de quo per Cagno. hic poſt multos alios à ſe relatos, num. 58. Ad nihilum quoque deſeruiet nobis doctrina Franc. Zoannet. tradentis hic, nu. 57. iſta duo tunc ſufficere, quando modicitas excederet dimidiam iuſti precij.

Illud tamen fateri oportet, quòd hæc ſecunda, vera & communis opinio minimè probetur ex deciſione d. cap. ad noſtram, prout crediderunt aliqui ex præcitatis DD. quia in d. tex. aderãt aliæ præſumptiones & cõiecturæ, prout diligẽtiſsimè aduertit doctiſsimus Couar. lib. 3. var. reſolul. cap. 8. num. 3. qui propterea fuit in alia, & tertia opinione, videlicet vt omne hoc relinquatur arbitrio boni Iudicis, qui ſecundum qualitatem perſonarum, & naturam actus iudicet, quod etiam dicit eſſe de mente Corne. conſi. 4. lib. 1. & tradit Alex. conſi. 119. in fi. lib. 4. Et ponit exemplum, veluti ſi contractus à ruſtico, vel muliere fuerit geſtus: nã licèt in eo adſit modi
30 citas precij coniuncta cum hoc pacto reuendendi, † attamen contractus huiuſmodi non erit iudicandus illicitus, quemadmodum ſi ab alio eſſet factus. ita Bal. poſt gl. in l. cum allegas, in 4. oppoſ. & Fulg. ibi, C. de vſu. Iaſ. in l. ſi quis id, quod. in 5. not. ff. de iuriſ. omn. iud. & in l iuris ignorantia, col. 1. C. qui admit.

Sed aduertendum eſt, quia exiſtimò magis hoc pendere ex arbitrio iudicis, vt ſcilicet ipſe inſpiciat, & arbitretur, quænam ſit perſona ruſtici, & mulieris, prout etiam videtur ſentire Tiraq. in 2. li. Ret. in Præfat. num. 35. ſi enim ruſticus eſſet callidus & ſagax, tunc eius contractus deberet iudicari illicitus, neque excuſaretur propter ruſticitatem, vt credit Cagno. hic, nu. 53. & in l. ſi quis maior, num. 24. C. de tranſactio. Præterea crediderim ruſticitatem, & ſimilem conditionem validam eſſe ad excuſandum tales homines à pœna, ſed non efficere, quin per hoc cõtractus eorum continentes hoc pactum cum minoritate precij reſcindi debeant, nec non condemnari ipſos emptores ad fructuum perceptorum reſtitutionem prout nuք vidi iudicatum Florentiæ in eo Magiſtratu, quem nuncupant Conſeruatores legum, vbi de vſuris, & huiuſmodi contractibus ius dicitur per D. Fernandum Mendea Luſitanum, I. C. inſigni doctrina probitateque laudabilem, eique Magiſtratui præpoſitum. Sunt aliæ circunſtantiæ in actis ruſticorum, quæ plurimum poſſent mouere Iudicem ad eos condemnandos, de quibus per Socin. in tract. fallent. reg. 349. Tiraq. in tract. de pœn cauſa 11. Menoch. in tract recuperan. 9. remed. num. 25. Ioan. Bapt. Plotus

in

in l. ſi quando, § 11. num 8. C. vnde vi.

31 † Idem etiam dicendum eſt de muliere iuxta tradita per Barbat. conſi. 8. lib 4. ſentit Tiraq. vbi ſupra. & circa perſonam mulieris cõſiderari poterunt per Iudicem multæ conięcturæ de quibus latiſsimè Tiraq. in tract de ll. connubiali. l. 9.

32 † Ponitur quoque exemplum in datione in ſolutum, quæ licèt contineat pactionem reuendendi, & minoritatem precij, non per hoc debet iudicari vſuraria, & illicita, quaſi fiat ob cauſam neceſſariam, & in cuius actu non interueniat pecuniæ numeratio, quæ allicit, & ineſcat homines, quod aliter contingit in ſimplici venditione, & hoc fuit originale dictum Fulgoſ. in conſi. 134. incip. in quæſtione uerò, an. verſic. ſed et illud animaduerſione. refert, & ſequitur Dec. conſi. 18 colum. 2. verſic nec obſtat. & conſi. 167. col. 2. cùm concord. de quibus per Cagnol. hic, nu. 64. Tiraq. vbi ſupra, in Præfat. nu. 27. & pro hac opinione faciunt tradita per eum ibi, nu. 25. & in lib. 1. Ret. § 5. gl. 14. nu. 11.

Sed aduertendum eſt, quia contrarium videtur ſentire Angel. conſi. 143. multi conſortes, in fi. Imo. conſi. 98. colum. vlt. verſic. Præterea dicta adiudicatio, & conſi. ſeq. colum. 2. verſic. quintum dubium, Barbat. conſi. 51. lib 1. Couar. vbi ſupra, num. 5.

33 † Vnde per hanc contrarietam crediderim magis in hoc verſari debere arbitrium boni iudicis, prout tenuit Bald. conſi. 311. in quæſtione Galuagnini, colum. 2. in fi. lib. 5. Corn. conſi 346. colum. pen. lib. 1. Crauet. conſi. 156 num. 11. Franciſ. Zoannet. hic, nu. 70. qui Iudex ex varijs conięcturis conſideret, atque diligenter perpendat omnes qualitates, & circunſtantias pro eruenda ſimulatione contractus, & poterit huiuſmodi arbitrium Iudicis ex varijs conięcturis, & præſumptionibus inſtrui, quæ paſsim reperiuntur notatæ per DD. quarum

34 † Prima eſt, veluti ſi pactum de retrouendendo, non in ipſo contractu, aut incontinenti poſt ipſum, ſed ex interuallo fuiſſet appoſitum, quia tunc DD. tradunt non debere argui ſimulatum, etiam ſi adeſſet paruitas precij. ita Alex. conſi. 28. col. 2. verſi. & quamuis nonnulli, lib. 5. Ripa in l. nemo poteſt, nu. 73. ff. de leg. 1. cum alijs de quibus per Cagno. hic, nu. 6. & nu. 130.

Sed aduertendum eſt, quia huiuſmodi traditio mihi nullo pacto videtur ſecura: nam Pau. Caſt. qui etiam pro ea allegatur, in conſi. 109. colum. 2. verſic. eſt etiam, lib 2. ait pactum hoc reuendendi factum eodem die magis arguere ſimulationem, quàm ſi eſſet factũ ex interuallo, & ob id vult ipſe contractum huiuſmodi non carere

ſu-

ſuſpicione, etiamſi pactum fuerit ex interuallo adiectum in alio inſtrumento de per ſe,& ſeparato. ſed quòd tunc non immineat tanta ſuſpicio,ſenſit Alberi.hic in verſi.ſed quid ſi emptor.ſentire videtur Doctor ille relatus inter conſilia Alex.in conſi 119.colum.2.verſi. poſſet ergo,lib.4. vbi refert, quòd ſi concurreret quem eſſe ſolitum fœnerari, tunc non effugeretur præſumptio ſimulationis, etiam ſi pactum de reuendendo fuiſſet factum ex interuallo vnius menſis, aut paulo minoris: ſi quidem vſurarij nihil aliud excogitant niſi cautelas pro euitanda coniectura vſurarum; quod vt facilius ſibi ſuccedat, forſan ex interuallo curarent apponendas iſtas pactiones, & concurrente iſta vel alia ſimili coniectura tenuit Tiraq. in Præfat. vbi ſupra,nu.9.Crauet conſ.156.nu.18.

Quinimò alius Doctor inter conſilia Alex.in conſ.ſeq. videlicet 120. lib. 4. credidit per iſta magis augeri præſumptionem ſimulationis excogitatæ contra huiuſmodi pœnam, tenuit Imo. in d.cap. ad noſtram,poſt Ioan.And.ibi,num.7.uerſic.extra glo.vbi Barbat. ſequitur Alexan.conſi.46 colum.1.uerſic, concurrit & alia, lib.3. & conſi.54. nume.1. lib.6. videtur ſentire Socin. conſi.248.colum.1. lib.2.Bal. in l.cum allegas, col.3. uerſicu.ſed hic dubitatur, de vſur. ſequitur Iaſ. conſi. 153. circa primum,colum.1 lib.4. Ruin conſil. 16.circa primum, col.4.nume.10. lib.4. Bertrand. conſi.184.vidi caſum,in primo dubio lib.1.Quod ultimum mihi ſatis admodum arridet, ſi quidem apparet pactionem illam ex interuallo, & in alio inſtrumento de per ſe & ſeparato nulla alia de cauſa fuiſſe ad-
35 iectam, niſi vt lateret. † Ex quo ſuccedit, vt quæ clanculum, & ſecretò fiunt, magis præſumantur ſuſpecta & doloſa, ut in terminis contractus huiuſmodi, & vſurarum, tradit Cæpol.in tracta.de ſimul.conrract.præſumpt.20.Deci.conſi.235.col 2. uer.4. eſt præſumptio. atque de præſumptione reſultante contra faciẽtem actũ clanculum, & ſecretò, plura ſcribit Tiraq. vbi ſupra in Præfat. numero 13. & in tractat. de pœn cauſa 11. numero 11. Plotus in l.ſi quando,§ quarto,numero 11.C.vnde vi. Roman ſingu.722.& ibi apoſtil.

36 † Secunda poterit eſſe coniectura, veluti ſi in huiuſmodi contractibus factis cum pacto reſolutiuo fuerit interpoſitum iuramẽtum, cuius natura eſt confirmare actus aliàs inualidos, auth. ſacramenta puberum,C.ſi aduer. vend. cap. quamuis,de pac.6.quia tũc illos reddit magis ſuſpectos de ſimulatione & fraude, quicquid dixerit Bal.in conſi.114.ſecundum ea,lib. 3.vbi contrarium reſpondit. Sed hoc tenuit glo.in cap.ſignificauit, verſic. interdixit,in fi.

de

de cenſi. ſequitur Bal.ſibi contrarius, conſi.275. lib.5. Guid. Papæ ſingul 938. propè fin.Socin conſi.215. colum.vlt. verſicu. tertius, lib.2.cum alijs, de quibus per Tiraq.in Præfat.vbi ſupra, nume.16. facit ad hoc inſignis doctrina glo. in l.7. verſi ſi quis ſub conditione, ff.de condit.inſtitu. dum tradit, quòd ex hoc iuramento dato inter ſponſales, quòd neuter ipſorum ſi qua conſanguinitas apparebit, erit ſeparaturus matrimonium, oritur præſumptio, quòd partes ſciuerint conſanguinitatem, & per iſtam glo. colligitur tradita alia, &

37 † Tertia coniectura, nempe ſi contrahentes in contractibus huiuſmodi adieciſſent plures cautelas, quia tunc clauſulæ cautiores, & ſuperabundantes appoſitæ ad talis contractus confirmationem, ipſum magis fraudulentum atque ſuſpectum de vſura arguunt, ita Caſtrenſ.in d.l.7.num.2.Bald.poſt Alberi.in l.pen.C.de euict. Anchara.conſi.257.colum 2.verſic accedit prædictis, Socin.conſi.22. num.13.& ſeq.lib.4.& conſ.90.col.2.uerſ.ſed ſi iſta, lib.3. Dec. in l. quę dubitationis, nu.4. ff. de reg.iur.cum alijs, de quib. per Tiraq. vbi ſupra, nu.17.Soc.conſi.143.col vlt. ad fi.lib.1. quod eſt repetitum conſi.171.lib.2 vbi per iſta tradit aliam, &

38 † Quartam coniecturam, quòd ſicut paruitas precij reddit contractum ſuſpectum de vſura, ita etiam ipſius magnitudo, quaſi exuberantia precij videatur appoſita ad euitandam ſimulationem, quę ſolet oriri ex precij paruitate. ſequitur Tiraquel.vbi ſupra, in Præfatio.num.17.

Quinta erit coniectura, veluti ſi in contractu fuiſſent expreſſa
39 verba huiuſmodi, videlicet, vendidit verè, & non in fraudem uſurarum, quia tunc actus reddetur magis ſuſpectus, Sali.in l.emptione, poſt prin. C. plus vale. quod agi. quicquid ibi dixerit Bald. licèt pro iſta opinione allegetur, vt per Imo.in d.ca.ad noſtram, ſequuntur ibi alij Canoniſtæ, Cæpol.in tract.de ſimul.contract 9.præſumptio. Felin.in cap.ſi cautio, nume. 70. verſic. de materia, de fide inſtrum.Caſſan.conſi.25. ex multis.col.2.verſ.7.Tiraq.in Præfat.vbi ſupra, nu.19.

† Sexta erit coniectura, veluti ſi illa pactio reuendendi ita ſit ini-
40 ta, ne remaneat in facultate venditoris redimere quandocunq; voluerit, ſed tantum poſt aliquem terminum: tunc enim contractus magis præſumetur fœneratitius, & in fraudem vſurarum factus, quaſi per illud tempus emptor voluerit eſſe in lucro certo. quæ coniectura colligitur in d.c ad noſtram, per verba ibi poſita, à ſeptennio uſque ad nouennium, & ibi tradit Abb.in 3.caſu, ubi Hoſti.&

Ioan.

Ioan. And. Guid. Pap ſingul. 477. licet pactũ. verſiculo, quæro mutuaſti, Caſt. conſ. 109. viſa petitione, colum 2. verſi. ſunt etiam alia, lib. 2. Laurent. Rodulf. in cap. conſuluit, in 2. par. q. 61. Lanfranc. in clem. diſpendioſam, colum. pen. de iudi. Bald. conſi. 487. apparet, lib. 1. Alex. conſ. 109. viſo proceſſu, col. vlt in fi. lib. 4. Iaſ. conſ. 150. reuocatur in dubium, numero 1. verſicu. Nec obſtat, lib. quarto, D. Bernardinus in tract. de cõtract. & vſur. in 39. ſermone, articulo ſecundo, cap. 1.

Intelligas tamen præcitatos DD. dummodo vltra iſtam pactionem concurreret minoritas precij, alioquin illa ſola de per ſe non faceret contractum illicitum, & vſurarium. ita Bal in cap. 1. colum. 2. verſiculo, quæro de quibuſdam, vbi Aluar. colum. pen. verſicul. quæro ab extra, in tit. de feu. da. in vic. leg. commiſ. Cæpol. in tract. de ſimul. contract. præſump. 10. Soc. in d. conſi. 248. col. 2. verſi. 4. lib. 2. Iaſ. conſi. 153. lib. 4. Fabian. in tract. de empt. & vend. in 7. q. princ. colum. 3. verſi. 6. quæro, num. 8. Crauet. conſi. 156. nume. 5. Ang. Clauaſ. in Sum. verſic. vſura, 1. nu. 67. Conrad. de contract. q. 83. concluſ. 8. Cagno. hic, nu. 60. Tiraq. lib. 2. Ret. § 1. gl. 2. num. 70. probatur d. c. ad noſtram, dum hoc pacto ponit alia, quæ ſimul reddunt contractum pignoratitium. Sequitur ergo, quòd pactum hoc, ne liceat venditori niſi poſt certum tempus reemere, eſt validum de per ſe, dummodò tamen terminus præfixus non excedat metam 30. annorum, quia tunc non valeret, Ioan. Fab. in l. vltima, C. de pact. pignor. facit, quod tradit Alexand. poſt Angel. in l. qui Romæ, in princ. numero 7. ff. de verb. oblig. licèt ibi DD. agant de pacto, quod eſt ad inſtar l. commiſſoriæ. ſequitur Tiraquel. vbi ſupra, nu. 71.

41 Vnde ſuccedet, quòd antequàm veniat tempus in id præſtitutũ, emptor nõ poterit cogi ad reuendendum. ita Fabian. Etſi dubius, de emptio. vbi ſupra, poſt Bal. quem allegat in notab. conſil. incip. in Chriſti nomine, Si emptor promiſit venditori reuendere, &c. quod conſilium in tali caſu, etſi nullibi reperiatur, tamen recipit, & ſequitur hanc doctrinam Tiraq. vbi ſupra, nume. 73. facit ad hoc illa vulgaris regula, quòd permiſſum poſt tẽpus videtur ante eſſe prohibitum, de qua in l. promiſſor, ff. de conſtit. pecu. cum multis de quibus per Tiraq. in d. gl. nu. 48.

42 † Hæc autem omnia retineas procedere in venditionibus prædiorum, & aliarum rerum mobilium, & immobilium, vt hæc ſola pactio nõ ſufficiat ad reddendum contractum vſurarium, ſecus verò in venditione cẽſuum, vel annuorũ redituum, quia iſta ſola pa-

ctio,

ctio, quod venditori non liceat redimere niſi poſt certum tempus reddet omnino contractum illicitum & vſurarium. ita Coua. lib. 3. var reſo. c 8. nu 8. poſt Moder. Prrif. de contract. q 50. ſed dicitur infra de hoc.

43 † Septima erit coniectura, veluti ſi fuiſſet cautum, quòd in tempore reuenditionis per venditorem maius, aut etiam minus precium fuiſſet reſtituendum, quàm ab emptore fuerit datum, & de maiori pretio, tradit Abb in d. cap. ad noſtram, in quatro caſu, vbi Imo. nu 6 per tex. in d. ca. illo vos, de pignori. Cæpo. in tract. de ſimul. contract. in 4. præſumpt. Ang. Clauaſ. in Sum. verſic. vſura. 1. nu. 61. Guid. Pap. in tract. de contract. illi. col 6. verſ. itē ex eo, quod, Bertrand. conſi. 70. ſi non ſine. col. vlt. lib. 3. cum alijs, de quib per Tiraq. in Præfat. vbi ſupra, nume. 31. Couar. lib 3. var. reſol. cap. 9. in prin.

De minori autem precio tradit Bal. conſ. 114. ſecundum ea, quæ lib. 3. refert, & ſequitur Tiraq vbi ſupra, num. 32. Et hanc coniecturam intelligas, dummodo aliæ concurrant: alioquin ipſa de per ſe non redderet contractum fœneratitium, vt aduertit Cagno. hic, nu. 61. poſt Iaſ. conſ. 153 col. 4. lib. 4.

44 † Octaua traditur coniectura, veluti ſi venditor remanſerit in poſſeſsione rei venditæ, quia tunc contractus arguetur magis ſimulatus & vſurarius, Dec. conſi. 692. poſt Bal. in l. 3. verſ. primo caſu, C. plus val. quod agi.

Et iſtam coniecturam intelligas, dummodo venditor non remãſiſſet in poſſeſsione, vt quia emptor ſibi locaſſet rem pro certa annua penſione ſeu fructuum perceptione, quia tunc iſte actus eſſet licitus, vt aduertit Imo. poſt Abb. num. 5. in d. cap. illo vos, nu. 18. reprobata opinione quorundam antiquorum, qui contrarium ſentiebant, quo caſu illa poſſeſsio venditoris non obeſſet, vt per Deci. conſ. 648 aduertit Cag. hic, nu. 60.

Sed vide Tiraquel. de iure conſtitu. poſſeſſ. parte tertia, limitat. noua, numero tertio, Ambroſ. à Vignat. in capit. ſalubriter, nume. 114 Crauet. conſ. 156. nu. 10. qui omnes etiam in hoc caſu locationis contrarium tenent.

45 † Noua traditur coniectura, veluti ſi ex lege reuenditionis cautũ ſit vt onus gabellæ ſoluendæ in totum ſpectet ad venditorem, quia tunc actus magis arguetur ſimulatus, licèt hoc de per ſe non ſufficeret, vt reſpondit Alex conſ 46. lib. 3. quia hoc eſt proprium onus emptoris, Alberi. in l. & ideo. de condi. furti. Bald. in rubric. C. de rc. cre. Alexand. conſi 51. viſis, lib. tertio, cum alijs de quibus per

Dec.

Dec in rubr, in vlt. lect. num. 8. ff ſi cert pet.

Item ſi cautum ſit, quòd omnes expenſæ veluti chartarum, & inſtrumentorum, pertineant ad ipſum venditorem, nam tunc ſimulatio indicabitur, vt per Cæp. vbi ſupra in 6. præſump.

46 † Item etiam ſi fuerit pactum, quòd venditor in poſſeſsione remanens teneatur deferre fructus ad domum emptoris: nam clarum eſt, quòd in debitis, quæ non habent annexam recognitiouem dominij, vel exhibitionem reuerentiæ prout emphyteuſis, cenſus Dominicales, & feuda, debitor non tenetur mittere ad domum creditoris, Guil. Alberi Bar Bal Caſt. & alij in l. item illa, de conſti. pecu. Bal in l. vlt C. de cond inſert. l. ino. in l. cum filiusfam § vlt. reiecta opinione Ang. ff. de verb. oblig.

47 † Non deſunt quoque multæ aliæ coniecturæ, veluti ſi pœna fuiſſet adiecta in contractu, quia tunc præſumeretur in fraudem vſurarum, de quo per glo. Bar. & alios in l. rogaſti, § ſi t. bi, ff ſi cer. pet. & latè tradit Laurent. Rodulf. in d. capitu. conſuluit, par. 2. quæſtio. 67 num 91.

48 † Similiter ſi venditor donaſſet in contractu pluris ualentiam, ex ea donatione contractus argueretur magis ſimulatus nullis præcedentibbus meritis cur talis donatio fieri deberet. ita Bald. conſi. 311 in quæſtione Galuagnini, col. 2. lib. 5. Calca conſ. 26. colu. 8. circa medium, Crauet. conſi. 156. quem videas ibi ponentem alias coniecturas, necnon Tiraq plures etiam recenſentem in 1. lib Ret. § 1. glo 7. nu. 75. & ſeq & in glo. 14 nu. 22. & ſeq. aliam quoque ponit Deci conſi. 123 col. 1.

49 † Et vt demum finem iſtis coniecturis imponas, ſcias quòd omnia pacta inſolita & inuſitata, quorum multa congeruntur per Cæpol. vbi ſupra, Ambro. à Vigna. in d. cap ſalubriter, nume. 99. & ſeq & paſſim reperiuntur tradita per DD reddent contractum magis ſimulatum, & vſurarium, vt tradunt Bal. Ang & Caſt in l. 7. per illam glo. ff de cond. inſtitu. Feli in c. 2. nu. 17. uerſicu & iſta precedunt. de reſcrip. Iaſ in l teſtamentum, col 2. C. de teſta. Socin conſi. 127. quoniam, nume 7 uerſi. in primis, lib. 3 cum alijs, de quibus per Tiraq in 2. lib. Ret. in Præfat. nume. 32. Pet. Gerard. Petraſan. ſingul 77. num 6. vbi apoſtil retinendo ſemper, quod in omnibus ſupradictis multùm deſideratur arbitrium iudicis, cui iſta omnia demandantur, & dummodo vltra dictis coniecturas, atque pactiones inſolitas concurreret paruitas precij, alioquin de per ſe non ſufficerent ad conuincendum cõtractum vſurarium, & illicitum prout dicitur ſupra.

Neque

50 † Neque ab re cenſeas finiſſe adiectas prædictas coniecturas, ſi quidem ſatis efficient ad indicandum contractum magis ſimulatum & vſurarium, quod aliàs eſt difficilis probationis propter excogitatas fraudes, & calliditates, quibus fœneratores in huiuſmodi tractatibus ſolent vti, Iaſ. in l. ſi quis ex argentarijs, §. prætor ait, nu. 26. & ſeq ff de eden. Alexan conſi. 46 colum. 1. lib. 3. & conſi. 197. col. vlt. verſic. accedit illud, lib. 7. Laurent. Rodulf. vbi ſupra, quæſt. 58. Rip. lib. ſecundo reſponſ. cap. 2. nume. 7. Cæpol. ſimiliter Præſumptio vltima.

51 † Simulatio enim contractus dicitur ſufficienter probari ex cõiecturis, Bal. in l. emptione, C. plus vale quod agi. cum alijs, vt per Dec. conſi. 123. numero primo, latè Crauet. conſi. 73. nu. 7. & conſi. 156. num. 7. poſt Calcan. conſi. 26. colum. 11. & alios, de quibus ibi per eum.

Et aliàs traditum eſt generaliter pro regula, vt hoc in perpetuũ procedat in omnibus his, quæ callidè, ſimulatè, & occultè fiunt, ſ. non omnes, §. a Barbaris, ff. de re mili. Iaſ. in d §. Prætor ait, Dec. in c. cum cauſam, col. 3. verſ. & iſta concluſio, de probat. Tiraq. in 1. lib. Ret. §. 1. glo. 14. nu. 58. & latius in Præfat. vbi ſupra, nume. 37. & paſſim de hoc multa tradunt DD.

SVMMARIVM.

52 *Tributum unde dictum, & quale ſit.*
53 *Vectigal quid ſit.*
54 *Cenſus unde procedat, & quando inductus.*
55 *Cenſores qui apud Rom.*
56 *Cenſus priuatus definitur.*
57 *Cenſus reſeruatiuus, quid ſit.*
58 *Cenſus conſignatiuus, quid ſit.*
59 *Cenſus quotuplex, & eius diuiſiones.*
60 *Cenſuum emptiones, qui ſuper alienis rebus conſtituuntur, nunquid licitæ.*
61 *Cenſus emptio ad uitam, licita ob incertitudinem lucri.*
62 *Cenſus euitandi ob eorum periculum.*
63 *Cenſus licitus ſi conſtituitur ſuper certis fundis aut rebus, ſecus aliter.*
64 *Cenſus licitè emi poteſt, etiam ſi certa pecunia conſtituatur, puta ad rationem quinque pro centum.*
65 *Certitudo curſus cenſus arguit contractum uſurarium.*

66 *Hypothe-*

66 *Hypotheca cenſus eſt priuilegiata, nec ſequitur conditionem aliarum hypothecarum.*

67 *Poſſeſſor prædij,in quo eſt cenſus,conueniri poterit nulla præcedente excuſſione.*

68 *Poſſeſſor vnius rei nunquid ab emptore cenſus poſſit inſolidum conueniri.*

69 *Cenſus licitus,quando facultas redimendi eſt collata in uoluntatẽ uenditoris,ſecus ſi emptoris.*

70 *Cenſus licitus,quando conuentum ut redimatur pro eadem ſumma.*

71 *Cenſus redimibilis licitus,etiam ſi emptus ſit conditione,ut non in partem ſed totum ſimul redimatur.*

72 *Cenſus tunc licitus,ſi contineat iuſtum precium.*

73 *Precium iuſtum cenſus quale.*

74 *Precium iuſtum cenſus quando ſit emptus ad rationem decem pro uno.*

75 *Precium iuſtum cenſus quantum aſcendit cumulus penſionum, ad annos 15.*

76 *Precium iuſtum cenſus,ſi pro centum conſtituantur annua ſex.*

77 *Precium iuſtum cenſus,ſi ematur ad rationem xx.pro uno.*

78 *Precium iuſtum cenſus,ſi emptus ſit ad rationem unius pro 25.*

79 *Precium iuſtum cenſus perpetui, ſi emptus ſit pro communi æſtimatione rei ſuper qua eſt conſtitutus.*

80 *Cenſus tunc iuſtus, ſi commenſurabitur ad rationem fructuum, qui percipiuntur ex re,in qua ſit conſtitutus.*

81 *Cenſus tunc licitus,quando illius redditus ſit incertus.*

82 *Precium iuſtum cenſus ad uitam ementis quale.*

83 *Cenſus ad uitam ementis licitus,etiam ſi conſtituatur ſuper rebus incertis & perſona.*

84 *Bulla Nicolai V.Pont.periculoſa, & ſuſpecta.*

85 *Bullæ Nicolai V.Pont.tenor.*

86 *Bulla Nicolai V.Pont.reijcitur, & quibus rationib.*

87 *Conſtitutio Calixti III.Pont.arguitur ſuperflua.*

88 *Bulla Nicolai V.Pont.duo in ſe continet iniuſta*

§. 2.

AGENDVM eſt modo de cenſibus, quos alij annuos redditus uocant, quorum contractus latè in Repub.percrebuit. Vnde pro ipſius materiæ perfecta explicatione capiendas duxi inſignes Conſtitutiones relatas inter extrauagantes communes in titulo de emptione, & venditione qua-

rum prima ſtatuta fuit à Martino V. Pont. anno 1423. Altera verò à Caliſto III. anno 1453. Et ne rē ipſam illotis manibus pertractemus, pauca referri oportet de vera, cenſus ſignificatione atque origine; pro cuius rei notitia ſciendum eſt reperiri certa penſionum genera, videlicet tributum, vectigal & cenſus.

52 † Tributum modò, ut nomen ſonat, à tribuendo ſeu contribuendo dicitur, eo quòd quiſque ſtipem tribuebat. & quoniam antiquitus illa ſtipum contributio non fiebat niſi ad alendum publicum militem, inde etiam ſtipendium deriuatum eſt, & de utroque habetur in l. ager, ff. de verbo. ſigni. & clarius apud Liuium lib. 4. Deca. 1. Erat enim tributum, ut inquit Varro, pecunia populo imperata, quæ tributim à ſingulis pro portione cenſus exigebatur; & vt ait Feſtus, tria genera fuerant, vnum quod in capita, alterum quod ex cenſu collatum erat, tertium quod extra ordinem imperatum, idque temerarium dictum. Sed tributum à cenſu differt tam ratione materiæ, quàm finis. Tributum quippe de terrę naſcentibus in ſubſidium Regis vel Reip. contribuitur: cenſus verò de capite ad profitẽdum ſubiectionem.

53 † Vectigal autem erat penſio illa pecunię, quę à ciuibus Romanis exigebatur de mercimonijs, quę negociationis gratia vehebantur, illaq; deſeruiebat ad murorum, pontium, aliorumque id genus publicorum operum refectionem, idq; à vehendo dictum creditur, atque vectigal huiuſmodi, vel portorij nomine, vel decumarum & ſcripturę, vel ſalis, vel vigeſimę ſoluebantur, & huiuſmodi tam tributorum, quàm vectigalium penſiones locabantur publicanis à cenſoribus exigendæ, vt apparet in tit. de Publicanis, & vectig. ff. quantam verò publicani pecuniæ ſummam vectigalia vel tributa redemerant, tantam Reip. repræſentare debebant. Repræſentabant autem Queſtoribus ærarij, penes quos tabulæ ærarij, atque adeo ærarium ipſum erat, vt latius uidere poteris apud Carolum Sigoniũ de antiq. iu. Ciui. Rom. cap. 16. de iu. tribut. & vectig.

54 † Cenſus modò à cenſendo creditur deriuare, eo quòd recenſeri facultates debebant, quò inde tributa pro earum ratione ſolui poſſent, vt colligitur ex l. forma, ff. de cenſi. & Cic. in Planciana his verbis, Illud quęſo ſint ne iſta prędia cenſui cenſendo? ſubſignari apud ærarium, apud cenſorem poſsint? In qua denique Tribu iſta prædia cenſuiſti? Cenſus æs & præterea numeratę pecuniæ centum triginta millia, cenſus ęs mancipia Amintæ. Cenſus ergo erat penſio illa, quam ciues viritim pro capite Reip. vel Principi pendebant, quem autore Liuio lib. 1. Deca. 1. & Dionyſ. lib. 4. Seruius Tullius

Rex

Rex in Rempu.intulit, atque in hoc modo ageretur inſtituit populum vniuerſum iureiurando adactum fortunarum ſuarum æſtimationem apud ſe profiteri iusſit, qua cognita eundem in ſex claſſes, & centum tres ac nonaginta centurias ita diſtribuit, vt in primas centurias, qui maximo eſſent cenſu conijcerentur, in reliquas verò deinceps, qui minores, inde verò cenſendi manſit inſtitutum, vt ciues omnes in ſua quiſque Tribu, claſſe, centuria, iureiurando dato, apud eum, penes quem ius cenſendi populi eſſet, nomina ſua vxorum, liberorum, libertorum, ſeruorumque ſuorum profiterentur. præterea ætatem omnium regionem, quam habitarent, & fortunarum ſuarum æſtimationem deferrent autore Liuio lib. 4. Dec. 3. & I.C.in d.l.forma. Hoc autem ius primum Regum, deinde Coss. & Dictatorum, poſtremò proprio ad id Magiſtratu creato Cenſorum
55 fuit. Itaque poſt ſemper cenſoria cura extitit, & idem factum, vt Varro rectè dixerit, Cenſorem eſſe, ad cuius cenſionem, id eſt arbitrium cenſeretur populus. & Feſtus Cenſores dictos quòd rem ſuam tanti quiſque æſtimare ſolitus ſit, quantum illi cenſuerint. Hic autem cenſus duas opportunitates Reipu.attulit, nam & numerum eorum, qui arma ferre poſſent, oſtendebat & pecuniarum magnitudinem, quibus bellorum ſumptus ſubſtinerentur, indicabat, vt rectè tradit Sigonius lib. 1. de antiq. iur.ciui.Roma. cap. 14. de iu. cenſus. Quamobrem inde factum fuit, ut dum Cess.vellent perſonarum capitacalogo eſſe recēſita, quò ſibi innoteſceret quantum eſſet eius Imperium, cenſum agebant, atque ob iſtam cauſam deſcribi orbem iubebant, cuius utique ſuperbię pęnes dedit Dauid, nempe quòd populum numerauit, vt legitur 2. Regum, 24. Cenſus ergo non pro defenſionem & gubernatione Reip. quemadmodum tributum pendebatur, ſed ille quidem in iugum ac ſubiectionis ſignum, & hoc erat de quo Iudęi Chriſtum ſciſcitabantur, ubi quęrebant an licebat Cæſ. cenſum ſoluere? non enim tributa perſoluere recuſabant, ſed illud, quod iugum ſubiectionis deſignabat, à qua ipſi ſe liberos arbitrabantur tanquam filij Abrahæ. Vnde alibi, nos filij Abrahæ ſumus, & nemini ſeruiuimus vnquam. qua de cauſa cenſus iſte apud Chriſtianos Principes non eſt uſu frequens, eo quòd ad ſuperbiæ tumorem potius, & auaritię ſitim attineat, quàm ad publicorum ſumptuum neceſſitatem. ſatis namque ſe ciues ſubditos profitentur cum alia iura capeſſunt. moris autem fuit primum Romanorum ut in foro, deinde in Villa publica, quæ erat in campo Marcio, cenſus ageretur, quem morem à Cęſ.labefactatum oſtendit Suetonius in eius Vita, capitu.41. Pœna uerò incenſi maxima fuit: is. n.

publicatis bonis lege Seruij Tul. uerberatus ueniebat, ut inquit Diony. lib. 4. & Vlpianus maximam capitis minutionem eſſe, per quam ciuitas, & libertas amittitur, ait, vt cum incenſus aliquis uenierit. Cenſus modò à nobis propoſitus nihil commune habet cum illo publico, ſed cum ſit penſio, quam quis ſuper ſuis bonis aut perſona conſtituit, ſumpta a cenſu metaphora nomen aucupatum fuiſſe arbitror, & vt ſignificantius agamus.

56 † Cenſus noſter eſt ius percipiendi penſionem ſiue in fructibus ſiue in pecunia uel re aliqua utili. Adnotandum eſt tamen, quòd in iure cenſus bifariam conſtituitur, nam alter reſeruatiuus, alter uerò conſignatiuus appellatur.

57 † Reſeruatiuus eſt, quando quis rem ſuam alteri tradit reſeruato ſibi iure quotannis percipiendi partem quampiam, de quo in l. ult. C. de re. permut. ubi rebus ſuis donatis ille menſtruum ſiue annuum cenſum reſeruauerat, de quo meminit glo. in ca. conſtitutus, de religio. domi. verſi. iuxta ratam, condemnatur enim ibi quidam Abbas, qui penſionem debitam multis retro annis non ſoluerat, non vt ius prædij amitteret, de quo penſionem debebat, ſed ut penſionem perſolueret: & tamen ſi fuiſſet emphyteuſis prædio ipſo expoliandus erat, l. 2. C. de iu. emphy. quamobrem rectè inquit glo. ibi, quòd emphyteuſis in hoc differt à cenſu, quando enim quis in emphyteuſim dat alteri prædium ſuum, quia non transfert dominium directum ſed tantum vtile, ſi non ſoluitur penſio, prædium redit ad ipſum dominum. Sed quando dat bona ſua alteri ſub cenſuali penſione, quia transfert dominium rei in alterum, quantocunque tempore ceſſet ille penſionem ſoluere, non perdit ius prædij, pro ut tradunt communiter DD. in d. c. conſtitutus, ſed debet penſionem. Hactenus de cenſu, quem dicunt reſeruatiuum.

58 † Sed cenſus noſter, quem conſignatiuum vocant, eſt dum quis retentis ſuis bonis eorumque uſu conſignat alteri certam penſionem, quam obligatur ſingulis menſibus aut annis ſoluere.

59 † Atqui hunc cenſum plurimis diuiſionibus partitur Conrad. de contract. q. 72. Nam ex parte fundamenti, in quo conſtituitur, alterum realem dicunt, puta qui in re conſtituitur: alter uerò perſonalis, qui conſtituitur in perſona, mox ex parte rei, quæ recipitur, alterum dicit fructuarium, ut pote dum recipiuntur grana, & alii fructus; & alterum pecuniarium, ut cum recipitur pecunia. Rurſum alterum certum, puta cum taxati ſint fructus, ſeu pecunia, & alterum incertum, dum non definitur niſi quota, ita ut tertiam partem, vel aliam fructuum recipias: deinde alterum perpetuum, alterum

tempo-

temporalem. Preterea alterum pro certo annorum tempore, & alterum pro incerto, puta pro tota vita, quem vintalitium vocat; ac demum alterum redimibile, atque alterum irredimibile. refert etiam & ſequitur diuiſiones huiuſmodi Domin. Sot. libro. ſexto, de iuſt. & iure, queſtione quinta, articu. primo, colum. 3. de quibus ſingulis eſt agendum.

Pontifices ergo relati, vt propius rem attingam, Conſtitutiones illas promulgarunt quò deciderent acrem diſſenſionem olim inter DD. exortam: ſæpius enim agitatum, & diſputatum fuerat a Theo-
60 logis, & noſtris Scriptoribus, † Nunquid emptiones cenſuum ſeu annuorum reddituum, qui ſuper alienis rebus conſtituuntur eſſent licitæ, nam illicitas eas tenebat Salic. in authen. ad hæc, in fin. C. de vſur. poſt Gregor. Arimin. per ſe relatum, ſequitur Henric. Gandauenſ. quodlibet, q. 39. pro qua opinione adducuntur plures rationes, de quibus per DD. inferius citandos, & in ſpecie per Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 7. num. 2. & ante eum Guielm. Bont. in ſuo tract. de vſur.

Sed licitas huiuſmodi emptiones eſſe deciſum fuit per ſupradictas Pontificum Conſtitutiones, & prius hoc magis communiter probarunt Scriptores noſtri atque Theologi, videlicet Innoc. communiter receptus in cap. in ciuitate, de vſur. ubi Hoſtienſ. Ioan. And. Card. Florent. Abb. Oldra. conſi. 207. Lapus alleg. 137. num. 15. Bald. in l. 1. colum. 7. verſicu. & hoc facit ad q. C. de his quæ pœn. not. Laurent. Rodul. in capit. conſuluit, par. 2. q. 7. & ſeq. Guid. Papæ, in tract. de contract. illici. cum multis, de quibus per Tiraq. remiſſiue in 1. lib. retract. §. 1. glo. 1. numero 16. E Theologis verò tenebant D. Anton. Floren. in Sum. 3. par. titu. 1. cap. 14. num. 14. verſic. alius contractus. Sylueſt. in Sum. verſi. vſura leg. 2. in 2. quæſtio. Ange. Clauas. in Sum. in eod. verſic. leg. 1. verſi. 44. Riccard. in 2. quodlib. q. 23. artic. 3. Ioan. Gerſon in lib. de contract. Pet. Vberti in lib. de culta vin. cap. 2. part. 4. & poſt illas Conſtitutiones tenuerunt Conrad. de contrad. q. 83. colum. 14. Ioan. Maior. in 4. ſenten. diſt. 15. q. 42. Ioan. à Medin. de Reſtitu. ca. de cenſi. Domin. Soto lib. 6. de iuſtit. & iure, q. 5. arti. 1. Nauar. in Comment. ſuper capit. ſi fœneraueris, 14. q. 3. nume. 76. & ſeq. Rauen. in d. capitu. in ciuitate. Caſſane. in Catalo. Gloriæ Mundi parti. 12. conſid. 99. fallent. 25. Moder. Pariſi. de contract. q. 10. num. 140. Tiraq. & Couar. vbi ſupra. Et hoc non debet amplius in dubium reuocari, cum iam deciſa ſit controuerſia per illas Pontificum Conſtitutiones, & velut in rem iudicatam tranſacta, quæ conſtitutiones confirmant non ſolum annuos redditus antiquitus conſti-

tutos, & abſque vlla vſurarum ſuſpicione emi, & vendi posſint, ſed etiam confirmant penſiones, quæ de nouo conſtituantur, vt per præcitatos DD. quod nullam in ſe continet dubitationem.

61 † Similiter emptio cenſus, vel annui redditus, ad vitam multo magis licita erit ob incertitudinem lucri, & damni, de quo in l. de fideicommiſſo, C. de tranſactio. & ibi notant DD. Innocent. & alij in d. c. in ciuitate, quorum opiuio communis eſt, vt per Iaſ. in l. 1. in 1. lect. num. 63. C. de ſum. Trin. cum multis, de quibus per Coua. vbi ſupra, damnantem ibi opinionem Henric. Gandau. qui talem contractum illicitum cenſet, quodlib. 1. q. 39.

Verùm quia hoc genus contractus video redactum hodie ad inſtar pallij, ſeu clypei, pro ſubterfugiendis vſuris, & abſque labe vix

62 cenſum exerceri poſſe arbitror. † Quamobrem ab ipſis amicos abſtinendos ſuadet Tiraq. vbi ſupra, nume. 16. poſt Innoc. in d. cap. in ciuitate. Bertrand. conſi. 170. ſi non ſine. lib. 3. Couar. lib. 3. var. reſol. capitu. 8. nume. 7. ideo Conſtitutiones illæ ſunt diligenter attendendæ iuxta terminos ſuos, neque alio modo extendendæ. Vt ex hoc colligere poſsis, quàm miſerè, & fruſtra laborauerint Neoterici Pariſienſ. cum illis Analyticis explicationibus, ſeu noua, & illa quidem falſa doctrina, dum cenſuum ſeu annorum redditutum materiam latiſsimè tradentes in tract. de contract. quàm plures caſus abſque iſtarum conſtitutionum, vel alterius legis autoritate tanquā licitos docuerunt, excogitantes hanc eſſe Noſtratium vſuram loco veterum Romanarum vſurarum ſubrogatam, quę vt dicunt ibi, q. 70. numero 446. eſt inuentum quoddam conſuetudinis hominum, & quidem perditorum. Vnde non mirum videri debet ſi ipſi a legibus, & à vera doctrina tanquam a ſcopo interdum aberrantes, quo plura circa hoc ſcripſerint, eò magis intricauerint, & prolixius tanquam fędè errauerint prout extra viam ambulantibus euenire ſolet. Tu ergo caſus in hiſce conſtitutionibus tantummodò expreſſos perquires, cęteros verò tanquam illicitos omittes, vt per Nauar. in Manua. confeſſo. ſub num. 7. præcept. cap. 17. num. 232.

63 † Quamobrem infertur primò ex verbis dictarum Conſtitutionum ibidum dicitur, *Super bonis dominij, &c.* quod ipſæ loquuntur eo caſu, quando cenſus, ſeu redditus illi conſtituuntur ſuper certis fundus, aut rebus. cæterum ſi conſtituerentur ſuper bonis aut rebus incertis, vel ſuper perſona, eſſent prorſus illiciti, atque ſuſpecti, Innoc. in d. c. in ciuitate, & ibi Ioan. de Ligna. alijque, Aret. conſi. 151. viſo themate, col. 3 Abb. in diſput. 5. colum. ult. Rodulf. in d. ca. conſuluit, 2. par. q. 12. Caſſan. in catalogo Gloriæ mūdi, par. 12. cōſid. 98.

fallent.

fallent.25.& conſi.63.nume.6.tenet Ang. Clauaſ. in Sum. ver. vſura, ver.78.& maior Theologorum pars, qui omnes teſtantur hanc opinionem communiter receptam.& meritò, quia peremptis & deſtructis rebus perimi debet cenſus, vt emptor rei emptæ periculum ſubeat, quemadmodum tenetur de natura contractus, l. 1. C. de peri. & commo. rei vend. probatur etiam expreſsè per has Conſtitutiones, quas in priori in ver. ſed ad hoc. in poſteriori ver. ſed iidem ementes, in quibus habetur, quòd deſtructis & peremptis rebus, ſuper quibus ſunt cenſus, ſeu redditus conſtituti, emptores non poſſunt agere contra venditores.

Et licèt Conrad. de contract.q.74.& ſeq. & Moder. Pariſ. nu. 22. Ioan. à Metin. in tracta. de reſtitu.q. de cenſibus, col. 5. Dom. Soto li. 6. de iuſt.& iu.q.5.art. 1.col. 3. defendere videantur emptiones cenſuum, ſeu annorum redditum ſuper incertis rebus poſſe conſtitui, caueriq; poſſe non ſolum de actione reali, ſed etiam perſonali, atque hoc teneat expreſsè Couar.lib. 3. var. reſol.ca. 7. nu. 5. pluribusque moueatur, vt per eum.

Nihilominus à præcedenti opinione frequentiſsimo omnium conſenſu recepta non eſſet recedendum, alioquin induceretur nouum atque illud malum vſuræ exemplum, & aperiretur via improbis hominibus exercendi vſurariam prauitatem, quamobrem ab huiuſmodi contractu abſtinendum, vt rectè oſtendit Nauar. in Commenta. de vſur. nu. 90.& ſeq. Atque hoc conuenit cum illa ſaluberrima Conſtitutione, quam ſuper forma creãdi cenſus edidit de anno 1568. Pius hoc nomine V. Pont. optimus atque ſanctiſsimus, cuius vitę integritatem, exempla, geſta admirabilia, moreſque plurimum in Chriſtiana Rep. commendabiles, ſicut nos vidimus, atque fuimus experti, ita & poſteri certè obſtupeſcent.

64 † Infertur ſecundò ibi dum dicitur, *Et pro qualibet Marcha annui cenſus, x.* quòd iuſtè & licitè emi poſſunt cenſus, ſeu redditus annui pecunia ſoluendi, etiam ſi cenſus ipſi certi conſtituantur, utputa quinque annui aurei. ſequitur Conrad.q.79. concluſi. 3. & 5. & 8.& q.80. concluſ. 3. Ioan. à Metin. de reſtitut. capi. de cenſu ad tempus determinato, & Moder. Pariſ. de contract. q.7. ampliant emptionem licitam eſſe, etiam ſi fiat ad determinatum tempus, puta ad annos decem.

Sed aduertendum eſt, quia credo tunc huiuſmodi contractum ſuſpectum omnino illicitum reddi, quando per ipſas Conſtitutiones apparet tempus liberè conferri debere in voluntatem uenditoris, vt dicetur inferius, & eo maiorem continet ſuſpicionem poſt-

quàm tam paruo temporis curſu tota ſors & precium ipſum reci-
pitur. quamobrem illos in tali caſu à Rep. Chriſtiana longè rele-
65 gandos cenſet Couar. vbi ſupra, nu. 4. Et quòd certitudo curſus an-
nui redditus arguat contractum illicitum & vſurarium, tenet Ioan.
Andr. in addit. Specul. ſuper Rub. de vſur. tradit Deci. conſi. 123.
colum. vltim. quod intelligo in emptione annui redditus, in qua
ſors & precium non ab alienatur ab emptore: ſecus aliter, pro ut
eſt, quando ad vitam emuntur cenſus, de quo dicitur in cap. naui-
ganti, de vſur.

Infertur tertiò ex illis verbis, *Efficaciter obligantes.* quòd res tan-
66 tum, ſuper qua eſt conſtitutus cenſus, hypothecatur emptori, quæ
hypotheca reperitur priuilegiata, nec ſequitur conditionem aliarũ
hypothecarum. Regulariter enim traditur quòd tertius poſſeſſor,
qui nec contraxit, nec contrahenti hæres extitit, conuentus hypo-
thecaria poſsit opponere excuſsionis cauſam, auth. hoc ſi debitor
C. de pignor. cum concord. Sed poſſeſſor huius prædij, ſuper quo
67 fuerit conſtituta penſio † huiuſmodi, conueniri poterit ad eius ſo-
lutionem etiam nulla facta excuſsione, quaſi res quodam iure ſit
affecta, vt tranſeat in quemlibet ſingularem ſucceſſorem cum hoc
onere, tradit Gui. Papa q. 42. & q. 576. Caſſan. in conſuet. Burgund.
Rub. 11 §. 6. in prin. num. 6. Coua. li. 3. var. reſol. cap. 7. nume. 6. Sed
ſi cenſus conſtitutus fuiſſet, puta ſuper tribus prædijs aut domibus
quæ quidem ad plures & diuerſos poſſeſſores tranſierint, quæritur
68 nunquid emptor † poſsit inſolidum a quolibet poſſeſſore exigere
integram penſionem, vel teneatur quemlibet poſſeſſorem pro ſua ra
ta conuenire, & in alia hypotheca quilibet poſſeſſor inſolidum tene-
tur eſt tex. in l. Moſchis, in prin. & ibi Bart. poſt gl. in verſi. poſſeſſor,
ff. de iu. fiſci, ſequitur Practicus Ioan. Pet. de Ferrar. in libel. Reſpon-
ſio. ad actionem hypothecariam §. exceptionem, nu. 28. Iaſ. in §. item
ſi quis in fraudem, nu. 128. Inſti. de actio. Anto. de Fano in tract. de pi
gnori. 1. memb. 8. par. nu. 50. poſt Corne. conſi. 153. ſuprascripti, in
fin. lib. 1. & hanc ſententiam veram eſſe cenſet Afflict. in Conſtitu.
Neapo. lib. 1. Rub. 17. nu. 26. facit quia hypotheca dicitur indiuidua,
l. rem hęreditariam, ff. de euictio. l. pignoris, ff. de pigno. Bal. in l. quan
diu, ff. de diſtrac. pignor.

Et licèt contrarium teneat Dyn. in d. l. Moſchis, Ioan. Fab. in d. §.
item ſi quis in fraudem, col. pen. num. 26. Caſſan. in conſuet. Burgun.
Rub. 5. §. 2. num. 37. quam ſententiam æquiorem eſſe, & ob id in Re-
gno ſeruari teſtatur idem Afflict. d. nume. 26. Tamen à præcedenti
non eſſet recedendum, quæ eſt magis communiter recepta vt per

Couar.

Couar. vbi ſupra. Sed quò ad hypothecam, quæ oritur ex hac cenſus Conſtitutione, retineas poſſeſſorem unius prędij non debere in ſolidum cōueniri, ſed teneri pro portione poſſeſſa, Gui. Papę, q. 432. Caſſan. in d. §. 2. nu. 35. Rupellan. in lib. 1. Forenſ. inſtitut. ca. 10. Couar. vbi ſupra. faciunt tradita per Abb. in ca. conſtitutus, nume. 8. de religio. domi. vbi Anchara. num. 13. in quibus locis tradunt ipſi quod quando vna penſio conſtituitur pro pluribus rebus, tacitè videtur diſtributa in ſingulas res, vt ſic quælibet res teneatur pro rata ad penſionem conſtitutam.

Infertur quartò ibi per illa verba, *Et ſemper in ipſis contractibus.*
69 † quòd cenſuum emptio licita eſt etiam hac pactione adiecta, vt ſemper venditori ſit facultas atque gratia quandocunque velit illos redimere. vnde videtur dicendum à contrario ſenſu, quòd ſi facultas redimendi eſſet collata in voluntatem emptoris, non valeret contractus. ita Dom. Soto li. 6. de iuſt. & iu. q. 5. art. 3. col. 2. Couar. li. 3. var. reſol. cap. 9. nu. 4. poſt Moder. Pariſ. q. 55. & quæſ. 58. Conrad. de contract. quæſ. 74. concluſ. 5. quicquid in contrarium ſenſerit Ioan. a Metin. Similiter ſi adijceretur pactum reſtrictum, videlicet, vt liceat venditori redimere vſque ad certum terminum, poſtea vero maneat huiuſmodi cenſus perpetuus, quòd reiecta hac pactione nihilominus poſt illud tempus duraret etiam facultas redimendi, tradunt Moder. Pariſ. de contract. q. 50. nu. 352. Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 8. nu. 7. qui atteſtatur hoc quampluries ſe vidiſſe ſeruari in Granatenſi Prætorio. Quinimò nonnulli videntur uoluiſſe per hanc pactionem contractum reddi vſurarium & illicitum, vt per Moder. Pariſ. vbi ſupra. tradit Gui. Papæ, q. 516. & in tract. de contract. illici. nu. 26. D. Anton. Floren. in Sum. tit. de vſur. ca. 2. §. 13. num. 25. Sylueſt. in Sum. ver. uſura, 2. 15. q.

Sed aduertendum eſt, quia exiſtimo contractum per illam pactionem haudquaquam reddi iniuſtum ſiue vſurarium, neque pactionem illam reſtrictam debere a contractu reijci, ſed obſeruari, dū modo tamen interueniet iuſtum prècium, vt tenet Conrad. de contract. q. 83. conclu. 8. Ioan. a Meti. de reſtitu. cap. de cenſu redimibili. & melius tradit Do. Soto lib. 6. de iuſt. & iu. q. 5. art. 3. col. 3. in 3. concluſ. quod puto verum, nam quemadmodum cenſus liberè, & perpetuò vendi poteſt, vt ſupra firmatur, non uideo quare impediatur contractus cum hac pactione, in qua quidem adeſt maior ratio emptionis, ac ſubinde minor vſuræ ſuſpicio, ut per Sotum. Nec obſtant Pontificum Conſtitutiones, quibus conceditur quandocunque libera redimendi facultas, quia illæ expreſſerunt pactum, quod re-

gulariter

gulariter concipi ſolet, non tamen quòd excludere voluerint conuentionem huiuſmodi, quæ nihil ſuſpicionis redolet vſuræ. Minus obſtant Doctores in contrarium præcitati, quia intelligi deberent, quando libertas redimendi reſtringeretur ab initio, veluti ſi cenſus fuiſſet emptus hac pactione adiecta, ne uenditori liceat redimere niſi poſt x. annos, tunc enim cenſus redderetur illicitus atque vſurarius, & omnino vitiaretur, quaſi emptor velit eſſe certus de lucro vltra ſortem, & de fructibus eo tempore, quo redimi non poteſt cenſus, atque hoc tenuit Hoſt. in d. cap. in ciuitate, ad fi. vbi Henric. Bohic, Bald. conſi. 487. lib. 1. & in conſil. 114. libr. 3. Guid. Papæ in tracta. de contract. illici. num. 26. Imo. conſi. 25. Moder. Pariſ. & Couar. vbi ſupra. Quæ concluſio retinenda eſt, quamuis in hoc quoque contradicant Conrad. de contract. q. 83. concluſ. 8. Ioan. de Metin. de reſtitu. cap. de cenſu redimibili, col. pen. Dom. Soto vbi ſupra, in 3. concluſione. Nam huiuſmodi caſus à præcedenti plurimum diſtat, cùm maiorem habeat vſuræ repræſentationem. Sed intelligas tãtummodo procedere in hac cenſus emptione, ſecus in vẽditionibus aliarum rerum, quia tunc iſta ſola pactio redimendi ita concepta nõ ſufficeret ad arguendum contractum vſurarium, vt dictum eſt ſupra, per tex. in d. c. ad noſtram.

70 † Infertur quintò, in illis verbis ibi, *pro eadem ſumma*. Emptionem cenſus factam cum pacto redimendi ad voluntatem venditoris licitam eſſe, quando conuentum eſſet, ut redimeretur pro eadem ſumma. Vnde ſi conuentum fuiſſet, quod venditor poſſet quandocunque redimere, ſed pro maiori precio, quàm fuiſſet conſtitutũ in principali venditione, tunc contractus redderetur illicitus, adnotat Conrad. de contract. q. 84. concluſ. 4. Moder. Pariſ. q. 51. Couar. lib. 3. uar. reſol. ca. 9. nu. 4. Dom. Soto lib. 6. de iuſt. & iur. q. 5. art. 3. in prima concluſ. Atque hoc verum eſt, quicquid dixerit Ioan. de Meti. in q. de cenſi.

71 † In tex. ibi, *in totum, vel in partem, &c.* inferri videbatur, quòd nõ eſſet licitum cenſus redimibiles emere ea conditione, vt venditor non membratim, & per partes, ſed totum ſimul redimeret. Contrarium tamen verum eſt, vt videlicet venditor aſtringi poſſit, ne redimat niſi in totum: in hoc enim contractu apparet maior emptionis ratio, quàm vſuræ ſuſpicio, neque emptor alia de cauſa cauiſſe videtur conditionem hanc, niſi vt alleuiaretur ab obligatione de retrouendendo, ne venditor minutatim ſoluẽdo precium, tam crebrò moleſtet eum ad reuendendum, prout latius oſtendit Do. Soto li. 6. de iuſt. & iu. q. 5. art. 3. conclu. 4.

Infertur

72 † Infertur vltimò ex iiſdem Pontificum Conſtitutionibus, quòd ad perfectionem, & ad validitatem huius contractus cenſus exigitur iuſti precij æſtimatio, vt DD. omnes atque Theologi fatentur. & tradit Nauar. in Commen. de vſur. nu. 84. In perquirēdo modò quod
73 ſit cenſus iuſtum precium, valde laborant Scribentes, & in illo perpetuo variæ extiterunt DD. ſententiæ, forſan propter varias regio-
74 num & locorum qualitates. † Nonnulli enim ſunt opinati decem pro vno iuſtum eſſe precium, quemadmodum ex noſtris videtur ſentire Barto. in l. in lege Falcidia, quæ eſt 45. ff. ad leg. Falcid. & alij relati a Tiraq. in 1. lib. Ret. §. 1. glo. 6. num. 19. cum tamen ipſi nullo modo id mihi videantur dicere, ad quod allegantur.

75 † Vnde alij exiſtimarunt iuſtum precium cenſus eſſe quantum aſcendit cumulus penſionum annorum quindecim, per l. ſi quis argentum, §. ſin autem donator, verſic. in redditibus, C. de donatio. & hanc opinionem de conſuetudine ſeruari atteſtatur Tiraq. vbi ſupra, nu. 18. in regione Montargienſium, & Lornienſium quò ad fraudales. Sed deciſio illius text. dicitur ſpecialis fauore pauperis donatoris; prout interpretatur Iaſ. poſt alios in l. 2. §. mutui datio, colum. pen. ff. ſi cer. peta. & in l. non amplius, §. cum bonorum, ff. de leg. 1. Gerard. ſingul. 34. Catel. Cot. in memoria. incipien. ſolui non poteſt.

76 † Quare alij opinantur iuſtum precium cenſus perpetui eſſe ſi pro centum conſtituantur annua ſex, vt tradit Laurent. Rodul. in d. cap. conſuluit, par. 2. q. 12. ſequitur Pariſ. conſi. 60. nume. 29. lib. 1. quæ opinio non eſt admittenda; vt per Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 9. numero 6.

77 † Quamobrem alij rectius crediderunt xx. pro vno iuſtum eſſe precium ea ratione, quòd iure communi iuſtum precium rei ſit, quantum 20. annorum fructus deductis expenſis confecerit, de quo inferius latè traditur, & hanc opinionem communiter receptam aſſerit Tiraq. vbi ſupra; Moder. Pariſ. de contract. q. 5. num. 118. ſequitur Couar. lib. 3. var. reſol. ca. 9. nu. 5. licèt diligenter oſtendat huiuſmodi opinionem in iure non fundari. Nam text. pro ea citatus in §. ſi verò alicuius, Auth. de non alienan. loquitur de conceſsione in emphyteuſim temporalem rei eccleſiaſticæ precioſæ, ſed paucorum redditutuum, & in contrarium extat text. in §. ſanctiſsimas, Auth. de aliena. & emphyte. vbi precium rei taxatur cum penſionibus quinquaginta annorum, licèt tamen ſpeciali quadam ratione id ibi ſit ſtatutum. Præterea adeſt text. in §. ſi autem annale, Auth. de eccleſiaſt. it. vbi iuſtum precium colligitur, veluti ſi pro vno dentur xxxv. ſed ibi loquitur de venditione rei legatæ venerabili domui, vel ad

pias

pias cauſas. Similiter Couar. vbi ſupra, nume. 6. tradit latè per l. 3. §.
78 item ſi Reip. ff. ad leg. Falci. iuſtum precium cenſus perpetui eſſe ad rationem vnius pro xxv. vt per eum, & Moder. Pariſ. de contract. q. 5. numero 110.

Vides ergo ex prædictis quàm maxima ſit in iure, & apud DD. varietas in perquirendo iuſto precio cenſus, poſtquàm æſtimatur quãdoque ad rationem vnius pro xxv. interdum quinquaginta, quandoque ad rationem unius pro 20. interdum ad rationem vnius pro 16. interdum pro 15. & demum ad rationem vnius pro 10.

79 † Tu autem in hac DD. varietate, ſi vnicuique ſententia ſua libera eſt, ex quo cenſus conſtitui ſemper debet ſuper fundo, vel alia re certa, vt ſupra firmatur, dixeris iuſtum precium illius eſſe, ſi emptus ſit pro tanta ſumma, quæ aſcendat ad communem æſtimationem & valorem rei, ſuper qua ſit conſtitutus cẽſus, bene verum eſt quòd contractus de iure ciuili, atque etiam canonico toleraretur, & ſi emptus eſſet pro minori precio, dummodo tamen non excederet dimidiam iuſti precij, vt videtur concludere Laurent. Rodul. in d. capitu. conſuluit. par. 2. q. 11. & ſeq. refert Innocen. in capitu. in ciuitate, de vſur. Ambroſ. à Vignat. in cap. ſalubriter, num. 6. eod. tit. & in id conueniunt omnes & quando ille cenſus eſſet perpetuus: Si autem eſſet redimibilis, & circa hoc etiam apparet nimium laboraſſe DD. in perquirendo iuſto ipſius precio, vt legi poteſt ex traditis per Couar. lib. 3. var. reſol. capit. 10. verum in hoc quoque breuiter dixeris iuſtum precium illius eſſe ſi aſcendat ad valorem, quo communiter æſtimaretur res, ſuper qua fuiſſet conſtitutus cenſus cum iſto pacto & onere de quo dicitur infra. Benè verum eſt quòd contractus iſte non iudicaretur illicitus atque vſurarius, neque aliter reſcinderetur e de iure ciuili & Canonico etiam ſi emptus fuiſſet pro minori precio, dummodo tamen non adeſſet talis modicitas, quæ ſecundum commuuem Interpretum vſum, & per Conſtitutiones Synodales vrbis Florent. declarata fuit in non ſolito fœnerari vltra tertium, in ſolito verò vltra quartam iuſti precij, & hoc in odium vſurarum, quæ ſub tali contractu, vt plurimũ refugi ſolent. Extenſione autem huiuſcemodi accipies tolerari & valere in foro temporali. Secus verò in animæ iudicio, & in foro quem conſcientiæ dicunt, in quo omnis exceſſus iuſti precij reijcitur, & iniuſtus reputatur, vt de hoc dicitur in c. nauiganti. Redditus autem ſiue pen-
80 ſio cenſus, † quæ veniet annuatim exigenda ſiue in fructibus, ſiue in pecunia iuſta erit, quando commenſurabitur ad rationem fructuũ, qui perciparentur ex re, ſuper qua cenſus fuiſſet conſtitutus, atque

hoc

atque hoc etiam uidetur ſenſiſſe Nauar. in Commenta. de uſur. nu. 86. & probatur expræſsè per Cōſtitutionem Calixti in uer. qui ipſi. Et ad iſta opinionem ſic retinendam moueor, quia doctores communiter tradunt licitam & iuſtam eſſe emptionem cenſus, quando
81 † illius reditus & penſio incerta ſit, nec ſciatur quantum ſingulis annis percipiatur, & quanto tempore precipi poſsit, ſi redimibilis ſit, de quo ultra ſuperius dicta in ſecunda illatione tradit Ioan. And. in addit. Specul. ſuper Rub. de uſur. Anan. in d. cap. in ciuitate poſt Pet. de Anchar. quem ibi refert Deci. conſi. 129. colum. vlt. qui omnes intelligi debent in emptione cenſus perpetui, ſiue redimibilis, ſecus ſi fuerit cenſus ad uitam cum precij amiſsione, de quo etiam Deci. ibidem loquitur, & malè ut aduertitur in c. nauigant, ſuper
82 ver. ille quoque. † Diuerſum namq; iudicatur precium iuſtum cenſus conſtituti ad uitam ementis, etſi in hoc quoque uariæ extiterint Doctorū ſententiæ. Nam Oldrad. conſ. 207. nititur oſtendere precium illius eſſe ad rationē unius pro ſex. Bal. verò conſ. 292. quia ex facto, lib. 5. dicit iuſtum precium etiam ad uitam duorum eſſe ad rationem unius pro nouem, & in conſi. 410. quæritur in tali caſu, ſecundum ueterem impreſsionem, conſ. autē x. lib. 3. ſecundum nouā tradit ad rationem unius pro x. ad uitam unius hominis, & in conſi. 18. incipien. inſtrumentum, lib. 1. ſecundum ueterem impreſsionem, & conſi. 154. ſecundum nouam, exiſtimat etiam idem eſſe ad uitam duorum hominum & cuiuslibet eorum inſolidum.

Similiter Roma. conſi. 302. ego hunc contractum, proponit iuſtum precium ad uitam uiri & uxoris eſſe ad rationem unius pro octo. Cumanus uerò conſil. 181. proponitur, cui ſubſcripſit Fulg. opinatur iuſtum precium ad uitam patris, & duorum filiorum iuuenum eſſe x. pro uno. Tu autem his omnibus dimiſsis, retinebis circa hoc reſolutionem Moder. Pariſ. in tract. de contract. q. 7. nu. 473. de quo etiā per Ioan. à Meti. de reſtitu. ca. de cenſu ad uitam. Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 9. num. 7. qui omnes definiunt iuſtitiam precij eſſe in huiuſmodi cenſu ad uitam iuxtam communem æſtimationē Ciuitatis, ſi certa ſit: ſi autem nihil certi fuerit ibi ſancitum, & tunc arbitrio boni uiri iuſtum precium erit ſtatuendum conſideratis ętate, ualetudine ementis, pluribuſq; circūſtantijs, atq; in iſto cenſu ad uitam conſtituto multa tolerari debebunt, poſtquam cum ipſa uita ementis ſors precij exburſati extinguitur.

83 † Quamobrem crediderim hunc cenſum ad uitam licitè conſtitui poſſe ſuper incertis rebus, nec non etiam perſona, & caueri poſſe non ſolum de actione reali, ſed etiam perſonali, & quod in huiuſ-

modi

modi cenſu tantum procedat opinio Conrad. de contract. q. 74. & ſeq. Moder. Pariſ. in eod. tracta. nu. 22. Ioan. de Meti. in tract. de reſti tu. q. de cenſi. col. 5. Domi. Soto lib. 6. de iuſt. & iu. q. 5. art. 1. col. 5. Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 7. num. 5. & dicitur ſupra. Hactenus de conditionibus, quæ concurrere debent ad efficiendum licitum huiuſmodi cenſum redimibilem, & quæ colliguntur ex forma dictarum extrauagantium, alias colligit Fr. Bartolom. Caranza Mirandes in Cinciliorum Summa quam neque ſine publico commodo, neque ſine priuata laude compilauit, atque eas poſt dictas extrauagantes in formam unius redactas diſtinctas poſuit ſub ſumma Decreti Caliſti III. & Martini V. Papæ, pagina 462. Verum quia illę potius iudicio ſuo, et ſi peregregio, quam dictis extrauagantibus Pontificia ve autoritate pollent neceſſariaq; haud tamen ſunt, pro ut rectè oſtendit Dom. Soto. lib. 6. de iuſt. & iu. q. 5. art. 1. col. ult. nec non Nauar. in manu. Confeſſo. ſub. 7. pręcep. & in Commenta. de uſur. nu. 84. & ſeq. ideo illis dimiſsis immorabimur in alio, quod magis utile, atque fructuoſum apparebit, & de quo nulli Scriptores, quod compertum habeam, mentionem faciunt. Nam per ſupra relatas
84 conditiones infero, † Decretalem, ſeu Bullam, quam Nicolaus V. Pontifex edidit de anno 1452. ualde periculoſam, atque ſuſpectam eſſe, materiamq; præbere, ut ſub eius autoritate tanquam ſub ſecuro clypeo quàm plures contractus cenſus iniuſti atque uſurarij in Re. Chriſtiana emergant. quod ut clarius oſtendam, duxi hic recenſere formam Bullę huiuſcemodi, quando ipſam nullo communi libro appenſam, ſed uagari inſpicio. dicitur ergo in ipſa.

85 † *Nicolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam ſollicitudo paſtoralis officij, fores noſtræ prouidentiæ pulſare non deſinit, vt indemnitati, ac ſtatui proſpero fidelis populi curæ noſtræ cęlitus commiſſi, iuris moderando rigorem, peroptimæ prouiſionis remedia, quantum ex alto nobis permittitur, ſalubriter conſulamus. Sanè, ſicut fide dignorum relatione didicimus in Regno Siciliæ, ac certis alijs dominijs & terris chariſſimi filij noſtri Alphonſi Aragonum, & utriuſque Siciliæ Regis illuſtris; auaritiæ cęcitas quorundam oculos adeò excęcauit, uſurariaq; prauitas illis in partibus tantum excreuit, quòd incolę & habitantes partium illarum pecunijs indigentes, ea uix aliter, quàm fęneratorum opera, quaſi inauditum fęnus exercentinm conſequi poſſent: & cum eas acceperint, ſi in tempore præcepta non reſtituent, breui eorum bona inſatiabili uſurarum uoragine miſerabiliter conſumantur; Et quòd in dominijs & terris ipſius Regis ultra Montes conſtitutis, uidelicet in Regnis Aragonum Valentię, &*

Maiori-

Maioricarum ac Principatuum Cathaloniæ, & Comitatibus Ronſiolionis, & Ceriteniæ, vniuerſitates, & ſingulares, tam eccleſiaſticæ, quàm ſeculares huiuſmodi pecunijs indigentes cum minori incommodo eas habere poſſint pro uenditione annualium cenſualium, quæ mortua nuncupantur ſuper domibus, poſſeſſionibus, & proprietatibus ſpecialiter uel etiam generaliter ſuper omnibus bonis, redditibus, emolumentis, iuribus, & rebus eorum, mediante tamen inſtrumento gratiæ redimendi onera eorum ſibi ut plurimum proſpicere, & conſulere conſueuerunt, quod in præſentibus eiuſdem Regni partibus, & Regnis vltra Montes conſtitutis non ſolum in longam conſuetudinem, in cuius contrarium memoria hominum non extitit more vtentium comprobatum, ſed etiam per municipalia huiuſmodi Regnorum & partium iura per Regem ipſum, ſeu eius prædeceſſorem cum conſenſu trium brachiorum, videlicet eccleſiaſtici, militaris, & regalis, promulgata ſpecialiter confirmatur. Cum itaque multis incolis & habitatoribus partium & dominorum eiuſdem Regis citra Montem conſtitutorum indigentibus per huiuſmodi cenſualium venditiones ſubueniri, ipſique fœneratorum uſuris eximi poſſint, & qui in hoc pecunijs abundantes dubitant vſurariam prauitatem committere, & eiſdem indigentibus more præmiſſo ſuccurrere formidant, in indigentium detrimentum, & fœneratorum eorundem euidens incrementum, pro parte eiuſdem Regis fuit humiliter ſupplicatum, vt eis paterno compatientes affectu in præmiſſis de opportunæ prouiſionis opere ſuccurrere, præfatasque cenſualium uenditiones cum clauſulis & cautionibus ad earum validitatem inter venditores & emptores mutuo conſenſu abſque læſione conſcientiæ in Regnis Siciliæ, citra & vltra Pharum fieri poſſe debere, decernere, & declarare de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur pro debito paſtoralis miniſterij nobis diuinitus iniuncti ſuper his ſalubriter prouideri ac ſtatui, & indemnitatibus incolarum & habitatorum terrarum dicti Regis citra Montes conſtitutorum præſentium & futurorum quantum cum Deo poſſumus ſubuenire cupientes, attendentes quòd clero terrarum & dominiorum ipſius Regis citra Montes conſtitutorum in ſuis olim indigentibus per venditiones prædictarum cenſualium autoritate Apoſtolica pluries conſultum, & prouiſum fuit, præfati Regis in hac parte ſupplicationibus inclinati, tam eiuſdem Regis, quàm huiuſmodi Regnorum Siciliæ citra & ultra Pharum omnibus & ſingulis incolis & habitatoribus, ac locorum ciuitatum & terrarum uniuerſitatibus præſentibus & futuris huiuſmodi cenſualia ſuper rebus, & proprietatibus ſuis, ac facultatibus & emolumentis eorundem inſtrumento gratiæ pro conſimili pretio illa redimendi mediante, dummodo annualis cenſus huiuſmodi cenſualium decimam partem principalis recepti ſeu precij eorundem non

excedat,

excedat, inter ſe contrahendi & uendendi, & emendi cum opportuna contrahentium ſecuritate, cautione & idemnitate, ac cum poteſtate vendentes perſonas, eorumq; proprietates redditus iura iuriſdictionis cenſus ac omnia, & ſingula immobilia bona obligandi, & obligari faciendi, ac etiam quaſcunque alias obligationes, & ſubmiſsiones cuiuſcunque foro, necnon renunciationes, promiſſiones, ſtipulationes pœnis, iuramentis, & alijs cautionibus vallatus, & alia quæcunque, de quibus inter ementes, & vendentes huiuſmodi cenſualia conuentum, & in pactum deductum fuerit, plenam licentiam, & liberam auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus facultatem, decernentes, & declarantes eoſdem incolas, & habitatores ac ciuitatum, & terrarum vniuerſitates cenſualia præfata modo præmiſſo in regnis ipſis Siciliæ citra, & vltra Pharum liberè, & licitè contrahere ac emere, & vendere poſſe, neque propterea vſurariam prauitatem committere, dummodo aliàs, quàm, ut præmittitur, quodlibet annuum cenſuale decimam partem recepti, ſeu precij venditionis ipſius non excedat, & penſionibus, ſeu annualibus illorum in ſortem non computatis, pro totali redemptione propter principalem ſummam nihil vltra præcipiatur ab emptore, vel exhibeatur à venditore. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus ac priuilegijs Apoſtolicis, necnō & ſtatutis municipalibus, uel regalibus, & conſuetudinibus ciuitatum, & terrarum regnorum prædictorum Siciliæ citra, & ultra Pharum etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, etiam ſi de eis facienda eſſet ſpecialis mentio, quæ hic haberi volumus, & habemus pro ſufficienter expreſſis. cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſsionis conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ſe nouerit incurſum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis Domini. M. C C C C L I I. prid. Cal. Octob. Pontificatus noſtri anno V I.

Hactenus Pontifex iſte Tuſcus oppido Sergianenſis, vitæ ac morum integritate, necnon doctrina magis, quàm gente clarus, & qui in Rep. Chriſtiana ſummè extat laudatus, quamuis ſub eius adminiſtratione publicas calamitates fuerit paſſa, atque illam omnium ingentem quando Imperator Romanus in oriente pariter cum Imperio oppreſſus fuit expugnata Conſtantinopoli, iam Byzantium dicta eius ſede à Mahemet Barbaro illo infandoq; Tyranno.

86 † Et quo ad propoſitam Conſtitutionem attinet, conſidero quòd Summus ille Pontifex indulſit Alphonſo Aragonum Regi, ipſius-

que ſubiectis citra, & vltra pharum Siciliæ conſtitutis, vt cenſualia illa annualia iuſtæ, & abſque vſurarum labe poſſent exercere, idque ſe ea de cauſa ſubueniſſe moderando iuris rigorem dicit, quia populi in his partibus grauiſſimo fœnore ſe ipſos corradebant trucidabantque; vnde conceſſit hoc ad maius malum euitandum, & ſic diſpoſitio ſua, potius quàm lex, priuilegium atque diſpenſatio dici oporteret, quamobrem perſonam eorum non deberet tranſgredi.§.ſed quod Principi, verſic.planè.Inſt.de iur. natura. Si tamen diſpenſatio ſuper vſura valida dici poſſet, quòd latè oſtenditur in l.curabit.C.de actio.emptio. Et profectò ſi conſtitutio huiuſcemodi pro lege obſeruanda foret, confunderentur traditiones omnes ſuperius relatæ circa cenſus, quod tamen minimè concedendum foret, Vnde non ſine maxima ratione factitatum fuiſſe credo, vt ipſa non reperiatur appoſita inter alias extrauagantes, quemadmodum illa Martini V. prædeceſſoris, nec non Calixti III. ſibi ſequuti Pontificis, qui ſuper cenſibus conſtitutiones promulgarunt ſecundum regulam iuſtitiæ commutatiuæ, & abſque vllis vſurarum latebris quamobrem merito pro legibus fuerant exceptę, neque aliter vagantur quemadmodum iſta.

87 † Illud etiam reticendum non arbitror. ſuperuacuam haud videri conſtitutionem Calixti III. quando per eam diſpoſuit illud idem, quod prius à Martino V. fuerat ſub eadem fermè verborum atque ſententiæ forma, potuit ſi quidem videre Pontifex ille in hac iuris ſcientia peritiſſimus, Nicolai Conſtitutionem facilem eſſe ad inducendos cenſus iniuſtos illos quidem, & in fraudem vſurarum, qua de re neceſſarium duxerit prouidere de ſua Decretali eadem cum illa Martini V. quo ipſa haud cenſeretur abrogata a Nicolao Ponti.

88 † Hæc itaque Nicolai Bulla duo, & illa quidem animaduerſione digna in ſe continet, alterum enim eſt, quia confirmat cenſus redimibiles non ſolum ſuper particularibus certiſque rebus conſtitutis, ſed & ſuper vniuerſitate bonorum, & cum obligatione perſonali ipſius vendentis, quod extra terminos iuris eſſe ſatis ſuperque oſtendimus ſupra in 1. Illatione, hoc ſi quidem attento ſequeretur, quòd emptor nunquam ſubiret rei emptæ periculum, prout tenetur de natura contractus, impoſſibile quippe eſt, quòd genus bonorum cum perſonali obligatione pereat. l.incendium, & ibi notatur C.ſi cert. petat. Alterum, quod mihi videtur periculoſum approbat Conſtitutio illa cenſus redimibiles, ex quibus penſio certa veniet annuatim exigenda, etiam vſque ad decimam partem, recepti

precii, & ſic ad rationem x. pro centum quolibet anno, quod etiam eſt contra extrauagantem Calixti in verſic. qui ipſi, vbi diſponitur, quòd uenditores cenſus teneantur retribuere penſionem illam, quã recipere ſoliti fuerint ex bonis atque rebus ſuis, ut enim ſupra in vltima Illatione oſtendimus poſt communem DD. traditionem, licita tunc erit emprio cenſus, quando illius redditus incertus ſit, nec ſciatur quantum ſingulis anni percipi poſſit. Quamobrem attendendas putauerim in cenſibus ſolum extrauagantes illas, huiuſmodi uerò Bullam omnino prætermittendam, ſeu antiquandam, verum dubito, ne iſthæc in frequentiori vſu fuerit recepta non ſolum apud homines citra, & ultra pharum Siciliæ conſtitutos, quibus tantum pro diſpenſatione fuit edita, ſed etiam, quòd uniuerſi populi illa pro lege vtantur, adeo poteſt in mortalibus auaritia, vt quamlibet licentiam, ſeu potius corruptelas excogitent pro explenda illa inexhauſta diuitiarum ſit in maximam tamen ſui perniciem.

Vnde non ſine maxima, & urgenti cauſa adductum fuiſſe credo ad ſubueniendum nobis de ſaluberrima ſanctione Pium illum V. Sanctiſſimum Pont. quem non ſine maxima laudis præfatione nominandũ arbitror. cuius etiam ſanctionis tenorem non exiſtimo alienum hic recenſere, & forma talis eſt.

Pius Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Cum onus Apoſtolicæ ſeruitutis obeuntes cognouerimus, innumeros celebratos fuiſſe, & in dies celebrari cenſuum contractus, qui ne dum non continentur intra limites à noſtris anteceſſoribus eiſdem contractibus, ſtatutos, verum etiam, quòd deterius eſt, contrarijs omnino pactionibus propter ardentem auaritiæ ſtimulum, legum etiam diuinarum manifeſtum contemptum præſeferunt, non potuimus animarum, prout tenemur, ſaluti conſulentes, ac piarum mentium petitionibus etiam ſatisfacientes; tam graui morbo, letiferoque veneno ſalutari antidoto non mederi: hac igitur noſtra conſtitutione ſtatuimus, cenſum, ſeu annuum redditum creari, conſtituive nullo modo poſſe, niſi in re immobili; aut quæ pro immobili habeatur, de ſui natura fructifera, &. quæ nominatim certis finibus deſignata ſit. Rurſum niſi verè in pecunia numerata, præſentibus teſtibus, ac notario, & in actu celebrationis inſtrumenti, non autem prius, recepto integro iuſtoque pretio ſolutiones quas vulgò anticipatas appellant fieri, aut in pactum deduci prohibemus. Conuentiones directè aut indirectè obligantes ad caſus fortuitus eum, qui aliàs ex natura contractus non teneatur, nullo modo ualere uolumus. Quemadmodum nec pactum auferens, aut reſtringens facultatem alienandi rem cenſui ſuppoſitam: quia uolumus rem ipſam ſemper, & liberè, ac ſine ſo-

lutione

lutione Laudemij, ſeu quinquageſimæ, aut alterius quantitatis, uel rei tàm inter uiuos, quàm in ultima uoluntate alienari. vbi autem uendenda ſit, uolumus dominum cenſus alijs omnibus præferri, eique denunciari conditiones, quibus uendenda ſit, & per menſem expectari pacta continentia moroſum cenſus debitorem teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, expenſas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem cenſui ſubiectam, ſiue aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, ſiue aliud de eo acquiſitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere, ex toto irrita ſint, & nulla: imo, & cenſum augeri, & nouum creari ſuper eadem, uel alia re in fauorem eiuſdem, aut perſonæ per eum ſuppoſitæ pro cenſibus temporibus uel præteriti, uel futuri omnino prohibemus... Sicut etiam annulamus pacta continentia ſolutiones onerum ad eum ſpectare, ad quem aliàs de iure, & ex natura contractus non ſpectarent. Poſtremò cenſus omnes in futurum creandos non ſolum re in totum, uel pro parte perempta, aut infructuoſa in totum uel pro parte effecta, uolumus ad ratam perire, ſed etiam poſſe pro eodem pretio extingui, non obſtante longiſſimi etiam temporis, ac immemorabili, immo centum, & plurium annorum præſcriptione, non obſtantibus aliquibus pactis directè, aut indirectè talem facultatem auferentibus, quibuſcunque uerbis aut clauſulis concepta ſint, cum uerò traditione pretij redditus extinguendus erit, uolumus per bimeſtre ante id denunciari ei, cui pretium dandum erit, & poſt denunciam (intra annum tamen) etiam ab initio precium repeti poſſe, & ubi precium, nec uolens intra bimeſtre ſoluat, nec ab inuito intra annum exigatur. Volumus nihilominus quandocunque redditum extingui poſſe, præuia tamen ſemper denuncia, de qua ſupra, & non obſtantibus his, de quibus ſupra, idque obſeruari mandamus, etiam quod pluries ac pluries denunciatum fuiſſet, nec unquam effectus ſequutus fuiſſet. pacta etiam continentia precium cenſus extra caſum prædictum ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam cauſam repeti poſſe omnino prohibemus: contractusque ſub alia forma poſt hac celebrando ſeneratitios iudicamus. Et ita illis propterea non obſtantibus quicquid uel expreſsè, uel tacitè contra hæc noſtra mandata dari, remiti, aut dimitti contingat, a fiſco uolumus poſſe uendicari. Hanc autem ſalutiferam ſanctionem ne dum in cenſu nociter creando, uerum etiam in creato quocunque tempore alienando, modò poſt publicationē conſtitutionis creatus ſit perpetuò, & in omnibus ſeruari uolumus. declarantes precium ſemel cenſui conſtitutum nunquam poſſe ob temporum aut contrahentium qualitatem, ſeu aliud accidens, nec quo ad ultimò contrahentes minui, uel augeri, & licèt legem ipſam contractus iam celebratos non extendamus,

illos tamen omnes, in quos ſub alia forma peruenerunt cenſus ottamur in domino, ut ſingulos contractus cenſusq; bonorum religioſorum ſubijciant, & animarum ſaluti conſulant. Non obſtantibus quibus uis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis ſtatutis; & conſuetudinibus, nec non priuilegijs, & literis etiam per quoſcunque Romanos Pontifices predeceſſores noſtros, ac etiam noſtris ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis clauſulis etiam derogatoriarum derogatorijs, nec non irritātibus decretis ex qua uis cauſa, etiam per modum legis uniuerſalis, aut aliàs quomodolibet editis, ſiue in fauorem uniuerſitatum communitatum collegiorum congregationum ciuitatum, & locorum conceſſis approbatis, & innouatis quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, quatenus directè uel indirectè preſenti noſtrę conſtitutioni in toto uel in parte contrarientur ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cęteriq; contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, quòd præſentes in Cancellaria, & acie campi floræ publicentur, & inter Conſtitutiones extrauagantes perpetuò ualituras conſcribantur. Et quia difficile foret præſentes ad ſingula quæq; loca deferri, uolumus, & etiam declaramus, quòd earum traſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis ac ſigillo alcuius prælati munitis eadem pròrſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ uel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę prohibitionis, annullationis, ſtatuti, mandati, iudicij, hortationis, derogationis, declarationis, & uoluntatis infringere, uel auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1568. 14. Calen. Febr. Pontificatus noſtri anno 4.

SVMMARIVM.

89 Venditor cenſus non poteſt compellere emptorem ad capiendam rem ſuper qua ſit conſtitutus.
90 Emptor uidens ſe feciſſe contractum illicitum, non poteſt petere a uenditore, ut uel pretium ſibi reddatur, uel contractui tanquam licito ſtetur.
91 Sententia non confirmat contractum illicitum licèt eius executio per exceptionem uſurarum impediri non poſſit.
92 Pactum de reuendendo ſi fuerit initum infra terminum trium annorum eo elapſo uenditor non audietur.
93 Emptor ſi intra terminum reuendendi pretium uel eius partem receperit, quandocunque cogi poterit ad reuendendum.

Ignorans

94 *Ignorans pactum de redimendo, nunquid termino elapſo debeat in integrum reſtitui.*

95 *Minor. eccleſia, Reſp. vel aliter impeditus, nunquid lapſo termino redimendi debeant in integrum reſtitui.*

96 *Contractus ſi vſurarius ſit, venditor non obſtante lapſu termini poteſt recuperare rem cum fructibus.*

97 *Terminus redimendi ſi elapſus ſit interim dum pendet cauſa nullitatis, nunquid venditor debeat audiri volens redimere.*

98 *Præſcribitur ſpatio 30. annorum pacto de redimendo.*

99 *Præſcriptio, quæ currat in pacto de redimendo liberè collato in facultatem venditoris.*

100 *Præſcribitur facultas redimendi ſpatio 30. annorum, etiam ſi emptor promiſiſſet reuendere venditori, & hæredibus eius quandocunque.*

101 *Præſcribitur facultas redimendi ſpatio 30. annorum, etiamſi pactum iuratum ſit, & iuramentum qualiter præſcriptionem tollat.*

102 *Præſcribi non poteſt facultas redimendi, quando contractus eſt vſurarius.*

§. 3.

89 QVAERITVR † modo, nunquid venditor cenſus poſſit cogere emptorem ad capiendum fundum, vel rem ipſam, ſuper qua annuus redditus ſit conſtitutus, & ab eo hoc modo ſe liberare? & Bal. in l. ſi quis argentum, num. 7. verſicu. ſi uerò nota. C. de donatio. dicit ſpeciale hoc eſſe in caſu donationis vel legati fauore donantis, vel liberalitatem exercentis; quaſi ſentiat contrarium in alijs caſibus reaſſumit, & commendat Iaſo. in l. non amplius §. cum bonorum. ff. de lega. 1. & in l. 2. §. mutui datio, colum. vlt. fallent. 17. ff. ſi cert. petat. ſequitur Gerardus ſingulari 34. mãda memoriæ, & ſicquòd in caſu iſto venditor non poſſit cogere emptorem, tenet Caſt. conſ. 47. vltra ea, quæ ſuperius, col. vl. in vl. dubio, lib. 2. Maſſuer. in titu. de locatio. & iure emphyte. §. item ſciendum. latè Tiraq. in 1. lib. Ret. §. j. gl. 6. nu 21.

90 † Similiter quæritur, nunquid emptor, qui videt ſe feciſſe contractum illicitum, & vſurarium, poſſit petere a venditore, vt vel pcium ſibi reddatur, vel contractui tanquam licito ſtetùr, & quòd talis emptor debeat audiri, videtur tex. in l. Iulianus §. ſi quis colludente, ff. de acti. empti. tradit in ſimil. Tiraq. in 2. lib. Ret. ad finem, quæſt. 28.

Sed contrarium in hoc caſu fore decidendum oſtendunt Moderni Pariſi. de contract. q. 11. nu. 157. idq; quatuor rationib. quarum iſthæc potiſsima, quia aliàs aperiretur via fœnori cuicunque vetito, & omnibus legibus vſuram execrantibus fieret fraus, & ludibrium: nam qua facilitate debitor vſuris immoderatis ſe ſubiecit eadem eliceret ſe illis exhauriri. vnde plus quàm ridiculum eſſet dicere, quòd talis emptor audiri deberet. neque ad hoc obſtât dubitationes in contrarium excitatæ, quia illæ in ſe nullam continent uſuræ ſuſpicionem.

91 † Sed quid ſi ſequatur ſententia, quæritur nunquid contractus illicitus, & vſurarius per illam confirmetur? & videtur confirmari debere, cum ſententia pro veritate habeatur, l. res iudicata, ff. de re iu. & facit ipſa vt indebitum debeatur, nec condici poſsit, l. j. C. de cond. ind. cum ſim. Côntrarium tamẽ voluit Alb. in rub. col. vl. C. de vſu. Bald. in l. cum allegas, colum. 2. verſicu. ſed quæritur hic, C. eod. cum alijs, de quibus per Tiraq. in 2. lib. Ret §. 1. gloſſ. 2. nume. 36. ſed ipſe poſtmodum, num. 30. obiter hanc. q. per tractans facit Pet. de Anch. & Alex. in hac re ſecum ipſis pugnantes, dicens quòd priorem partem affirmatiuam tenuit Anch. conſ. 98. iſtam, q. dubiam facit, colum. 1. ver. hoc præſuppoſito, lib. 2. & quod poſteriorem partem negatiuam tenuit idem Anc. conſ. 234. caſus talis, idem Alexan. conſ. 81. viſo proceſſu, col. 2. verſ. ad idem adduco, lib. 3.

Sed aduertendum eſt, quia DD. hi per Tiraq. relati, non ſunt ad inuicem, & ſibi ipſis contrarii, & dum citantur pro parte affirmatiua, loquuntur quantum ad executionem ſententię, dicentes ꝙ exceptio vſurarum non poteſt opponi poſt ſententiam ad impediẽdam executionem, quod in ſe verum eſt prout in caſu iſto etiã volunt Ang. & Im. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. Lapus alle. 35. incip. an oporteat Barb. conſ. 18. col. pe. lib. j.

Quod tamen intelligas, niſi incontinẽti ſine altiori indagine plenè conſtaret de vſura iuxta notata in l. iile a quo §. ſi de teſtamento. ff. ad Treb. in locis verò poſterius citatis, & à Tiraq. pro negatiua deductis, Anch. & Alex. loquuntur quando agitur de repetendis vſuris principaliter per viam actionis non impedita ſummaria executione ſententiæ ſi qua ſit, quia ad hunc finẽ non obeſt exceptio rei iudicatæ, & hoc modo nunquam tranſit in rem iudicatam, prout volunt etiam Imo. in l. ſtipulatio iſta §. alteri, colum. pen. ff. de ver. oblig. Iaſ. conſ. 21. Venerabilis, colum. 1. lib. 1. Ambroſ. à Vignat. in d. cap. ſalubriter, num. 134. ver. ſed finaliter. Et quod dicitur contra-

tractum uſurarium nō confirmari per ſententiam, intelligendum eſt ut per Tiraq. ubi ſupra, num. 36. quando debitor paſſus eſſet ſe uinci per ſententiam, omittēdo exceptionem uſurariam, quinimò etiam ſi eſſet oppoſita exceptio uſuraria, nihilominus ſententia nō tranſiret in rem iudicatam propter turpitudinem, & animæ periculum, & hoc quando clarè cōſtaret de uitio uſuræ, puta per acta, confeſsionem, uel per alias probationes. ita tradunt Moder. Pariſ. in tract. de contract. q. 16. nu. 187. poſt Bald. in conſi. 37. quidam Tabellio, lib. 1. Afflict. dec. 13. in 9. conietura, & deciſ. 58. ad finē.

Infertur ergò ex ſupradictis contractum uſurarium neque per ſententiā aut omiſsione aut negligentiā debitoris cōfirmari poſſe; Nec confirmabitur etiam ex lapſu longi temporis, ut mox dicetur.

Sed prius oportet uidere, an facultati redimendi in uenditorem collatę præſcribatur, & quanto tēpore, in quo articulo diſtinguū-
92 tur plures caſus. † Primus eſt, ueluti ſi pactio fuerit inita, ut intra certum terminum, puta tres annos, emptor teneatur reuendere, tunc illo tempore elapſo uenditor erit excluſus ab illa facultate redimendi, neque agere poterit ut ſibi fiat reuenditio. ita Ang. conſ. 199. ſuper pūcto, & conſ. 220. Titius. ad quod plura per eū allegantur de quibus latè per Iaſ. in l. eum qui ita, §. qui ita, 1. col. 4. nu. 9. ff. de uerb. ob. ſequitur Soc. conſ. 241. col. antepen. verſ. circa ſecundam q. lib. 2. Dec. in l. petens, num. 7. C. de pact. & conſi. 308. col. 3. cum alijs, ut per Cag. hic in 7. q. nu. 63. & latius Tiraq. in 2. lib. Ret. §. 1. glo. 2. nu. 43. & ſeq.

Quod ampliatur etiam ſi emptor nondum elapſo termino dixiſſet uenditori ſe quandocūnque illum admiſſurum ad redimēdum, nam intelligitur modò ſi is compareat intra illum terminum, Ro. conſ. 27. viſo themate, in ult. dubio. refert, & ſequitur Tiraq. ubi ſupra, num. 54.

93 † Limitatur hoc primò, niſi emptor elapſo termino precium uel ipſius partem recepiſſet, nam per huiuſmodi receptionem pecuniæ uidetur a termino receſsiſſe, unde poſtmodum quandocunque oblato reſiduo precij emptor cogeretur reuendere ꝑ id, quod in ſimili dicitur de pacto, l. commiſſoriæ, l. poſt diem, ff. de leg. commiſſo. cum concord. & ita reſpondit Bald. conſ. 402. lib. 2. ſequitur Cagno. hic, num. 65. faciunt tradita per Alex. conſ. 110. lib. 5. & hoc quando emptor ſciens recepiſſet, ſecus ſi oſtenderet iuſtā cauſam ignorantię, quia tunc ſibi haud noceret, Tiraq. ubi ſupra, num. 63. ubi tradit, quòd etiam ſi emptor non recepiſſet precium cum tamē illud petijſſet, cogeretur elapſo termino reuēdere, ut per Imo. cōſ.

10. & facit, quod dicit Alex. conſ. 206. lib. 7. Iaſ. in l. 2. colum. 51. num. 160. C. de iu. emphy. cum alijs, ut per Cag. hic, nu. 65.

Sed quid, ſi pēdente termino reuendendi emptor recepiſſet partem precij & poſtmodum lapſum ſit illud tempus, non facta integrali ſolutione, nunquid uenditor offerendo reſiduum precij poſſit compellere emptorem ad reuendendum; & Imo. conſ. 36. in caſu præmiſſo reſpōdit, uenditorem tunc poſt lapſum terminū poſſe redimere: ſequitur Gozadin. hic, q. 7. mouentur per aliquā ſatis leuia fundamenta. Vnde Cagnol. hic q. 43. num. 162. latè improbat hanc opinionem, reſpondendo omnibus in contrarium relatis, & pro hac ſua ſententia dicit, ex quo in termino ſtatuto non eſt ſolutum integrum preciū, non ſufficit pro parte adimpleri, l. Iulianus, §. offerri ff. de acti. empt. l. cui fundus, ubi Bart. ff. de condi. & dem faciunt tradita per Iaſ. in l. 2. q. 16. C. de iu. emphy. & in Auth. qui rem, col. 5. C. de ſacroſanct. eccleſ. Tu autem quoniam per illā ſolutionem precij uenditor uidetur poſſe quandocunque moram purgare iuxta tradita per Bar. & Doct. in l. interdum, §. ult. ff. de uerb. obl. ideo retinebis illam opinionem Imo.

94 † Limitamur ſecundò per Cagnol. hic, num. 67. & nu. 84. niſi quis ignoraſſet pactū huiuſmodi de reuendendo, ut quia ſucceſſiſſet in ius alterius, l. qui in alterius, ubi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. tūc enim licèt fuiſſent elapſi, 50. anni, & ſic contra eum completa pſcriptio, attamen petendo ſe in integrū reſtitui ex clauſula generali, ſi qua mihi & c. de qua in l. 1. in ſi. ff. ex qui. cau. maio. & in l. ſi creditor, §. 1. ad ſi. ff. de diſtract. pigno. cum multis, de quibus per Cagno. hic, q. 77. nu. 244. tunc ille admitteretur ad recuperationem, ita Cagnol. q. 74. nu. 218. & ſeq.

Sed aduertendum eſt, quia limitationem hanc difficillimam arbitror, neque aliter admittendam, ſi quidem dependet ab illa difficili q. uidelicet, nunquid aliquis ex cauſa probabilis ignorantię aduerſus prę ſcriptionem poſsit reſtitui? Articulus ſanè controuerſus, de quo Fely. & Pariſ. in c. uigilāti, de prę ſcriptio. Balb. in tract. de præſcriptio. in 4. parte, 4. par. princip. Tiraq. in 1. lib. Retra. §. 35. glo. 4. num. 36. & ſeq. Couar. in Reg. poſſeſſor. 3. parte, §. 3. col. 2. de reg. iur. 6. & de hoc latiuś per Arri. Pinel. in Auth. niſi tricennale, nu. 58. C. de bon. mater.

95 † Sed nunquid limitatio hæc procederet in minore ſuccedente in ius uenditoris, uel in Eccleſia & Repub. retinente iura minorū, uel impedito ex iuſto impedimento facti, uel abſenti ex iuſta cauſa, nam tunc petendo ſe reſtitui aduerſus hunc terminū elapſum,

non ex edicto de minori, ſed ex ſupradicta generali clauſula uideretur admittendus ad recuperationem rei per ea, quæ notat Bar. in l. Aemilius, col. 2. ff. de minori. & in ſpecie tradit Cagn. hic. in 2. editione, nu. 224. Sed contrarium reſpondit Curtius Senior. conſ. 59. & ſequutus fuit Cagnol. hic, in j. editione, in 16. q. Bertand. conſ. 184. in fi. lib. 1. cum multis, de quibus Tiraq. in 2. lib. Ret §. 1. gl. 2. num. 56. & ſeq.

96 †Limitatur ergo tertiò, niſi cõtractus fuiſſet uſurarius, quia tũc uenditor non obſtante lapſu termini poſſet rem cum iſto pacto uẽditam recuperare etiam cum fructibus per emptorem pręceptis, Ho. in Sum. de vſur. §. an aliquo caſu, ver. 9. ſi uendo, Bertran. conſ. 88. circa fi. lib. 1. Caſſan. conſ. 11. nu. 40. Iacob. de Sancto Georgio in l. 2. in princ. ff. ſi cer. peta. quorum aliqui, licèt loquantur de contractu reprobato, cum uidelicet appoſitum eſt pactum l. commiſſoriæ in pignore, tamen hęc opinio eſt communiter recepta, atque ideo retinenda in odium actus uſurarij, quicquid ſenſerit Cagnol. hic, num. 65. neque Tiraq. in hoc ſe ſatis explicat in 2. lib. Ret §. 1. glo. 2. nu. 55.

97 † Sed dubium eſt, ſi pendente termino redimendi dictũ fuerit de nullitate contractus ex cauſa uſuræ, & dum proceſſus talis fit, interim lapſus ſit ille terminus redimendi, & actor poſt modum ſuccubuerit, quia fuerit declaratum contractum licitum eſſe & ualere, nunquid poſtea debeat audiri, ſi poſt illud tẽpus elapſum uelit redimere? & Cagnol. hic, q. 56. num. 186. concludit uenditorem tunc admitti debere ad redimendum, ſi iuſtam credulitatem appareat habuiſſe circa nullitatem contractus, ſecus aliter. allegat tex. in l. 2. §. non ſolum, ff. ad Treb. & quod in ſimili tradit Iaſ. poſt Bald. in l. contra maiores, in fin. C. de inoff. teſta. Bald. in l. 1. col. 4. uerſ. item natura contariorum, C. de accuſa. Caſt. in l. ult. ad fi. C. de ordi. cogni. Fely. in ca. ex ratione, col. 1. de appella. Ioan. Fab. in §. qui autem, Inſti. de accuſa. tuto. quod notandum eſt.

98 † Secundus caſus in articulo pręſcriptionis diſtinctus eſt, veluti ſi non fuerit adiectum certum tempus huic pactioni, ſed ſimpliciter conuentum, uenditorem poſſe rem uenditam redimere reſtituto precio uenditionis, & tunc quidam uolebant anno præſcribi per tex. in §. Titius, in tit. ſi de feu. fue. controuer. ut refert Cagno. hic num. 70. Alii, ut Alber. hic ad fi. poſt Vbert. quem recenſet, exiſtimant competere hanc facultatem, uſque ad 40. annos.

Sed his omnibus dimiſsis magis communis opinio Doctorũ eſt huic facultati præſcribi ſpatio 30. annorum. ita reſpondit. Ang. cõ

ſil.55. ex pacto de retrouendendo. Alexan. conſ. 228.ponderatis his,col.ult.uer. non obſtat eti.m,lib.6. Balb.in tract. de pręſcript. in 3.q.4. par.5.par.princip.Cagnol.hic num.72. cum alijs de quibus per Tiraq.in 2.lib.Ret.§.1.glo.2.num.1.

99 † Tertius eſt caſus magis cõtrouerſus atque difficilis, uidelicet quando fuiſſet conuentum,ut uenditor poſſet redimere quandocunque,uel toties quoties uoluerit,uel perpetuò uel ſemper,& ſimili modo,in quo reperiuntur tres diuerſę opiniones. Harum prima fuit Anchar.quam refert Iaſ. in l.petẽs,nu. 10.uer.circa iſta, C.de pac.& in l.ſi mater,col.vlt.C.de inſti.& ſubſti.uidelicet quòd tunc etiam facultas redimendi tollatur lapſu decennij. quę ſententia cum ab omnibus communiter reijciatur,ideo non inſiſtendum, de ea ſcribit Tiraq.ubi ſupra nu.8.

Altera & ſecunda fuit ſententia, uidelicet quòd uenditor poſsit quandocunque iuxta ſonum verborum, etiam poſt 30. vel 40. annos,& ſemper nulla obſtante præſcriptione redimere. quæ ſententia multos habet autores,veluti Fabia.de Monte in tracta.de empt. & uendi. 3.q.7.q.princ.Barbat.conſ.51.ſcripſit ſapiẽtiæ fons, col. 1.uer.nota etiam quod. Alcia. in d.l. petens, in glo.¶1.in fi. Caſſan. cõſ.11.& in conſuet. Burgund.tit.de Rendes uendues à recapt.§. 1.glo. 1.col.2.uerſ.limita hanc.Igneus in l.in cognitione, num. 76. & ſeq.ff.de ſenatuſconſ.Syllan.Pariſ.conſ.92.li.3.Purpura. in l.petens,col.5.C.de pact.qui omnes allegant Conſtitutionem hanc ibi, infra certa tempora, uel quandocunque. inducendo ut per Tiraq. ubi ſupra nu.17. Allegatur quoque tex.in l.quod ſi nolit, §.ſi quid ita,ff.de ędil.edic.ubi ſi de re redhibenda conuenerit,ſi nõ placuerit intra certum tempus, ualet conuentio ſi ſine temporis pręſinitione dantur a lege 60.dies.ſi uerò cõuenerit,ut perpetuò fiat redhibitio,ualet conuentio.Mouentur etiam,quia pactum hoc redimendi nõ eſt ius formatũ & productum, ſed facultas, cum ſit collata in liberam uoluntatem uenditoris, ut poſsit quandocunque redimere,Pariſ.d.conſ.90. Cagnol. hic q. 112. nu.285.ex quo ſequitur ꝙ ea quæ ſunt facultatis, minimè tollãtur pręſcriptione, l. uiam publicam,ff.de uia publ.alia quoque allegantur per præcitatos Doctores.

Sed altera & tertia fuit opinio,quòd hæc facultas redimẽdi tolleretur ſpatio 30.annorum,in quã ſententiam iuerunt Doct.maioris autoritatis,uidelicet Iaſ.in ſupradictis locis poſt Ang. à ſe relatum, idẽ Iaſ.conſ.92. Illuſtriſsimus,col.ult.uer.nono,lib. 3.Deci. in d.l.petens,nu.7.ubi Claud.Aquenſ.col. 1.Curt.Iun.nu.15.Dec.

conſ.

conſ. 144.nu.4.Fely.in ca.cum acceſsiſſent,num.27. de conſtitut. & in Rub.de præſcriptio. nu. 15.vbi atteſtatur hanc opinionē cōmuniter receptam,Balb.in tracta.de præſcrip.4. par.5.par. princ. q. 3.Rube.conſ. 3.nu.7.Sociu.Iun.conſ. 145.nu.36.lib. 1.Gozadi. hic,col. 18.Cagnol.num.73.Boer.deciſ. 182. cum aliis,de quibus per Tiraq.vbi ſupra,nu.7.Couar.lib. 1.var.reſo.ca.9.nu.5.Portius li. 3.recep.ſenten.concl. 38. Et demum hæc opinio eſt magis com muniter recepta,atque ab ea minimè recedēdum, ut videri poteſt ex congeſtis per Anto.Gabriel. in lib. 5.commu.conclu.tit. de prę ſcriptio.concluſ.6.pro qua multa allegantur, quorum præcipuū eſt fundamentum, videlicet ratione euitādæ infinitatis,ne emptor in infinitum maneat obligatus ad reuendēdum,contra.l. si quis vi na.§.vl.ff.de per.& commo.rei vendi.l.qui bona.§.vlt.vbi gl. & Doctores.ff.de dam.infe.Alia citatur ratio, quia præſcriptio eſt odioſa,neque illi per huiuſmodi verba intelligeretur renunciatū,quādoquidem dubitant Doctores nunquid per pactum expreſſum hæc præſcriptio tolli poſsit,de quo per Bar.& Doct.in l.nemo poteſt.ff.de leg. 1.

His sic ſtantibus,non obſtant illa tria fundamenta pro ſecunda opinione adducta,videlicet tex.iſte.& d.§.si quid ita, quia reſpondent Docteres illud procedere, quoad præſcriptionem.x. vel xx. annorum,ſecus in hac præſcriptione xxx.quæ per dictiones,quādocunque,ſemper,in perpetuum,& simil.minimè tolliiur, pro vt ſcitè oſtendit Tiraq.vbi ſupra,num.9.& ſeq.Couar.vbi ſupra,nu. 4.Non obſtat quoque illud tertium fundamentum: quia reſpōdetur procedere in his quæ ſunt facultatis publicæ, ſecus in hoc qđ eſt facultatis priuatæ,quia tunc eſt præſcriptibile,Bal.in l.licèt,ubi Corn. col. 1.C.de iur.delibe. Vel & ſecundò dicas illam tertiam rationem procedere in his quæ ſunt simplicis facultatis, & ad merum factum pertinent:ſecus in his,quæ procedunt ex aliquo iure & contractu prout eſt pactio hæc,quia tunc præſcribitur,sicut dicitur de facultate adeundi,& iſta eſt vera,& communis reſolutio de qua per Cagnol.num.285.Tiraq.vbi ſupra,numer.23.Couar. numero 2.

100 Ampliatur nunc primò illa communis conclusio, etiam si emptor promiſiſſet retrouendere uenditori,& hęredibus ſuis quādo cunq;, quia tūc illa facultas redimendi præſcriberetur ſpatio 30. annorum,Ruyn.conſ. 150.lib.4.Cagno.hic,num.83. citatur text. hic ibi,siue tu,siue hæredes tui,& tamen DD.magis communiter concludunt præſcribi ſpatio 30.annorum;& ut adnotat ibi gl.expreſsio

preſsio hæredum fuit facta ex abundanti.

101 Ampliatur ſecundò communem illam ſententiam procedere, etiamſi pactum illud fuerit iuratum, ita Iaſ. in d. l. ſi mater. Balb. vbi ſupra. d. q. 3. communiter receptum aſſerit Socin. Iun. d. conſi. 145. num. 62. lib. 1. Boer. deciſio. 182. num. 7. & hoc, quando iuramentum tenderet ab obſeruantiam promiſsionis, & pacti de reuẽdendo, ſecus ſi illud iuramentum appareret fuiſſe præſtitũ ſuper renũciatione temporis, quia tunc impediret 30. annorum præſcriptionem, Feli. in rub. de præſcr. in 4. fallen. nu. 15. vbi Alc. num. 69. Alex. in d. l. nemo poteſt, nu. 26. Gerard. ſing. 18. nu. 14. & ſeq. Cagnol. hic, nu. 98.

Quinimmo etiamſi iuramentum tenderet ad promiſsionem pacti de reuendendo, nihilominus quidam ſunt opinati, pactũ huiuſmodi non tolli præſcriptione 30. annorum, ſed opus eſſe ad illud impediendum curſu 40. annorum. ita tradit Gozadi. hic, q. 4. conclu. 2. Crau. conſi. 71. nu. 2. Soc. Iun. vbi ſupra. Mouẽtur ipſi, quia iuramentum perpetuat actionem ad 40. annos, etſi illa temporalis ſit, l. nam & poſtea. §. ſi is, qui temporali, vbi Bar. Alex. & DD. ff. de iureiur. Iaſ. in §. item ſi quis el ſecondo, col. 1. inſt. de acti.

Sed his non obſtantibus à ſuprad. declaratione ſumpta ex Fely. Alcia. & aliis præcitatis DD. non eſſet recedendum, prout in ſpecie adnotat Roderig. Xuares in l. poſt rem, in 2. nota. verſic. conſidera vlt. col. 7. ff. de re iud. Couar. lib. j. var. reſol. cap. 9. nu. 7. qui reſpondet ad rationem in contrarium motam, videlicet illud, quod colligitur ex d. §. ſi is qui temporali, procedere in alio iuramento, nẽpe in eo, quod extra iudicium, vel in ipſo contractũ defertur a debitore creditori iuranti vera eſſe, quæ in eo contractu aſſeuerantur, quaſi ſecus ſit in hoc iuramento de quo agitur, & quando iuramentum appareret appoſitum ſuper renunciatione præſcriptionis, aduertendum eſt, quia nihilominus obſtaret præſcriptio centenaria: illa enim nunquam intelligitur excluſa, tex. eſt in Auth. ut de cætero commu. non fi. §. pe. & ibi gl. in ver. præſcriptione, vbi adnotat Ang. Feli. in rub. de præſcriptio. col. vl. Balb. in d. tract. in 5. par. 5. part, princ. q. 9. nu. 2. cum alijs, vt per Cagn. hic, nu. 87. latius Tiraq. in 2. lib. retract. §. 1. gl. 2. nu. 25.

Hæc autem communis concluſio ſic ampliata, limitatur pluribus modis, de quibus per præcitatos DD. & in ſpecie niſi contra-
102 ctus ille argueretur fœnera titius: † tunc .n. huic facultati redimẽdi, ſiue dicẽdi cõtractũ nullũ, minimè præſcriberetur. ita Dec. & Purpu. in d. l. pctẽs, Gerard. ſing. 18. Balb. in d. tracta. de præſcripti.

pti.4.par.q.3.in fi. Cagnol.hic num.88.Tiraq. ubi ſupra,num.33.& ſeq. Anton.Gabriel.in lib.5.commun. concluſio, tit.de præſcriptio. concluſ.6.num.12. atque hoc fit propter periculum animæ, quod eſt tanto grauius,quanto diuturnius.c.ult.de conſuet.

SVMMARIVM.

103 *Depoſitum factum à uenditore pro redimendo rem,cuius periculo cedat, ſi perijt.*

104 *Depoſitum ſi non eſt integrè factum non releuat uenditorem & qualiter integrè debeat fieri.*

105 *Depoſitum uel conſignatio pecuniæ nihil prodeſt,niſi ea prius fuerit legitimè oblata, & quando dicatur legitimè oblata.*

106 *Depoſitum ad hoc ut dicatur legitimè factum,quæ requirantur.*

107 *Oblatio ſola nunquid ſufficiat in caſu redemptionis an uerò cum ea requiratur conſignatio & depoſitio.*

108 *Depoſitarij confeſſio non ſufficit,ſed de uera numeratione conſtare debet ubi depoſitione opus eſt.*

109 *Depoſitum confeſſum non gaudet priuilegijs depoſiti.*

110 *Depoſitum confeſſum præiudicat confitenti, & quò ad eum probat numerationem.*

111 *Depoſitum confeſſum nunquid præiudicet alijs quam confitenti.*

112 *Depoſitum nihil prodeſt ſi ſit factum in alio loco quàm in citatione expreſſum.*

113 *Depoſitum & oblatio debent fieri congruo loco & tempore.*

114 *Iudicem ſuum non autem emptoris debet adire uenditor, quando uoluerit facere oblationem & depoſitum cum Iudicis auctoritate.*

115 *Compenſatio nunquid ipſo iure fiat ad impediendum curſum uſurarum & cenſuum.*

§. 3.

103 PRo declaratione huius tex. in uer. poſt oblatam, quæritur ſi uenditor depoſuerit pretium † non redimendo cenſu, uel alia re uendita cum eo pacto de reuendendo pœnes mercatorem qui decoxerit, cuius erit periculum, & in tali q. diſtinguitur quòd ſi emptor abſque iuſta cauſa recuſaſſet depoſitum recipere eius damno cederet,l.qui 10.in princ.ff.de ſoluti. ſin minus uenditoris eſſet periculum in cuius dominio erat depoſitum, l. acceptam, ubi Bart. ad fi. C. de vſur. Deci. conſil. 54. col

vlt.

tionemq́;, & depoſitum de pecunijs debitis videndum fieri in caſu recuſationis, de quo etiam per Menoch. in tract. de arbitr. iud. lib. 2.
106 cenſu. 3. caſu 232. † vbi recenſet breuiter qualitates, quæ debent concurrere ad hoc, vt depoſitio dicatur legitimè facta. Verum maxi-
107 ma eſt difficultas, nunquid † in hoc caſu redemptionis ſufficiat, ſola oblatio pecuniæ, an verò cum ea requiratur conſignatio, & depoſitio, & gl. hic in ver. oblatam tenet, poſt oblationem fieri debere cõſignationem, & ſequitur Ioan. Fab. idem glo. in l. ſi a te. vbi Bar. & Saly. C. eodem tit. Ioan. And. in c. illo vos. de pignor. Barto. poſt Iac. Belui. in §. illud autem. Auth. vt ex act. inſtan. dot. Bald. conſi. 108. Iſte qui promiſit reuendere. lib. 5. Ancha. conſi. 336. viſis diligenter. colũ. 1. Maſſueri. in titulo de emptio. & venditio §. item venditor ex pacto, al legatur. l. vlt. ff. de leg. commiſſo. l. 2. in fi. C. de iure emphyt. l. acceptã C. de vſuris.

Sed quòd ſola oblatio ſufficiat abſque conſignatione, & depoſitione, tenet Ioan. And. ſibi contrarius in addit. Specul. in rub. de emptio. & vend, poſt prin. idem Bald. in d. l. acceptam. in 5. q. vbi Albe. colum. 2. ver. ſed huic, Caſt. in d. l. ſi a te. Aret. in l. ſi ſeruus. col. 5. ff. de vulg. & pup, Soc. conſi. 80. in quæſtió. quæ vertitur. col. 3. verſi. præterea, & 2. lib. 3. Marſi. ſingu. 479. oblatio, ad hoc. Caſſa. conſi. 41. quia caſus. Cagnol. poſt Caſt. hic. col. 6. ver. 4. nota.

Pro conciliãda modo huiuſmodi controuerſia valde laborant ſcribentes, vt apparet ex traditis per Boer. deci. 124. teſtator. nu. 21. & ſeq. Modern. Pariſ. de contract. q. 39. nu. 296. alia enim diſtinctione vtitur Caſſand. conſil. 33. Hugo, & Martinus. altera verò Ruin. conſi. 74. uiſo proceſſu. col. 5. verſic. nec obſtat. lib. 4. Diuerſa etiam ponitur in lib. 3. communium concluſio. Anto. Gab. conclu. 8. titul. de ſolutio.

Tu autem his omnibus dimiſſis dicas, oblationem ſolam ſufficere ad actionem conſequendam, vt ſcilicet venditor, quandocunque etiam elapſo termino poſſit agere ad redimendum, & in his terminis loquitur Bal. in d. l. acceptam, & alij præcitati.

Sed quantum ad lucrandum fructus perceptos peremptorem, tũc poſt oblationem requiritur etiam conſignatio, & depoſitio, & hoc modo recipi debet contraria opinio, vt per Tiraqu. in 2. lib. Ret §. 4. glo. 6. num. 4.

108 In eo vero caſu, vbi conſignatione & depoſitione opus eſſet † nõ ſufficeret confeſſio ipſius depoſitarii confitentis, pretium ſibi a venditore numeratum, ſed aliter conſtare deberet de uera & reali numeratione, vt per Cępol, cauſa. ciuil. conſi. 43. in q. de præſentatione. in

1. dubio.

i.dubio.& conſi.ſeq.allega.l.ſi pretio.iuncta gl.in ver.ſi verò, & ibi
Bal.poſt Iac.Butr.C. ſi certum peta.glo.in l. ſi ex cautione. vbi Bald.
poſt Bar.col. 3.verſic.quarto quæritur,C.de non numera. pec.ſequi
tur Tiraq.vbi ſupra,nume.9. Facit ad hoc, quia.conſignatio huiuſ-
modi non dicitur vera & propria,nec naturalis, ſed tantum ciuilis,
& confeſſa.Bar.& alij in l.2.§.ulti.ff.ſi certum peta. Specu. in titu. de
teſte.§.j.ver.ſed pone egi,in fin.Bald. in l.placet. col.pen.verſi. unum
ſolum aduerte.C.commu.vtri.iud.& in l.ſi ita ſtipulatus.§.Griſogo-
nus.ubi Ange.Areti.Alex.ff. de verborum obligatio. Imol.in capit.ſi
cautio.col.pen.de fid.inſtrum.Alexan.in l.ſi quis ita.col. vltim. ff. de
verborum obligatio. & conſi.5.viſa ſcriptura.col.1.& ſequ.lib.1.&
conſi.25.viſo inſtrumento.col.2.verſi. nec obſtat dictum.lib.2.An-
ge.Areti.in §.ſeq.colum.3.verſicu.pone ergo,quòd Inſtitu. de actio.
Soc.conſi.3.circa præſentem.col.3.lib.cum multis,de quibus per Ti
raq.vbi ſupra, nu.10.& ſeq.

109 Similiter confeſſa depoſitio, & conſignatio non gaudent priuile
giis depoſiti.Bald.conſ.384.Duo ſunt videnda in fi.lib.1.Soc.conſi.
243.Diu profecto.col.vlt.verſi. confirmantur prædicta. lib.1. quod
repetiit conſi.17.lib.2.Tiraq.ubi ſupra.nu.14.

110 † Benè verum eſt,quòd huiuſmodi confeſſa depoſitio licèt non
ſufficiat quo ad præiuditium tertii; attamen præiudicat ipſi confitē
ti,& quò ad eum probat numerationem,& in eo caſu non poteſt op-
poni exceptio non numeratæ pecuniæ.l.Publia.§.vlt.vbi Bal.ff.depo-
ſi.l.in contractibus.C.de non num.pec.Bal.conſi.256. actum fuit de
poſiti,lib.1.& conſ.270. quidam nomine in fin. lib.1. & conſi. 354.
tribus rationibus,lib.2.pract.Ioan.Pet.de Fer.cap.quando teſtes pro
ducantur ad ætern.rei memor.verſi.habuiſſe confeſſus, & tit.in for-
ma libel.actio.hypotheca.ver.in depoſito,colum.1. Imol.Aretin. &
Alex.in d.§.Griſogonus,idem Alex.in d.l.1.§.ſi quis ita,Iaſ.conſ.172.
relatio.col.2.uer.accedat,lib.2.

111 Quid autem ſit in alijs caſibus, nunquid videlicet confeſſa rece-
ptio in depoſitum præiudicet aliis quàm confitenti:uide Bart. conſi.
160.Titius promiſit,& in l.duobus.§.j.vbi Salic.Caſt.& Alex.ff.de iu
reiur.Imo.poſt Ang.in l.Vranius.ff.de fideiuſſori.Caſt.conſi.64.quæ
ritur utrum,lib.1.Alex.conſi.25.viſo inſtrumento,col.2. verſi.ſecū
do oportet,lib.2.& conſi.123.lib.6.Cæpol.cauſa ciuil.conſi.12.du-
bitatur Afflict.deciſ.90.in cauſa Alexandri,num.3.& deciſ.93. ſunt
duo ſocii,& deciſ.150.Rex Alphonſus,col.pen.

112 Similiter ſi conſignatio pecuniæ fuiſſet facta in alio loco, quàm
in citatione, & denunciatione eſſet expreſſum, tunc depoſitum ni-

hil

hil opitularetur, ut per Cagno.hic, num. 113. qui ita ſe pridie in tali caſu iudicaſſe atteſtatur, & ob id liberaſſe emptorem, quia depoſitum fuerat factum in quadam domo, cum tamen fuiſſet citatus ad bancum iuris, citat l. aut qui aliter in princ. ubi Bar. ff. quod ui aut clam, tradens, quòd quando quis citatur ad aliquem actum, ſi ille actus aliter geratur, quam fuiſſet in citatione dictum, tunc nullius erit momenti facit etiam, quod notat idem Bar. in l. vlt. ad fin. eod. tit. Feli. in cap. 1. colum. ult. de iudi. Abb. in cap. conſuluit, col. 1. de offi. delega.

113 Similiter oblatio & conſignatio debet fieri congruo loco, & tempore, de quo per DD. in l. qui Romæ in princ. ubi Iaſ. ff. de uerbor. obligat.

114 Venditor autem, quando uoluerit facere oblationem, & depoſitum cum iudicis authoritate, & tunc ipſe adire debebit ſuum Iudicem, non autem Iudicem emptoris. ita Bal. in d. l. acceptam, col. 5. mouetur, quia ipſe adit Iudicem, ut reus, non ut agens, ſequitur Alex. conſ. 103. nu. 5. lib. 5. Cagno. hic, nu. 113.

115 Quæritur etiam de alio, † uidelicet nunquid compenſatio ipſo iure fiat ad impediendum curſum uſurarum, & cenſuum? exemplum ponit nouiſsimè Sebaſtianus Medic. I. C. apud nos ſingulari uirtute & probitate, non minus quam gente clarus in ſuo eleganti de compenſatio. tract. q. 50. prim. part. nu. 1. in eo, qui prætenderet intereſſe ſeu uſuras, cui per debitorem fuiſſet oppoſitum de cōpenſatione alicuius ſui crediti, & inquit, pro rata crediti impediri debere facit l. ſi conſtat. l. etiam, C. de compenſat. l. eius. C. de ſolut. l. cum alter cum l. ſeq. de cōpenſa. ubi indiſtinctè compenſatio fit ipſo iure ad inhibēdum curſum uſurarum, ſiue iure actionis, ſiue officio Iudicis etiam priuilegio minoris ætatis debitarum, ſiue utrunque debitum ſit uſurarum, ſiue uſuræ ſint æquales hinc inde, ſiue inæquales, ſiue non ſit debitum uſurarum niſi ab altera parte, & idē ad uitandū remiſsionē pœnæ, tenet glo. Bar. Bal. & Ang. Paul. Fulgo. & omnes in d. l. ſi cōſtat, & generaliter ubicunque defectus ſolutionis poſſet afferre præiudicium, uel damnum debitori. Alex. conſi. 45. num. 4. lib. 3. & conſi. 74. num. 4. lib. 5. Soci. conſ. 130. ad fin. lib. 4. Curt. Sen. conſ. 70. colum. ult. Iaſ. in §. in bonæ fidei, num. 83. inſt. de actio. Socin. in l. Iulianus, colum. 2. num. 9. ff. de condi. & dem. ubi ampliat etiam ſi hinc inde uerſaretur pœna ex diuerſis cauſis, puta ex diuerſis compromiſsis, reprehendendo ibi Bart. & Caſtren. qui tamen non meruerunt reprehendi, quando non ſentiunt contrarium, ſed ita debent intelligi, prout ibi intellexit Alex.

in addit.ad Bar.ampliant etiam Iuriſtæ ad debita iurata ad impediẽdum periurum Bart. Ange. Raph.Cuman. in l.amplius,ff.rem rat. hab.Fab.& Plate.in d.§.in bonæ fidei Bal.in cap.ad noſtram de iur. iur. & ſequuntur Moder. Pariſi. de contract.q.43.qui dicunt huiuſmodi ampliationem communiter damnari a Canoniſtis excepto Bal. & Imo. in d.c.ad noſtram. Ampliant etiã cõmuniter DD. in emphyteuta ad uitandum commiſſum, quod tamen reprobatur a Moder. Pariſi. Et quod dictum eſt ſupra de compenſationibus, intelligitur, ut prius fieri debeant in uſuras, ſi quæ debeantur, reliquum autem in ſortem compenſetur, patet quia ſi ab homine offeratur compenſatio, uel etiam realis ſolutio, non tenetur creditor admittere, niſi prius uſura ſoluatur. l.cum & ſortis,ff.de pignora. action.

Similiter, quò ad cẽſus, & redditus, intelligas nullam fieri compenſationem ipſo iure, ſed demum congrua facta oppoſitione ab homine, quæ uice oblationis ſit, ut per Moder. Pariſ. ubi ſupra, & in hoc caſu cenſus accedunt propius ad naturam pœnæ, quàm uſurarum, quia oppoſita etiam expreſsè compenſatione partis non impediret totam pœnam committi, l.5.in fi.ff. de ver.ob.

SVMMARIVM.

116 *Valor rei probatur ex redditu, & quãtitate fructuum perceptorum.*

117 *Valor & iuſtum pretium rei eſt ad quantum aſcendunt fructus ex ea percepti in 20. annos.*

118 *Valor probatur ex uenditionibus locorum uicinorum.*

119 *Valor probatur per inſtrumenta, & nunquid dicatur perfecta probatio.*

120 *Valor probatur per teſtes, & hæc eſt regularis. & magis frequens probatio.*

121 *Articulus ſeu capitulum ad probandum rei valorem & æſtimationem quomodo faciendum.*

122 *Teſtis ſi dicat rem valere centum & plus, illa adiectio pluris non attenditur pro augendo pretio.*

123 *Teſtis ſi dicat rem valere centum & plus. & illa ſit vendita pro 50. concludit in læſione dimidiæ.*

124 *Teſtes, ſi vnus dicat rem valere centum, duo autem centum & viginti ſtatur dicto duorum.*

125 *Teſtes ſi variant in valore ſtatur mediæ ſummæ.*

126 *Teſtes in probando valorem tenẽtur aſſignare rationem ſui dicti etiam*

non

non interrogati, & quæ dicatur bona eius dicti ratio.

127 Bald. doctrina reijcitur dum tradebat in dubio magis credendum teſtibus affirmantibus pro parte venditoris, quàm alijs.

128 Pretium minuitur, & augetur ex qualitate & conditione rei.

129 Pretium rei minuitur ſi ematur cum pacto de reuendendo.

130 Pretium rei minoris æſtimatur ſi fuerit litigioſa.

131 Pretium rei minuitur ratione mali vicini.

132 Pretium rei minuitur ſi venditor eſt ære alieno implicitur.

133 Pretium rei minuitur ſi precibus venditoris ematur, & qualiter intelligitur.

134 Valor rei minuitur, quando eſt ſita in loco periculis obnoxio.

135 Emphyteutica res minoris æſtimatur.

136 Valor rei minuitur ob quoduis onus in venditione appoſitum.

137 Belli tempus, peſtis, penuria pecuniarum, & ſimiles calamitates minuunt rei valorem.

138 Venditor vbi probauerit, in obolo ſe læſum vltra dimidiam iuſti pretij obtinebit non obſtantibus conditionibus minuentibus rei pretium.

139 Valor rei probatur per iudicem.

140 Iudex debet iudicare ex his, quæ ſibi notā ſunt, vt iudici non vt priuato.

141 Valor rei immobilis non ſolet probari per iudicem.

142 Valor rei probatur per æſtimatores ad hoc electos.

143 Aeſtimatores debent prius iurare pro forma ſe benè æſtimaturos.

144 Aeſtimatores debent eſſe periti.

145 Electio æſtimatorum pertinet primum ad partes poſtea ad iudicem.

146 Aeſtimatores regulariter duo requiruntur, ſi reperiri poſſint ſin autem vnus ſufficit.

147 Aeſtimatoribus non debet dari fides abſque iuramento.

148 Aeſtimatores potius dicuntur iudices quàm teſtes.

149 Aeſtimatores & alij periti, qui de peritia deponunt in figura iudicij non producuntur, vnde die feriata poterunt examinari.

150 Aeſtimatores poſſunt à iudice mitti etiam publicatis atteſtationibus.

151 Iudex debet ſtatuere terminum, partibus quando mittit agrimenſorem ad æſtimandum.

152 Relationi faciendæ per æſtimatores partes non debent eſſe præſentes.

153 *Relatio æſtimatorum debet in actis ſcribi, & inſeri.*
154 *In probando valorem & communem æſtimationem rei debet haberi reſpectus ad tempus conuentionis.*
155 *Probatio per æſtimatores non uidetur bona, quando valor habet reſpectum ad præteritum.*
156 *Sententia lata à iudice ex relatione æſtimatorum nunquid tranſeat in rem iudicatam, item ex relatione aliorum peritorum & ex probationibus priuilegiatis, & incertis.*
157 *Valor rei probatur per librum æſtimi confecti per æſtimatores de publico.*
158 *Liber æſtimi inter quos faciat fidem.*
159 *Valor probatur per taxationem factam à teſtatore lege, vel Principe.*

§. 5.

SVCCESSIVE quoniam ſuperius non ſemel dictum fuit, ad iuſtitiam contractus de retrouendendo fieri non debere, vt fundus vel domus ſit empta pro modico pretio. Ideo cadit hic congruè videndum de modo probandi valorem & æſtimationem rei immobilis. Materia eſt utilis & frequentiſsima, licèt confusè varieque explicata, & in qua Doctores, etiam primæ claſsis minus perfectè fuerunt loquuti, vt colligi poteſt ex traditis per Bar. in l. 2. nu. 20. C. de reſcin. vend. in l. pretia rerum, in prin. ff. ad l. Falc.

116 † Probatur ergo huiuſmodi valor pluribus modis, & primò ex reddito, & quantitate fructuum perceptorum, ita glo. in d. l. 2. per l. ſi quos. C. de reſcin. vend. ibi rei qualitas & fructuum quantitas. l. ſi fundum 94. ff. de leg. 1. ibi excuſſo pretio ſecundum redditum, & ibi tradunt glo. & Doctores, concordat. l. ſi fundus. ff. de re. eo. ibi pro modo fructuum, facit ſimile traditũ, quòd Turris, vel Caſtellum non æſtimatur ex ſumptib. & valore edificii, ſed ex reddito, de quo per Io. de Pla. in l. 2. C. de præd. & om. re na. citatur tex. in l. qui bonis. ff. de ceſsi. bono. vbi Bar. qui etiam tex. pro ſingulari ad aliud notatur, de quo per Iaſ. in §. ſed & ſi quis, nu. 11. in ſti. de actio. & in l. conſtante, nu. 130. ff. ſol. ma. Alex. in l. maritum. colum. vl. ff. eod. Bocr. deciſ. 19. nu. 6. quibus locis tradunt Doctores, quòd condemnatus in quantum facere poteſt, redigitur condemnatio non ad quantitatem, & qualitatem ædificiorum, ſed ad redditum ipſorum, facit etiam quia prędium nõ ex magnitudine,

ſed ex

ſed ex bonitate æſtimatur, ut poſt Bar. & Bald. tradit Afflict. deciſ. 58. nu. 6.

117 † Et aliàs traditum eſt, quòd valor & iuſtum precium rei ſit ea quantitas, ad quam aſcendere poterunt fructus, & redditus ex eadem repercepti per ſpatium 20. annorum, deductis tamen expenſis, gl. in Auth. de non alien. rer. eccl. §. ſi verò. gl. & Doctores in authen. perpetuo. C. de ſacroſ. eccl. Iaſ. in l. ſi fundum per fideicommiſſum. col. 2. ff. de lega. 1. idque vt receptum aſſerit Bertrandus conſi. 318. quamuis. num. 2. lib. 3. Tiraq. in primo lib. Retract. §. 1. glo. 9. num. 19. Couar. lib. 3. variarum reſolu. cap. 9. nume. 5. cum alijs, de quibus per Arri. Pinel. in l. 2. part. 3. cap. vlti. num. 29. C. de reſcin. vend.

Tu autem in hoc aduertas, quia Cagn. in d. l. v. num. 233. recedebat ab huiuſmodi ſententia ita communiter recepta in eo caſu, quo quis communem rei æſtimationem tenetur oſtendere, quia tunc non putabat ex tali redditu fructuum probari iuſtum rei pretium, niſi probatio hæc fuiſſet coniuncta cum alio articulo videlicet, quòd in tali loco communi æſtimatione emitur res reddens ad rationem, puta quinque pro centum, quia tunc eſſet perfecta, & concludens probatio, vt per eum poſt Bart. in d. l. pretia rerum. §. vl. Are. §. ſi quis agens. col. 3. Inſt. de ac. quod adiunctum ad illam communem ſententiam mihi videtur neceſſarium.

Similiter aduertes. quia computatio fructuum debet fieri in tẽpus præſens, nam in futurum pretia variantur. l. non quemadmodum. ff. de iudi. & hoc niſi contractus ſint ſeparati, vel tempora ſeparatim exprimantur, vt per Aemilium Ferret. conſi. 12. Pinel. vbi ſupra.

118 Secundò probatur rei valor ex venditionibus locorum vicinorum, ita gl. pe. in d. l. 2. & ſequi videtur Bar. ibi probatur in d. l. pretia rerum. §. vlt. inducendo a contrario ſenſu, dum dicitur ibi, ꝙ ex uarietate locorum inducitur pretij uarietas, ergo ex vicinitate probabitur idem pretium.

119 Ita etiam †valor rei probatur per inſtrumenta, ſecundũ Bal. in l. vni. col. vlt. ver. quæro nunquid per inſtrumenta. C. de ſenten. quæ pro eo quod inter. vbi traditur, quòd per inſtrumenta veterũ emptionum, & venditionum probatur præſens rei ualor, ſi ſint cõfecta de proximo, quia tunc non præſumitur mutatio ualoris, allegat. l. ſi inter virum. C. de iur. do. ſequitur Aret. in c. cum cauſam. col. 4. de teſti. Iaſ. in conſi. 54. col. pe. lib. 1.

Sed aduertendum eſt, quia huiuſmodi probatio nõ videtur per

fecta, & concludens, & ipſemet Bal. in d. l. 2. col. vlt. dicit, hanc potius coniecturalem, quàm plenam, & ſubſtantialem probationem exiſtere, ſequitur Barb. in c. cum cauſa. col. vlt. de empt. & vendit. vbi melius per Imo. nu. 28. Alex. in l. lege Falcidia. §. corpora. ff. ad leg. Falc. cum alijs, de quibus latè per Cag. in d. l. 2. vbi ſupra, tradens id eſſe communiter receptum, vt per eum cui addas Deci. in l. quatenus. nu. 6. ff. de reg. iur.

120 Tertiò fit probatio per teſtes,† quæ videtur eſſe regularis, & magis frequens probatio, & Bar. in d. l. 2. tradit hanc doctrinam, videlicet, vt teſtes deponant, quod tempore facti contractus ante, & poſt viderunt quàm plurimos homines volentes eam emere pro tanto pretio communi æſtimatione, ſequitur Are. in d. §. ſi quis agens. col. 3. Alex. in d. l. pretia rerum. col. pe. defendens Bar. ab impugnatione, Bal. in d. l. 2. col. pen. poſt Nic. de Matare.

Sed iſta doctrina Bar. damnatur ex pluribus, primò quaſi contineat magnam difficultatem, eſſet enim difficile inuenire teſtes, qui vidiſſent tot homines volentes eam rem tanti emere. Secundò, quia in probando valorem immobilium eſt deponendum tantum modo de tempore contractus, non autem ante & poſt, nam ex varietate temporum contingit varietas pretij. d. l. pretia. §. vlt. Bar. in d. l. 2. col. vlt. cum plurib. de quibus ibi per Arri. Pinel. in d. c. vlti. nu. 15. Tertiò, quia probatio hæc non eſt concludens, non enim ſequitur tot homines tali pretio emere voluerunt, ergo emerunt. Quartò, quia modus iſte traditus per Bar. eſt omnino extraneus, & præter vſum, prout de prædictis omnibus habes latius ꝑ Cagn. in d. l. 2. nu. 234. Quamobrem melior erit doctrina, quam ponit ip

111 ſe Barto. in d. l. pretia rerum, §. vlt.† videlicet vt fiat articulus, ꝙ ex tali fundo communiter tot fructus recolliguntur, & quòd fundus tanti redditus in eo loco & regione eſt tanti valoris, addita ſcilicet communi æſtimatione, vt per Alex. in d. l. pretia rerum. col. pen. poſt alios per ſe allegatos. Aret. in d. §. ſi quis agens, col. 2. Fel. in c. cum cauſam. el 2. de teſti. & in tali caſu teſtes nullam tenerentur reddere cauſam ſuæ depoſitionis, ut per Cagnol. in d. l. 2. numer. 236.

Vel ſcilicet, vt fiat articulus magis generalis, qui melior eſt, & frequentius ſeruatur in praxi, videlicet, quòd talis fundus cõmuni æſtimatione tantum valet, & tanti communiter venderetur, & emeretur, per quem articulum plenè, & concludenter probabitur valor, & communis rei æſtimatio, & ſequuntur communiter ibi Ale. & cęteri Doc. Are. in d. §. ſi quis agẽs. col. 2. Fel. vbi ſupra. Cag.

in d.

in d. l. 2. nume. 335.

121 Sed quęritur † quid ſi teſtes dicerent rem ualere centum, & plus, an illa adiectio, pluris attendi debeat pro augendo pretio? & Bald. in d. l. 2. num. 26. putauit illam adiectionem nihil operari, ſequitur Imol. in d. cap. cum cauſam. num. 28. & ibi Barbat. & Burgē. nume. 4. Alexan. conſi. 109. num. 12. lib. 4. Alcia. in l. hęc adiectio. ff. de verb. ſignifi.

123 Sed aduertēdum eſt, † quia ſi res uendita eſſet pro 50. & teſtes deponerent illam ualere centum, & plus, concluderent in læſione dimidiæ, quæ facit reſcindere contractum: ſimiliter ſi res uendita eſſet pro centum, cum pacto de retrouendendo, & teſtes dicerent ualere 150. & plus, concluderent pro reddendo contractum illicitum, ita tenet Sal. in d. l. 2. colum. penul. ſequitur Fel. in d. cap. cum cauſam. in prin. de teſti. & in cap. poſtulaſti. num. 5. de Reſcrip. Iaſ. in l. cum furti. in fin. ff. de in lit. iurand. Soc. Iun. conſ. 73. num. 2. lib. 2. Couar. lib. 2. uariarum reſolutio. cap. 3. nu. 3. Pinel. in d. l. 2. part. 3. cap. vlt. num. 9.

124 Similiter † ſi ex teſtibus vnus diceret rem ualere centum, duo autem cētum & uiginti, ſtaretur teſtimonio duorum, Sal. in d. l. 2. col. antepen. verſic. ſed tunc. & ibi Cremenſ. num. 341. Pinel. vbi ſupra, num. 10. allegant. in argumen. l. vlti. C. de fideicommiſſ. ibi, ut per ampliores.

125 † Item ſi unus ex teſtibus deponeret rem ualere centum, alter centum & decem, alter uerò cētum & uiginti ſtaretur mediæ ſummæ, quia in ea duo concordant Saly. in d. l. 2. colum. penult. & ibi Cremenſ. ad finem, refert & ſequitur Alexan. in conſi. 64. num. 9. lib. 2. cum alijs, de quibus per Pinel. ubi ſupra.

126 Et notandum eſt, quod † teſtes in probādo ualorē, & communē æſtimationē rei immobilis tenentur aſsignare rationem ſui dicti, etiā ſi non interrogentur, Bal. in l. ſolam. C. de teſti. Alex. poſt Caſtren. in d. l. pretia rerum. col. ult. Fely. poſt Areti. in d. c. cū cauſam. Lanfran. in cap. quoniam contra. uerſi. teſtium depoſitiones. num. 91. de probatio. Deci. in d. l. quatenus. Cagnol. in d. l. 2. num. 236. vbi Cremenſ. nume. 315. & ibi Pinel. poſt multus a ſe relatos. cap. ult. nume. 11. Bonam autem rationem ſuæ depoſitionis dicentur teſtes aſsignare, ut puta, ſi deponant ſe ſcire, quia habent rem notam, ipſique & alij communiter, quibus ea res nota eſſet tanti emerent, ita Bald. in l. vlt. in fi. C. de iur. domi. impet. Et melius erit ſi addant ſe ſcire, quia ſunt uicini, ex eo, quia præſumuntur ſcire, l. 1. §. 1. ff. de flumi. Bal. in d. l. 2. col. vlti. uer. & ſcias. tradunt de hoc

Bar.& doct.in l. 1.ff.ſi cer.pet.Erit etiam bona cauſa ſcientiæ, ſi teſtes concludant depoſitionem ſuam per redditum rei,ut per Saly. in d.l. 2.Nec ulla cauſa deſiderabitur in illis teſtibus, qui deponēt de uiſu,ut puta,ſi dicerent ſe uidiſſe plures uolentes emere talem rem tanto pretio ſecundum communem æſtimationem,quia tunc talis probatio cōcluderet per ſenſum corporeum: erit etiam bona cauſa ſcientiæ, ſi teſtes dicant, ideo id deponere, quia ſunt periti, nam in huiuſmodi teſtibus ſapientibus nulla alia requiritur ratio, Cremenſ.in d.l.2.nu. 316. Pinel.ibi cap. ulti.nu.11.faciunt tradita per Cagnol.ibid.nu.311.

Sed quid ſi teſtis deponens dicat, ſed id pro certo credere, nun quid ſufficiet.& Bal.in l.ſiue poſsidetis.num.6. C.de probat.concludit quòd non,ſequitur Cagno.in d.l. 2.num.212.Pinel.ibi.cap. vlti.num. 12.

Similiter ſi teſtis deponat rem tantum ualere, quia tantum daret,non probat,nec concludit,etiam ſi eſſent 20.teſtes,cum ſint ſingulares,neque habeant in dicto ſuo conteſtes. l.iuſiurandi. C.de teſti.ac etiam quia non deponunt de communi pretio, ut requiritur,ſed de affectione particulari, ita pertranſit Bart. in d.l.2. poſt glo.ibi ſequitur Imo.poſt Anto.de But.in cap.cum cauſam.nu.27. de emptio.& uenditio.& in d.l.pretia rerum. ubi Alexan.num.11. Fel.poſt Abb.in d.c.cum cauſam.de teſti.cum alijs, de quibus per Pinel.in d.l.2.part.3.cap.vlt.nu.12.

Et licèt Bal.poſt Nico.de Matarel.in d.l.2.contrarium teneat in dubio,uidelicet,quando non conſtat teſtes moueri ad deponendū ex aliqua affectione particulari,quam habebat ad ipſam rem,ut puta ratione propinquitatis, uel alterius commoditatis, & ſequitur ibi Saly.& Cremenſ. Ioan. Cald. in d. c.cum cauſam.de teſti.Deci. in d.l.quatenus.nu.7.ff.de reg.iur. Tamen in iudicando & conſulendo non eſſet recedendum a ſuprad.opinione,ut per Cagno.in d. l.2.nume.240.

Quæ concluſio ſic communiter recepta intelligitur, niſi teſtes prius depoſuiſſent de communi æſtimatione, nā licèt poſtea ſubdat,quòd ipſe tantum daret, ſubſtineretur eius teſtimonium. Cagnol.in d.l.2.num. 236. & ibi Pinel. ubi ſupra.Soci.Iun.conſil.73. lib. 2.

Secundò intelligitur,niſi in capitulis, ſuper quibus teſtes deponunt,eſſet appoſitum quòd res ſecundùm communem æſtimationem tantum ualebat, nam licèt in ſuis depoſitionibus teſtes dicerent,ipſi tantum darent, attamen cùm dictum teſtis uideatur habe-

re rela-

re relationem ad capitulum, ualeret eius teſtimonium. Deci. in d. l. quatenus. ad fin. uidetur ſequi Cagnol. in d. l. 2. nu. 212.

Quæ tamen declaratio ſi dilgenter conſideretur, uidetur potius deſtruere communem ſententiam, & ideo illam non puto veram.

Tertiò intelligitur niſi teſtes hoc modo deponentes eſſent periti, & de qualitate rei notitiam habentes, nam tunc iudicarētur ſemper deponere ſecundum communem æſtimationem, & ſicut taliũ ſubſtineretur teſtimonium, etiam ſi nullam aſsignarent rationem, ut ſupra dicitur. Ita etiam ualebit eorum dictum, etiam ſi hoc modo deponant, Cagno. in d. l. 2. nu. 211.

127 Ex quibus omnib⁹ infertur periculoſam & falſam eſſe doctrinam Bal. in d. l. 2. col. ult. num. 29. dum tradit, quod in dubio magis credendum eſſet teſtibus affirmantibus pro parte uēditoris, quàm alijs negantibus, propter illam vulgarem & generalem regulam, de qua in l. diem proferre. §. ſi plures. ff. de arbit. & in cap. 1. de præſcrip. lib. 6. & de qua paſsim Doct. vt per Port. lib. 2. recept. ſentent. conclu. 14. Si quidem illa attenta emptores non poſſent ſe defendere, cum eorum teſtes nihil illis prodeſſent, quod tamen concedendum non eſt. Vnde hæc diſtinctio inter affirmatiuam & negatiuam erit reiicienda, omiſſo, quòd non magis videntur affirmare teſtes uenditoris, quàm emptoris. Erit ergo inſpiciendum, quis eorum meliorem rationem afferat, ut ſupra dicitur, de quo per Alex. in d. conſil. 64. lib. 2. Alcia. in l. 1. §. ſi ſtipulanti. num. 40. ff. de verb. obligatio. Pinel. in d. l. 2. cap. ultimo. nume. 14. & ibi Cagnol. numero 245.

Hoc autem, & omnia ſupradicta magis relinquenda eſſent arbitrio iudicis, ut per Bald. in d. l. 2. num. 29. ab eius enim officio dependere uidetur, an aliquid ſit probatum, necne. l. 3. uerſi. tu magis. de teſti. Bar. in d. tract. de teſti. col. j. Caſtren. in l. admonendi. col. penul. ff. de iureiur. Soc. conſi. 54. col. vlt. lib. 3. Deci. conſ. 448. cum alijs, de quibus per Cagn. in d. l. 2. nu. 212.

Et aduertendum eſt, quòd licēt fuerit concludenter probatum ſuper ualore rei, attamen inſpiciendum etiam eſt, nunquid ipſa habeat aliquam conditionem, & qualitatem, quę habeat diminuere

128 illius ęſtimationem. Pretium † enim aliquando minuetur, aliquãdo augetur ex qualitate & conditione rei. l. quod ſæpe. §. ult. ubi gl. & Doct. ff. de contra. emptio. Bal. in l. ſi uenditor. §. ulti. ff. de ſer. expor. Vnde Doct. circa hoc inſtruunt aduocatum emptoris, uidelicet, quòd ipſe faciat poſitiones & capitula de conditionibus, quę

habeant

habeant diminuere & extenuare ualorem rei, ut puta quod res de qua agitur habeat annexum iſtud pactum reuendendi, nam tunc
129 minoris † uenit ęſtimanda, Abb. in ca. in aliquibus. num. 2. de decim. Soc. conſ. 15. col. vlt. lib. 1. ubi tradit, quòd res ualens centum debet minus quàm 70. æſtimari ſi ematur cum iſto onere reuendendi, ſequitur alter Soc. in l. 1. §. ſi hæres. in 3. notab. ff. ad Treb. & in conſil. 57. col. ulti. lib. 4. Deci. conſi. 167. col. 2. ver. 2. reſpondetur. Ripa poſt Iaſ. in d. l. i. §. ſi hæres. cum multis, de quibus per Tiraq. in 2. lib. ret. in præfat. nu. 20. Couar. lib. 3. variarum reſolu. ca. 10. in prin. Rolan̄d. à Vale conſ. 96. num. 38. lib. 2. Sed uide eundē Couar. in cap. præcedenti limitantem, niſi pactum eſſet adiectum in fauorem emptoris, id eſt, ut poſſet redimi quandocunque emptor uoluerit, quia tunc potius pluris, quàm minoris res erit æſtimanda, ut per eum.

130 Similiter † res uenit minoris æſtimanda, ſi ipſa fuerit litigioſa, vt quia de illa fuerit factum compromiſſum, Bar. in l. ſi quis cum aliter. ff. de verborum obligatio. & alij de quibus per Felyn. in d. c. cum cauſam. el ſecondo. de teſti. Pinel. in d. l. 2. cap. ult. nu. 19.

131 Item res † iudicatur minoris pretij ratione mali uicini. Iaſ. in d. l. 1. §. ſi hæres. num. 7. Gerar. ſingul. 22. ad finem. & facit quod tradit Pinel. in d. l. ij. part. ij. cap. ij. num. 35. Atque hùc confert quod memorat. Plutarch. in Apophteg. lib. de Themiſtocle, qui dū prædium uenderet, proclamari iuſſit, bonum quoque uicinū habere.

132 Sic etiam minuitur † rei ualor, quando uenditor eſt implicitus ære alieno, tunc enim datur iuſtus timor ad deterrēdos emptores, ita Bart. Alex. Iaſ. & Ripa in d. l. j. §. ſi hęres cum alijs, de quibus per Pinel. poſt Cremenſ. in d. l. ij. cap. ult. nu. 20.

133 Minoris etiam æſtimatur res † ſi apparet eam precibus fuiſſe emptam, nam carius dicitur emptum, quod precibus emitur. Albe. in l. fundi partem. ff. de contrah. empt. Tiraq. in primo lib. Retra. in præfa. num. 23.

Quæ doctrina non eſt ita ſimpliciter tenenda, ut ſcilicet ex parte emptoris ſemper cenſeatur datum maius pretium; ſed iuxta diſtinctionem, quā uidetur facere tex. in l. ſi gratuitam. §. ſi margaritas. ff. de præſc. uer. ut ſcilicet ſi pces puenirēt ex parte emptoris, ſemper cenſeatur maius pretiū datum: ſi aūt uēditor rogauerit emptorem, & tunc cēſeatur minus pretium interueniſſe, quæ diſtinctio optima quidem eſt, facit l. ſi ut certò. § interdum. ff. commo. l. rogaſti. & ibi not. ff. ſi certum peta. ſequitur Pinel. in d. l. ij. cap. ulti. nume. 21.

Ita

134 Ita quoque † minoris erit æſtimãda res ſita in loco periculis ob noxio.l.& ſi ſine.in fi.prin.ibi,quæ fortuitis caſibus ſubiectæ ſunt, & l.verum,§.ſciendum.in fi.ibi multis caſibus obnoxia. ff.de min.

135 Pincl.vbi ſupra,num.22. † Similiter ſi res ſit emphyteutica,tunc minueretur eius pretium.Cagnol.in d.l.2.num.243. & ibi Pincl.c. ult.num.23.

136 Et demum, quoduis pactum, † vel onus in venditione appoſitum eſt veluti quædam pars pretij, & ob id res utilius uenditur, insignis eſt ad hoc text.in l.ſi fundi partem.& ibi glo.in ver.uendidiſti.ff.de contrahen.emptio. cum multis ſimilib. de quibus per Tiraq.in 2.lib.Ret.in præfat.nu.21.& ſeq.Cacchera.deciſ.Pedemonta.91.num.10.

137 Sunt etiam aliæ qualitates, † quæ poſſunt extenuare, & diminuere æſtimationem rei, vt puta tempus belli, peſtis, penuria pecuniarum, & ſimiles calamitates, de quibus per præcitatos Doctores refert Cagnol.in d.l.2.num.243.

Ex quibus omnibus reſoluunt DD.quòd vbi res uenditur, cum vna iſtarum qualitatũ minuentium rei pretium, debeat plenius probari læſio ex parte uenditoris longè ſupra dimidiam iuſti pretij ſi agent remedio. l.2.C.de reſcinden.venditio. Si autem dicat de ſimulatione contractus ſecundum terminos ſupradictos, & tunc debeat probare de læſione ſupra tertiam, & quartam partem iuſti precij illud, quod uenit deducendum ob huiuſmodi qualitates, prout tenent DD.præcitati. Tiraqu. poſt multos a ſe relatos in d. præfat.num.25.

Sed aduertendum eſt, quòd licèt ſupradictæ qualitates minuant
138 iuſtũ rei pretium, † adeò quòd res iccirco debeat uilius eſtimari, prout ueriſsimũ eſt, attamen non per hoc crediderim alterari debere communem rei valorem, quo ad terminos.d.l.2.ac etiam materiam noſtram, ſed quòd ubi venditor probauerit ſe læſum ultra dimidiam in obolo, vel ultra tertiam, & quartam iuxta diſtinctionem ſupra traditam, ſtatim debeat obtinere non obſtantibus huiuſmodi qualitatibus, alioquin ſequeretur magna reſtrictio ad ipſa remedia, quod non eſt dicendum, cuius ſententiæ videtur eſſe Pincl.ſcriptor, & ſi recens, haud tamen vulgaris.in d.l.2. c.vlt. nume. 19.licèt aſſerat ſe in praxi variè iudicatum uidiſſe.

139 Quartò, † probatio communis æſtimationis fit per ipſummet iudicem, qui poterit rem inſpicere, & æſtimare, vt per Bart.in d.l. 2.qui allegat l.ult.in fi.C.de iu.dom.impet.& ſequitur Bal.in d.l.2. col.penul.qui citat text. in l. ut tantum.§.his conſequenter. ff. de

ſeru.

ſeru.corrup.tradit Salyc. in d.l.2. col. vlt. quòd iudex poterit locum, & rem inſpicere,& a uicinis,& alijs id ſcientibus ſe informare de qualitate rei,& quantitate redditũ, & æſtimationem facere, maximè ubi probationes eſſent contrariæ. ſequitur Aret. in d. §.ſi quis agens.col.2.Alex.in d.l.pretia rerum.num.6. vbi Hercula.col.8.qui allegant text.in l.ſi quod ex Pamphila. in fi. vbi Barto. ff.de leg. 2.l.ſi irruptione.ad fin.ff.fini.regund.& plura, quæ allegat Craue.conſi.218.num.4.Cagnol.in d.l.2.nu.255. & ſeq. & ibi Pinel. in d.c.ult.num.7.

140 Et hoc † quando iudex rem inſpiceret,& æſtimarit ut iudex,ſecus ſi uiderit,ut priuata perſona, quia tunc non attenderetur eius æſtimatio.ita Iaſ.poſt Caſtr.in l.2.ff.de in lit.iur.per quem tex.tradunt ibi, quod ſi iudex ſtans ad feneſtras palatij uidit Titium interficere Seium, & tamen Titius nunquam fuit confeſſus,nec per teſtes potuit probari, non debet ipſum condemnare ad mortem, quia non eſt ſibi notum ut iudici, ſed ut priuato. tradit de hoc latius Iaſ.in §.ſi minus.nu.15.Inſtit. de actio. Et quòd iudex debeat ex allegatis,& probatis in iudicio, quæ ſibi ut iudici nota ſunt,non ex his,quæ priuatim ex particulari ſcientia perceperit,ſententiam dicere tradit doctè,& eleganter poſt multos iuriſtas,Canoniſtas,atque Theologos à ſe relatos Couar.lib.1.uaria.reſol.c.1.ad quẽ circa hoc te reijcias. Et huiuſmodi æſtimationi factæ per iudicem ſtandum erit, ſi appellatum non fuerit, iuxta l.ingenuum.ff.de ſta. hom. Si autem appellatum fuerit, & iudex exceſiſſet modum in æſtimando, tunc per iudicem appellationis eius ſententia veniret corrigenda,vt per Vincent.Hercul.in d.l.pretia rerum.col.8.

141 Et licèt ſupradicta opinio ſit communiter recepta, † aduertendum eſt tamen, quòd in rebus immobilibus forſan non procedet, tanquam ſit modus inſolitus probandi æſtimationem, prout uiſus eſt ſentire Salyc.in d.l.2.col.antepen.& ibi Cagnol.num.257. attẽ ſtatur ſe nunquam uidiſſe in practicam hoc deductum,& obſeruatum. Et iura pro illa communi ſententia relata procedunt in rebus mobilibus. ita loquitur text.in d.l. ulti.in fi.C.de iur.dom.impet.d.l.ſi quod ex Pamphila,cum ibi notatis. d. l.vt tantum. §. his conſequenter.

142 Succedit nunc quintus modus probandi ualorem, † & communem æſtimationem rei, nempe per æſtimatores ad hoc electos. ita Bart.in d.l.2.col.ult.& ſequitur ibi Caſtrenſ.in fi.Salyc. col. antep. Are.in d.§.ſi quis agens,col.3.Alex.in d.l.pretia rerum.nu.6. & ibi Hercula. col. 7. cum alijs, de quibus per Cagnol.in d.l.2.nu.258.

Quem

Quem modum communem, & frequentiſsimum aſſerunt præcitati Doct.

143 Aeſtimatores autẽ debent prius iurare pro forma, ſe bene, † & legaliter æſtimaturos, ita Bal. & Saly. per illum tex. in §. his illud. l. hac edictali. C. de ſecund. nup. Iaſ. in §. quædam. col. vlt. num. 78. Inſtit. de actio. cum alijs, de quibus per Pinel. in d. c. vl. num. 3. Poſtea inſtruent ſe de qualitate rei, & æſtimabunt, iudiciq; referent. Et cũ æſtimatio huiuſcemodi ſapiat potius naturam iudicij, quàm teſtimonii, & magis oculo intellectus, quàm corporali fiat.

144 Ideo negotium † hoc mandari debebit peritis. l. j. ff. de vent. in ſp. l. comparationes. C. de fid. inſt. ita Bar. in d. l. 2. Aretin. conſ. 73. quia multa. col. pe. Dec. in c. propoſuiſti. nu. 12. de probat. Electio

145 autem huiuſmodi peritorum † pertinebit ad ipſas partes, quib. non concordantibus circa eos eligendos, eliget iudex. ita Bart. in l. 3. ad fin. C. de pign. Bal. in d. l. 2. col. pen. vbi Cremen. nume. 298. & Cagno. num. 259. referens Doctores nimium in hoc variantes. Pinel. in d. c. vlt. nume. 4. tradit Dec. in d. c. propoſuiſti, num. 13. allegatur ad hoc. l. in venditione. §. vlt. ad fi. ff. de bon. author. iud. poſſ. ibi. Si verò non conuenit, tunc prætor debebit eligere, & faciunt, quæ circa illum tex. memorat Iaſ. poſt Alc. in l. iuſiurandum. & ad pecunias. §. qui ius iurandum. num. 6. ff. de iureiur. & latius in l. vlt. col. 2. C. de iudi. Felyn. in c. ſuper quæſtionum. num. 11. de off. iudi. dele. Iudex ergo dicetur tunc eligere, ſi ponat neutri parti ſuſpectos. ita Cagno. poſt Bald. ubi ſupra. Si verò æſtimatores ſic electi erunt diſcordes, tunc deueniretur ad electionem tertij iudice ad hoc tanquam compulſore, non tanquam electore interueniente. ita Bald. in d. l. 2. vbi ſupra, & melius in d. l. hac edictali §. his illud. nume. 2. vbi Salyc. & ſequitur Cagnol. vbi ſupra, citatur in argum. l. item ſi vnus. §. vl. ff. de arbi. Et ex eiſdem variantibus iudex tunc ſequetur arbitrium eius, qui ſit fide dignior, vel meliorem rationem afferet. Pinel. vbi ſupra, facit gl. in l. cum quid. ff. ſi certum petatur.

146 Et aduertendum eſt, † quod vbi agitur de aſſumendis æſtimatoribus, regulariter traditum eſt, quòd ſaltem requirantur duo, ſi reperiri poſſunt, ſin autem vnicus ſufficiet. Bart. in l. 1. in princ. ff. de vent. inſpi. & in procem. digeſtorum, in fi. prin. Fely. in c. ſignificaſti. de homic. tradunt Alex. Iaſ. & Alciat. in l. j. §. vlt. ff. de verbo. oblig. communiter receptum aſſerit, etiam in cauſa ardua. Dec. in d. c. propoſuiſti. nu. 10. reprobans Abb. & Aret. qui in cauſa huiuſcemodi credebant vnicum æſtimatorem non ſufficere, ſed cõuo

cari

cari debere alium de *l*oco proximo,& vicino ſequitur indiſtinctè Pinel. in d.l.2.c.ul.nu.5. poſt Cremenſ. ibi nu.*296.* citatur ad hoc tex. in §.quod autem in verſi.neque. ibi,aut etiam unus, ſi vnum ſolum ciuitas habeat.Auth.de non alien.rer.eccleſ.

147 † Neque iſtis æſtimatorib. daretur fides abſque iuramento, quia ſaltem iurare deberent de credulitate Bar. in d. Procem.ffor. Dec. in d.c.propoſuiſti.nu.15.Alcia. in d.l.j.§.vl.Cremenſ. in d.l.2. nu.*296.*Et hoc quando negocii qualitas nullam admittit certitudinem,ſi autem æſtimatores deponerent ſuper eo,in quo uera notitia haberi poſſet,& tunc iurare deberent prçisè de ueritate. Bal. in d.§.his illud.nu.5.cum aliis,de quibus per Dec. vbi ſupra,Fely. in c.quia indicante.nu.1.de præſc.& ita videtur velle Pinel. in d.c. vlt.nu.5.benè verum eſt,quòd ſi tales æſtimatores *in* princ.iuraſſent ſe legaliter,& bona fide æſtimaturos prout ſupra dicitur,tūc non eſſet neceſſarium huiuſmodi *præſtatio* iuramenti ſecundum Bal. in d.§.his illud. nu. 3.

148 † Neque per hoc crediderìs æſtimatores huiuſmodi eſſe propriè teſtes,quia potius dicuntur iudices Bar. in tracta. de teſte.nu. 12.cū aliis,de quibus per Dec. in d.c.propoſuiſti. nu. 15. effectus propter hoc reſultat maximus,quia diſpoſitio loquens de teſtibus non procederet in iſtis,qui de ſua peritia deponerent.Nam licèt traditum ſit,in quolibet actu duo, ad minus requiri teſtes.l.ubi numerus.ff. de teſti.attamen quando plures periti haberi non poſſunt ſufficit vnus,prout ſupra dicitur.

149 † Similiter iſti qui de peritia deponunt in figura iudicii nō producuntur ſicut teſtes, quamobrem die feriata poſſunt examinari Ang. in l.2.ff. de ferijs.Rom.& Aret. in d.l.j.§.vl.ff. de ver.ob. Cag. in d.l.2.num.263.Dec.vbi ſupra,qui recenſet alias differentias,vt per eum,& per Iaſ. in d.l.j.§.vlt.

150 † Alia eſt differentia, quia etiam publicatis atteſtationibus, & poſt didicita teſtificata mitti poſſunt tales æſtimatores a Iudice, vt æſtiment.Bal. in d.l.2.col.pe.ſequitur ibi Cag.poſt Cremen.nu. 265.ratio eſt, quia Iudice id faciente ceſſat timor ſubornationis, quæ ſolet eſſe impedimento nouis probationibus,de quo per Deci. in d.c.propoſuiſti.nu. 14.

151 † Et notandum eſt,quòd quando Iudex vult accedere ad locū vel mittere magiſtrum agrimenſorem, vel alium peritum ad æſtimandum,vel menſurādum debet ſtatuere terminum partibus, vt ſint tali die & hora cum talibus magiſtris, vel ſecum in illo loco, nam per partis præſentiam poſſet Iudex vel agrimenſor aliter informari,

formari, unde traditum eſt, quòd de hoc debeat confici inſtrumē-
tum, aliàs poſſet annullari proceſſus, ita Bar. in l. qui bona. §. vl. hu.
3. ff. de dam. infec. Iaſ. in d. §. quædam. col. vlt. num. 77. cum aliis,
de quibus per Cagno. in d. l. 2. nu. 261. Similiter in commiſsione fa
cienda per Iudicem, quòd magiſtri accedant ad locum, & æſtimēt,
partes debent eſſe præſentes, vel ſaltim citatæ, quia poſſet aliquid
152 opponi contra perſonam de ſuſpicione. † benè verum eſt, quòd
relationi faciendæ per dictos æſtimatores partes non debent eſſe
præſentes: ita Bar. in l. Theopompus ad fi. ff. de dot. præl. Bar. in d.
§. his illud. nu. 4. cum aliis. de quibus p Iaſ. in d. §. quædam. nu. 80.
Feli. in c. veniens el primo. nu. 20. de teſti. Cagn. in d. l. 2. nu. 360. &
de hoc omnium latiſsimè Porti. lib. j. recept. Sent. concluſ. 43. am-
pliat. 42. limit. 38. & 55.
153 † Relatio autem talium Magiſtrorum debet in actis ſcribi, &
inſeri. cap. quoniam contra, vbi Ioan. And. & alii, de probatio. & tu
tior modus eſt, quòd detur in ſcriptis clauſis, & ſigillatis, vt per
Cagnol. in d. l. 2. num. 263. quod uideo in hac urbe Florent. obſer
uari.
154 † Aduertendum eſt tamen, quia in probādo valorem, & cōmu
nem æſtimatibnem rei tam per teſtes, quàm per aliam ſpeciem p-
bationis debet haberi reſpectus ad tempus conuentionis. l. ſi uo-
luntate in fi. C. de reſcind. vend. l. 3. §. diui fratres. ff. de iur. fiſci. c.
cum dilecti, ibi tunc ualentem. de empti. & uend. Bar. in d. l. 2. ad fi.
vbi alij ſequuntur, & in d. l. pretia rerum. Fab. de Monte in trac. de
emp. 8. quæſt. princip. nu. 25. cum aliis de quibus per Pineſ. in d. c.
vlt. num. 15.
155 Ex quo ſuccedit, quòd iſte modus faciendi æſtimationē per
iſtos Magiſtros non ſit bonus, & nihil valeat, vt per Ang. in d. l. pre
tia rerum. Nam facies terræ poteſt eſſe mutata, vt quia de agro ara
torio factum ſit vineatum, aut terra inculta, & econtra, & ꝙ ocu-
lus non uidet teſtificari non poteſt, cum ueritas, quæ fugit ab ocu
lis per præſentem aſpectum teſtimonio oſtendi non poſsit.

Verum Pau. Caſt. in d. l. 2. ad fi. tradit, quod ſi non interceſsit lō
ga temporis diſtantia, nec appareat aliqua cauſa extrinſeca, pro-
pter quàm potuerit eſſe uariatio, quod tunc talis probatio erit va-
lida, quia ex præſenti tempore præſumitur in præteritum, quæ do
ctrina Pau. Caſt. eſt periculoſa per ſupradicta iura, quę indiſtinctè
loquuntur nec patiuntur reſtrictionem huiuſmodi.

Præterea probatio hoc modo non eſt cōcludens, ſiquidem om
nia iura, & experientia ipſa docet ſæpe mutari, & variari pretia

rerum, l. 4. ff. de eo, quòd cert. lo. d. l. pretia rerum cum concord. Vnde crediderim opinionem Angel. veriorem eſſe; hac tamen declaratione, uidelicet, niſi æſtimatores habuiſſent notitiam, & ſcientiam de ualore tempore factę uenditionis, quia tunc eorum depoſitio concludenter probaret ſecundùm Imo. in d. l. pretia rerum in fi. uel etiam niſi uenditio eſſet facta in illo tempore præſenti, quia tunc concluderet ſecundum Rapha. Com. in d. l. pretia rerum, & ſequitur Alex. ibi, nu. 6. Cagn. hic, q. 97. nu. 260. & in d. l. 2. nu. 264. Pinel. in d. c. ult. nu. 15.

156. † Sed cadit hic congruè quærere, nunquid ſententia lata à Iudice ex relatione ęſtimatorum tranſeat in rem iudicatam, adeo quòd ſemper poſsit retractari, ſi alij peritiores appareant. difficilis, & controuerſa eſt quæſtio, in qua non eſt tàm facile uerum inuenire, quàm falſum conuincere; communiter enim DD. uidentur tradidiſſe, quòd ſententia hæc non faciat tranſitum in rem iudicatam, ſed quòd poſsit ſemper contrarium iudicari, ſi peritiores producantur, de quo per Alex. in l. ſi ab hoſtibus, nu. 11. ff. ſolut. mat. Iaſ. in l. 1. §. vlt. nu. 11. ff. de verb. oblig. Hypol. Marſyl. in l. unica, num. 145. C. de rapt. virg. Cremenſ. in d. l. 2. num. 299.

Et per hoc inferunt DD. quòd ſententia lata ex relatione medicorum deponentiū ſuper uulnere, puta quòd ſit mortale, uel quòd ſit remanſura cicatrix, nunquam tranſeat in rem iudicatam, ſed quandocunque retractari, ſi peritiores medici contrarium aſſeuerent de quo Iaſ. poſt Romæ. & alios in l. admonendi, num. 30. ff. de iureiur.

Similiter per iſta tradunt, quòd ſententia lata ſecundum conſilium ſapientis non tranſeat in rem iudicatam, ſed ſemper poſsit retractari, Roma. in l. cum quidam, §. quod dicitur, ff. de acq. hæred. ſequitur Alex. in d. l. ſi ab hoſtibus, num. 12. Iaſ. in d. l. admonendi, nu. 41. fundantur ſupradictæ deciſiones illa uera doctrina diſponēte, quòd ſententia lata ex probationibus priuilegiatis, & incertis nunquam tranſeat in rem iudicatam, ſed ſemper apparentibus ueris, & certis probationibus poſsit contrarium iudicari, de quo eſt caſus in d. l. admonendi vbi Bart. Alex. & Iaſ. num. 38. cum alijs per eos relatis.

Sed aduertendū eſt, quòd etſi ſupradictæ deciſiones uideantur communiter receptæ, attamen periculoſum eſſet illas ſequi, nec in praxi unquam admitterentur, prout enixè oſtendunt Abb. Areti. Deci. in d. cap. propoſuiſti, & ibi quidam Moder. in addit. ad Dec. ſub littera D. de probatio. tenet Anto. de Butr. in conſi. 6. Pinel. in

d. l. 2.

d.l.2.c.ult.num.6.& iſta opinio videtur ſecurior,& Reip. vtilior ratione euitandæ infinitatis proceſſuum,& litium, & vt ponatur, quies in commertijs hominum, de quo in l.uni.C.de ſen. quę pro eo,quod inter,cap.2.de reſcr.6.l.6.ff.de excep.rei iud.probatur iſthęc opinio in l.comparationes.in fi.C.de fid.inſtrum, vbi iudicium latum ex comparatione per pretium facta non retractatur, facit etiam l.ſi duobus,.§.idem Pomponius,ff. ſi menſ.fal. mod.dixe.vbi contra agrimenſorem electum in iudicio datur regreſſus contra eum,ſi parti damnum intulit, ex quo ſequitur, quod ſententia lata ſecundum falſam relationem agrimenſoris non retractetur. His ſic ſtantibus non obſtat doctrina illa, videlicet ꝙ ſentẽtia lata ex priuilegiatis probationib. retractetur, quia hoc fit quã do ſententia fuiſſet lata ex incertis aut pręſumptis probationibus & poſtea per ueras,& certas probationes contrarium oſtenderetur. Sed in caſibus ſupradictarum deciſionum iudicium latũ ex relatione peritorum dicitur fieri per certas, & plenas probationes,& periti, qui de nouo inducuntur non magis veritatem aperiunt quàm primi,& poteſt eſſe,quòd primi melius depoſuerint, arg.l.j.§.ſed neque.C.de vet.iur.enucl.

Qui ergo propter talem ſentẽtiam ſe læſum ſentiret, arbitror quòd non poſsit uia ordinaria agere, vt retractetur prætextu nouorum æſtimatorum, ſed pro reuiſione ad Principẽ deberet recurrere,cui ſolum in hoc caſu eſt reſeruata poteſtas Abb. in c.2. de pur.vul.Dec.in d.c.propoſuiſti.nu. 14.ad fi.citatur tex.in l.Diui Fratres.ff.de pœn.cum alijs,vt per eum.Alius & ſextus modus probandi valorem rei traditur, videlicet per librum ęſtimi, ſeu Cataſti confecti per æſtimatores de publico ad hoc electus, ſecũdm Bar.in l.vlt.C.de præd.nauic.lib.11.Bal.in d.l.2.col.vltim. Imo.in d.l.pretia rerum,& in c.cum cauſa.nu.28.de empt.& vend. Fabi. de Monte in tra.de emp.8.q.princ.num.26.facit ad hoc quia præſumitur pro eo libro è publicis perſonis confecto ſicut pro quo libet actu a perſona publica facto.cap.ad audientiam & ibi notatur,de præſcrip.Alciat.de præſump.præſump.3. Et hoc niſi æſtimum eſſet antiquum, aut vox, & fama publica laboraret cõtra æſtimum, vt per DD.præallegatos, & Areti.in d.c. Cum cauſam colum.4.& ſeq.Non tamen per hoc credas,quòd hiuſmodi liber æſtimi faciat plenam probationem, quia ſolum faciet iudiciũ & præſumptionem,vt res tanti valeat, pro quanto pretio reperitur deſcripta in illo æſtimo, & qui vult dicere contrarium debeat probare,de quo per Aret.in d.§.ſi quis agens col.2.in fin.Alex.in

d.l.pretia rerum.num.7. Cagnol.in d.l.2.num.266.

158 Ex quibus infertur quòd probatio hæc non eſſet ſufficiẽs ad probandum rei ualorem:nã liber æſtimi facit fidem tantummodò inter Remp. & eum cuius res deſcritæ ſunt. Bald.in l.pen. in fin. princ.ff.de condit.inſtit. ergo alijs preiudicare nõ debet.l.ſi unus. §.ante omnia. ff.de pact.Similiter æſtimũ fit tantummodò,ut onera exigantur,& ſupportetur pro rata quemlibet tangente; ideo nõ debet ultra operari,argum.l.ſi quis nec cauſam.ff.ſi cert.pet.

159 † Alius & ſeptimus modus probãdi communem rei æſtimationem traditur,uidelicet per taxationem factam à teſtatore, ut puta ſi teſtator in ſuo teſtamento hæredẽ grauauerit, pro tali pretio rem alicui vendere,quia tunc iſte dicitur iuſtus ualor,de quo per Caſtr.conſ.364. Dubium in Antiquis Cagnol. in d.l.2. num.268. facit quia hæres tenetur ſtare huic taxationi,& ob id repellitur à remedio.l.2.C.de reſcin.vend.de quo per DD.in l.ſi quis cum aliter. ff.de verbor. oblig. Cagnol. in d.l.2. num. 167.& ibi Pinel.part.2. cap.1.num.19.Tiraq.in 1.lib.Ret.ad fi.num.5 & 9.

Idem etiam ſi pretium eſſet taxatum per legẽ uel Principẽ, quia tunc diceretur iuſtus rei ualor, nec partes poſſent cõqueri Cæpol. in tract.de ſimul.contract.in 2. præſumpt. nu.28.Cagnol.in d.l.2. nume. 269.

Commentarij Secundi Finis.

IOAN. BAPTISTAE LVPI GEMINIANI

I. C. CLARISSIMI

De Vſuris & Commercijs illicitis.

COMMENTARIVS TERTIVS

In cap. Nauiganti, de Vſur.

SVMMARIVM.

1 *Gregorij IX. Pont, uita ſeu elogium.*
2 *Nauis quæ inſtrumenta in ſe comprehendat.*
3 *Claſſis quæ ſit, & unde dicta.*
4 *Nauium uſus ad quid primum adinuentus.*
5 *Nauem quis primus inuenerit.*
6 *Nauigationum pericula.*
7 *Nauigans non dicitur in periculo, ſi opportunis temporibus mare ingrediatur.*
8 *Nauigantium proprium eſt tranſportare & traijcere.*
9 *Pecunia traiectitia & nautica unde dicta.*
10 *Centeſima uſura antiquitus poterat in ſtipulationem deduci, quando conuentum fuiſſet creditoris eſſe periculum.*
11 *Nauticum fœnus de omni iure ciuili permiſſum, ſed quid de iure Canonico. num. 12.*

PRAEFATIO.

1 GRegorivs hoc nomine IX. ſed clxxxiiij. in ordine Pont. Max. patria Ananiæ apud Campaniam è nobiliſsima familia Comitum, atque filius fratris Innocentij III. Summi atque Optimi Pont. inter maximas laudes, quæ plurimæ ſibi a ſcriptoribus tribuuntur, hanc potiſsimum fuit aſſecutus, quòd ſtudio atque opera Raymundi Barchinonenſis, hos quinque libros Decretales ab eo nuncupatos in omnium ingentem utilitatem compilauerit, qua de cauſa huius lectionis ſtudioſi mirum in modum ſe illi obſtrictas profiteri debent. Is Remp. Chriſtianam tunc temporis per uarios motus fluctuantem, per annos 14. Menſes iij. modeſtè pieq; reit, nec non magna alacritate reſtrinxit impetum Federici II. ualde in meum, atque ſectatores ſæuientis, qua de cauſa Federicus meretur potius immaniſsimi Tyranni, quam Imperatoris nomen, quando ingenii ſui calliditate, ac perfidia, necnon in Pontifices odio obſcurauit egregias corporis animique ſui uirtutes, atque adeò Reip. Chriſtianæ, & Italiæ præſertim infeſtus fui. Nam Piſis commorans, nec ſibi conſtans qui partes ſuas, qui ve Pontificis ſequeretur diuiſit omnes in duo illa pernicioſa, atque infanda nomina uocans quippe fautores ſuos Ghibellinos, Pontificis autem Guelphos, quæ poſtmodum teterrimæ euaſere atque truculentæ factiones, in maximam Italiorum, atque humani generis perniciem, quidem cunctę Italiæ ciuitates huiuſcemodi odibile exemplum ſecutæ bella plus quàm ciuilia inter ſe commiſcere, quibus ad ingentes calamitates atque ad internicionem pœnitus fuerunt redactæ, quod adeò Gregorium exercuit, ut ille non multò poſt obierit prægrauantibus curis. Hic ergo Pont. (ne eius uitam ab re uideamur recenſere, quando ea per Baptiſtam Platinam aptè reperitur ſcripta, atque in fine huius Voluminis Decretalium appoſita) uſurarios acerimè inſectatus fuit argumento nobis eſſe poteſt hæc ſua ad Raymundum Conſtitutio, & illa quidem rigida atque ſeuera, cuius talis eſt forma.

Nauiganti uel eunti ad nundinas certam mutuans pecuniæ quantitatem, eo quòd ſuſcipit in ſe periculum recuperaturus aliquid ultra ſortem, uſurarius eſt cenſendus: Hactenus hæc dura, atque aſpera conſtitutio, quæ redditur moleſta, non tàm uſurarijs in fœnore exercendo

do,quàm interpretibus in eam exponendo,vt ex infra dicendis ap
parebit.Sed antequam id ipſum explicetur, aliqua prius de Naui-
bus,& nauigatione erunt præmittenda.
2 † Nauis ergo, cuius eſſentia eſt omnibus nota,in ſuo genere con-
prehendit tàm ea inſtrumenta,quibus per flumina,ſtagna,lacus, &
huiuſmodi aquas dulces, animi cauſa circumuehimur, aut utili-
tatis noſtræ,vel lucri gratia aliquid circumferimus,quàm ea, qui-
bus maria magna nauigamus, & in varias regiones transfretamus,
uel belli,vel etiam mercium gratia,inde factum fuit,vt à naue, uer-
bum quoque nauigare deduceretur, hoc eſt naui per mare,aut flu
uiũ iter facere,vel à ciuitate in ciuitatem, aut aliqua regione in a-
liam tranſuehi, quemadmodum paſsim apud ſcriptores videmus
vſurpatum,atque in hoc tex. Quin etiam nautæ à naue nomen ha-
bent,& hi ſunt qui aliquam operam in naui præſtant, à quibus nau
ticum adiectiuum deducitur, quod nautarum proprium eſt, vel
quod nautis eſt vſui,& nauiticus panis, vel vſura, & fœnus nauti-
cum, de quo inferius pluries ſummus verbum facturi; Hinc etiã
nauale dictum eſt,quod ſi nullo adiecto proferatur, locum ſignifi
cat,in quo naues ſtant,dum tempus eſt nauigationi incommodum
vel dum reficiantur ac reſarciantur; Si uerò cum adiecto profera-
tur,id ſignificat,quod vel nauibus fit,vel nauium beneficio acqui-
ritur,ut nauale prælium,naualis gloria,naualis apparatus. Nau-
fragium quoque ab eo dictum eſt, quòd nauium damnum, & pe
riculum ſignificat, hinc naufragium facere, pro in mari bona, &
fortunas amittere. Et demum omnia penè nomina nauibus video
3 reſpondere,præterquam Claſsis, † quæ vt omnes norunt, eſt na-
uium multitudo ad pugnam inſtructa,quæ Seruio interprete,dicta
eſt ἀπὸ τῶν καλῶν, id eſt à lignis. Vnde etiam ligna vulgus pro ipſis
nauibus vſurpauit.Hinc dicti ſunt milites Claſsiarij,qui,teſte Trã
quillo in Galba,in nauibus pugnant,vel naualem exercitum confi-
ciunt. Nauibus autem indita ſunt ab antiquis varia nomina prout
iis,vel ad varios uſus vtebantur, vel varia miniſteria nauibus obi-
bant, quin etiam alia ſunt quædam externa, à quibus naues pecu-
liaria nomina ſortitæ ſunt,& ab vſu has appellationes fuerunt au-
cupatæ,vt fluuiatiles,quib.per fluuios merces circumferimus, aut
ipſi circumuehimur. Quemadmodum etiam, & maritimæ, ſeu
marinæ à Iuriſconſultis dictæ.item onerariæ,quibus ad onera huc
que illuc geſtanda, tam ſuper ipſo mari, quàm ſuper fluminibus,
utimur.Harum uerò nonnullæ à rebus, quas geſtant nomina mu-
tuantur.Vnde palearum nauem dixit Cicero 1. de finibus, qua ve-

heitur venditur palea, qua etiam forma naues lignariæ, Carbonariæ, vinariæ, frumentariæ, & ſimiles dicuntur. A miniſterio, aut officio, quod præſtant quædam naues nomina habent, ſiue id ſit in bello ſuper ipſo mari, vnde bellicæ naues dictæ, aut etiam ſuper ipſis fluminibus, unde piſcatoriæ appellatæ, & actuariæ. Quamobrem quædam hippagogi vel hippegi dicuntur ab equis vehẽdis, quædam etiam ſpeculatoriæ, ſeu exploratoriæ dicuntur. A forma & figura quædam nomen habent, vnde aliæ longę ad onerariarum differentiam, aliæ tectæ, quæ & conſtratę, quib. oppoſitę ſunt apertæ, & inanes, aliæ Turritæ dictæ, quòd Turres ad pugnam inſtructas tam in prora, quàm in puppi haberent, aliæ præterea roſtratę dictæ; A remorum multitudine, & varijs ordinibus dictę biremes, triremes, quadriremes, quinqueremes. ea verò quæ unico tãtum remorum ordine utebatur Græcis monocrota appellãtur. A Principatu, quem ſuper alijs quædam in claſſe naues habent, nomina traxerunt ut prætoria, a Principibus, qui eas extruendas curarũt dictæ, vt Seleucides: ab inuentoribus quædam naues cognomina ſua traxerunt: a patria, & variis locis, in quibus vel fabricãtur, aut ex quibus ad nos veniunt, & transfretare ſolent varia cognomina ipſis nauibus ſunt impoſita, prout Chiæ, Leucadiæ, Laconiæ, Italicæ, Siculæ, Syracuſiæ, Phœniciæ, Mileſiæ, & cæterę id genus, quorum exempla ſunt apud Thucididem, & alios frequentiſsima.

4 Nauium verò vſum primum excogitatum fuiſſe ad fluuiorum & maris commodam nauigationem, nemini dubium eſſe debet, tũ vt per flumina ac mare ipſum merces, & quicquid nobis ad victũ & alios vſus vtiliſsimum eſt, cõmodè & tuto huc atque illuc circumferremus, tum ut piſcibus, & quod omnium eſt miſerrimũ etiam ſuo generi homines ſuper ipſis aquis inſidiari poſſent, ut iã hodie plures inueniantur, non modo procellarum, ſed ẽt telorum impetu in mari ſepulti, quàm fortaſsis in terra. Verum ita eſt humano generi a natura comparatum, ut quod ſibi maximè eſſe debuit utile ac commodum, id tale in deteriorem uſum conuertat. Ante naues repertas, inquit Plin. lib. 7. cap. 56. propè fi. ratib. nauigabatur inuentis in mari rubro inter inſulas à Rege Erythra, rotis autem, Budeo interprete, nauigibus eſt temerè factum, & incondi tum, ut ſunt trabes connexæ ac ſine fabrica compactę, quæ nauigij vicem præbent. Cœperunt poſtea antiqui trabem, vel lignum ex ſingulis arboribus excauare, quo per aquas circumueherẽtur, quæ nauigia monoxylæ lintres à Plinio dicuntur, lib. 6. quod uno tantum ligno fieret, eodem Plinio auctore lib. 16. capit. 40. Sed al-

neũ uocauit Liu.lib.1.Dec.3.Plutarchus uerò in Romuli uita Sca-
phā appellauit,quod nomen uſque adhuc perdurat:ſimiliter apud
antiquos aliæ nauigiorum formæ fiebant, nondum ſcilicet inuen-
ta vera ædificandarum nauium ratione, cæſis enim ſalicibus, aut
viminibus contextis, & corio vel aluta circumuolutis quidam na-
uigarunt,teſte Cæſare,lib.1.belli ciuilis,& huiuſmodi nauigiorum
forma latè deſcribitur ab Herodoto in Clio.

5 Sed vt poſt varia nauigandi genera de prima naue quidpiam di-
camus,Philoſtephanus apud Plinium, in 7. naturalis Hiſtoriæ au-
ctor eſt,Iaſonem primum nauigaſſe longa naue,quæ quidem,ut re
fert Diodorus Siculus in v,primùm fuit circa Pelium ædificata, ex
cedebatque & magnitudine, & reliquo apparatu omnia nauigia :
uocata autem eſt hæc nauis Arget inquit idem Autor, ut nonnul-
li fabularum ſcriptores aſſerunt,ab Argo quoddam Fabronauali,
qui eam extruxerat,ſimulque nauigarat, quod tamen uerum eſſe
affirmat Apollonius in primo argonauticum, etiam ſi Phericides
dicat eam nomen ſumpſiſſe ab Argo filio Phryxi. Sunt etiam alij
qui exiſtiment, id nam nominis ob eximiam illius celeritatem in-
ditum; ἀργὸν quippe aiunt Celerem veteres appellauiſſe; Ci. autem
1.Tuſc.QQ. eam dicit nominatam Argo,quia Argiui in ea delecti
uiri inuecti petebant pellem inauratam arietis. Supereſſet nunc di
cendum de particularibus nauium differentijs,necnon ipſarũ parti
bus, & inſtrumentis, & de varijs nautarum officijs ac miniſterijs,
verùm de hoc ſatis ſuperque dictum ſit, & ſi id ipſum ad plenum
cupias legere,uideas Lazarum Bayſium, qui in hoc longum atque
elegantem expendit tractatum, quem redegit poſtea in ſummã Ca
rolus Stephanus:colligit etiam Nauigiorum, & nautarum diuerſa
genera Ioannes Rauiſius textor Niuerni. in ſua officina, parte 1.
pag.249.atque ex noſtris rectè memorat Benuenutus Straccha in
tract.de mercatura in tit.de naut. Nauibus, & Nauigat.ad quos,ne
diu immoremur,vbi non expedit,in hoc te reijcias.

6 Illud tamen non cenſeo omittendum, quod tanta nauigantibus
imminere traduntur pericula, vt valetudinarijs ac ſenio confectis
multis in caſibus ſoleant a iure æquiparari, prout eſt caſus in ca.
quoniam frequẽter.ut lit.non conteſ.ubi decretũ eſt, teſtes ad per
petuam rei memoriam tunc licere examinari, cùm de eorum uita
timetur, quod tunc eſſe ſtatuitur ibi, quando nauigationem, vel
peregrinationem ſuſcipiunt, ita referunt ibi ſcribentes,& Ant. de
Butr.in eo loco recenſet caſum l.3.& l.ſeq.ff.de donat.cau. mort.
diſponentis,tunc quem propriè mortis cauſa donare, cum eſt in

M 4 ipſo

ipſo mortis periculo, quod tunc eſſe dixit cùm mare nauigandum, vel peregrè eſt proficiſcendum, ſic etiam Bal. in cap. paſtoralis, nu. 4. de offi. ordi. declarando tex. illum reſoluit nauigaturum ab excommunicatione abſolui poſſe per delegatum, quemadmodum is, qui eſt in mortis periculo, cum nauigatio ſit incerta, & periculoſa. l. ciuitas. C. de offi. Recto. prouinc. videmus enim quotidie maris infinita pericula tempeſtates, & naufragia, ut non immeritò Horatii. l. 1. Carmi. Ode. 3. execratus ſit eum, qui primus auſus fuerit ſeſe in mari committere his verſibus, videlicet.

Primus, nec timuit præcipitem Africum.
Decertantem Aquilonibus;
Nec triſtes Hyadas, nec rabiem Nothi.
Ab pereat quicunque rates, & uela parauit.

Et Papirius, lib. 3. Syluarum.

Quis rude, & abſciſſum miſeris mortalibus æquor.
Fecit iter placidæ, quæ poſt teluris alumnas.
Expullit in fluctus?

Et ſcitùm eſt illud Catonis Cēſorij dictùm, quò d dum triū, quę egiſſet pæniteret, illud maximè quærebatur, ſi quopiam nauigio uectus fuiſſet, quò pedeſtri itinere peruenire licuiſſet. Offert ſe non minus memorabile dictum Biātis de Nauta, quem neque inter uiuos, neq; inter mortuos reponebat, ut ſcribit Plato in Axiocho, ex quo etiam Anacharſis Scytho apud Diogenem Laertium percunctanti cuipiam, quæ nam eſſet ſecuriſsima nauis, ea inquit, quę in portum uenerit, & nautam etiam interrogante Anacharſi, quanta eſſet ſpiſsitudo tabularum nauticorum, iſque reſpondiſſet quatuor digitorum, tantulum inquit à morte abfuiſti, in hunc etiam ſenſum cecinit Ouidius.

Nam propè tam lethum, quàm propè cernit aquam.

Alia quoque dicta paſsim a ſcriptoribus uſurpata in hunc ſermonem referri poſſent, ſed iſta tātummodò memoraſſe ſufficiat, nam è noſtris recenſet multa Gomeſ. in reg. Cancel. de infirmi. reſignāt. 1. q. 8. Tiraq. in tract. de Nobil. c. 31. num. 593.

7 † Aduertendum eſt tamen, quòd in iure cōſtituitur differentia inter poſitum in mortis articulo, & nauigantem, ſi quidem nauigans ſeu peregrè proficiſcens in periculo eſſe non dicuntur, ſi opportunis temporibus mare ingrediantur, vel per loca inſidioſa nō proficiſcerētur, ut ſentit. I.C. in l. utique. §. culpa. ff. de rei uēdic. dum negat eum eſſe in culpa, qui tempore congruo ultra mare nauigans

uigans naufragium fecit,& Abb.in d.c.quoniam frequenter, & latè Iacob.Menochi.in tract.de arbitra.iudi.lib. 2.Centu. 1.caſu,61. num. 10.tradunt relinqui hoc totum arbitrio iudicis, quando nauigatio dicatur congruo modo,& tẽpore facta, vt puta ſi quis Maria nauigari conſueta nauigauerit,ut mare Ibericum, Africum, Liguſticum, Tyrhenum, Hadriaticum, Egeum,& ſimilia, & cõgruo tempore dicitur nauigari, vtputa à Cal. Aprilis, uſque ad Cal. Oct. vt dicit text. in l. quoties in fin.C.de naufrag.lib. 10.vt enim Vegetius,lib.4.de re milita. ſcribit ex die 3.Idu.Nouemb. uſque ad diẽ 6.Idu.Mart.Maria clauduntur,nam lux minima, noxque prolixa, niuium denſitas, aeris obſcuritas, ventorum imbrium,uel niuium geminata ſæuitia nõ ſolùm claſſes à Pelago, ſed etiam commeatus à terreſtri itinere deturbat refert Alciat.lib.10.Parergon. cap.19. Et licèt in his caſibus tantũ DD. & præcipuè Menochi. vbi ſupra æquiparent nauigantem, vel peregrinantem ei,qui in mortis periculo eſt conſtitutus,non tamen inficiantur, quin indiſtinctè maxima immineant pericula ex nauigatione,& peregrinatione.

8 † Præmittendum eſt etiam Nauium, ſeu Nautarum illud proprium eſſe tranſportare tranſuehere, tranſducere, ſeu potius traijcere Laurent. enim Val.lib. 1.elegant.traiecit exercitum expoſuit ideſt tranſportauit exercitum tranſmare, aut transflumen, quo factum eſt ut traiectitia dicatur pecunia ſiue merces illæ, quæ creditoris periculo trans mare uehuntur,l. 1.ff.de nau.fœn.l.ult.C.eod.

9 tit. † Et de hac traiectitia pecunia Iureconſulti paſſim mentionẽ habuerint,ut in l.traiectitiæ.ff.de actio. & obli.l. fœnerator.l. Labeo.l.nihil intereſt.ff. de naut. fęn.l.qui Romæ.§.1.ff. de verb.obl. Quæ pecunia traiectitia alio etiam nomine apparet uocata prout nautica pecunia,l.in nautica.ff.de naut.fęn. & in hac uſuras centeſimas ſtipulari permittebatur, vtputa ſi nauis ſalua intra ſtatuta tẽpora perueniſſet, cæterum ſi periiſſet nihil debebatur, d.l.nihil intereſt,l.periculi,l. 1.& 2.ff.& C.eod.tit. Quæ aliàs uſuræ maritimę dicebantur, d.l.fęnerator, uel etiam nauticæ tot.tit.ff.& C.de nau. fœn.& Auth.de naut. fęne. Solebant præterea veteres illi in traiectitia, ſeu nautica pecunia conuenire, vt ſeruus creditoris cum debitore nauigaret, quò pecuniam à domino ſuo mutuo datam ſequeretur illamq; præſtituto die exactã cuſtodiret, & ad domum reduceret,& creditor interim pro operis & ſumptib. ſerui ſui, aliquid in ſingulos dies ſtipulabatur, hãc antiquitatem ſciuit Accur. in l.nihil intereſt,in ver.pro operis.ff.de naut.fęn. probatur hoc in l.qui Romæ, §.Callimacus, ff.de ver.obli. confirmat hoc Ant. Au-

guſti.

guſti.emend.lib.cap.9.Franciſ.Ottoman.lib. 1.de vſur.cap.9. illud autem, quod pro operis ſerui in ſtipulationem fuerat deductum centeſimam vſuram non excedebat, vt dicit text. in d.l.nihil intereſt.ver.pro operis.

10 † Colligitur modò licitum fuiſſe antiquitus deduci in ſtipulationem vſuram centeſimam, & hoc quando conuentum fuiſſet creditoris eſſe periculum, ſecus aliter,& ſic centeſima vſura in hoc caſu veniebat ratione ſuſcepti periculi à creditore, ac etiam propter ſtipulationem,ſi enim creditor ſtipulatus nō fuiſſet, centeſima vſura non ueniſſet,vt credidit Saly. in Rub. C. de naut. fœno.comprobat ipſe, quia in contractibus ſtricti iuris vſura non debetur citra vinculum ſtipulationis, l.quamuis,l.vſuras,l.pignoribus, l.pro retentione. C.de vſur.Ottoman.lib. 1.de vſur.ca.8. glo. & Doctores in l.rogaſti.§.ſi tibi,& ibi Dec.col.2. ff. ſi cert. peta. & melius probatur in l.eos,ver.in traiectitijs.C.de vſur.quod uerius credo,licèt idem Saly.in l.periculi,ff.de nau.fœno.exiſtimet propter ſuſceptionem periculi, & caſus fortuiti ex ſolo pacto vſuram centeſimam deberi,in quam ſententiam iuere etiam Ang. & Fulgoſ. ibidem, & in l.in quibuſdam, eod.illo tit. Azo in Summa, C. de naut.fœno. Sed hæc ſententia procedere poteſt, & intelligenda eſt in vſuris cōmunibus,vt probat text.in l. 1.C.de naut.fœn.ſecus autem in centeſimis, ita etiam expoſuit Benuenut. Straccha in tract. de aſſecurat. in Præfat.num.25.

Et aduertendum eſt,quòd iſtæ vſuræ centeſimæ,ſiue maritimæ debebantur, non quidem ratione mutui, nec propter vſum pecuniæ, aut propter nudum interuſurij temporis, ſed propter illam iuſtiſsimam cauſam, nempe periculi, contra naturam mutui ſpectantis ad creditorem,vt infertur ex ll.præcitatis. Vnde mirandum non eſt ſi ex Iuris Cęſarumq; Reſponſis, & Conſtitutionibus licitum ſit, & permittatur nauticum fœnus modo ſupradicto exerceri,prout apparet,ff.& C. necnō Auth. de naut. fœn. & melius in

11 l.eos,ver.in traiectitijs. C. de vſur. † Et quòd nauticum fœnus ratione ſuſcepti periculi a creditore ſit licitum, aſſerit Iaco.Butriga. in l. 1.C.de naut.fœn.Bald.in d.l. 1.col.3.ad fin.C. de ſum.Trinit. & tenuerunt quàm multi è Theologis ſcholaſticis, uidelicet Conrad. de contract.q.39.concluſ. 1.D.Antonin.Floren.in ſum.par.2.cap. 7.§.21.D.Tho.in tract.de vſur.q.8.Iacob.Almain.in 4. ſentent.diſtin.15.& ibi Gabriel Biel.q.11.col.8.Ioan.Maior.q.3. col.ult. Silueſt. in ſum.ver.vſura 1.§.35.Ang.Clauaſ.eod.tit.& ver. §.37.Caietan. in ſum.ver.vſura exterior, ver.12. caſus. Et per iſta addunt

Doctores

Doctores, licitum eſſe fęnus, etiam ſi creditor ſuſcepiſſet in ſe periculum pro alia pecunia, quàm pro nautica & traiectitia, quia tūc ob eandem rationem tradunt licitè poſſe exigi vſuras communes & centeſimas, Bal. in l. periculi, ff. de naut. fęn. & in Rub. C. eodem tit. & ibi Caſtrenſ. in l. 1. Ang. Clauaſ. in ver. vſura, 1. q. 38. ad fi. Moder. Pariſ. de contract. q. 3. nu. 91. & ſeq. Cou. lib. 3. uar. reſol. c. 2. nu. 5. quæ uſura dicta eſt quaſi nautica.

12 † Sed quæritur modò, an nauticum fęnus uel illud quaſi nauticum ſit hodie iure Pontificio permiſſum, vel damnatum, pro cuius Q. ſcientia deueniendum eſt ad interpretationē huius Decretalis variè ab interpretibus expoſitæ, ut non ſine magna difficultate eius ſenſus hauriri poſsit, quemadmodum uideri poteſt ex traditis modo per Nou. in Com. ſuper hac Conſtitutione, nu. 1. quē habui in hac noſtra uernacula lingua editum.

SVMMARIVM.

13 *Intellectus Modern. Pariſ. & Adrian. ad c. nauiganti reijcitur.*

14 *Intellectus alius Adrian. ad c. nauiganti reijcitur.*

15 *Intellectus communis & uerus ad cap. nauiganti retinetur, & qualis ſit.*

16 *Leges ciuiles nauticum fœnus permittentes an ſit iure Pontificio ſublatæ.*

17 *Aſſecuratores licitè ſtipulari poſſunt lucrum cauſa aſſecurationis.*

18 *Aſſecuratio ſapit naturam potius contractus locationis, quàm mutui.*

19 *Fideiuſſor qui reddit ſecurum creditorem nunquid licitè ſtipulari poſſit lucrum ex cauſa fideiuſſionis.*

20 *Fideiusſio incommoda, & periculoſa fideiubenti.*

21 *Fideiuſſor nunquid poſſet repetere a ſuo principali vſuras, quas pro eo ſoluiſſet creditori, penes quem pro ipſo debitore intercesſit.*

22 *In mutuo quis non excuſatur ab vſura ratione ſuſcepti periculi, quod tamen ſecus eſt in alijs contractibus.*

23 *Societatis contractus ſemper licitus, quando conuentum, periculum ad ſocios pertinere.*

24 *Societas illicita reputaretur, quando conuentum fuiſſet nullum periculum ad vnum ex ſocijs ſpectare debere.*

25 *Socius paciſcens, quòd ſi aliam Summam in ſocietatem conferret, ſalua ſibi ſorte prouideretur ſibi de aliquo lucro, illicitè facit.*

26 *Soccida licita, quando dat quis pecora cum pacto, quòd prius percipere*

debeat

debeat fructus omnes ipſarum, quouſque conſequatur totum ſuum capitale, & poſtea pecora ſunt communia.

27 Locans par bouum cum pacto, quòd debeat in anno habere certam menſuram grani licitè facit, ſi eorum in ſe ſuſcipit periculum omne, ſecus aliter.

28 Mutuans pecuniam nauiganti eo pacto, vt ſuſcipiat in ſe periculum, ſed inde aliquid ultra ſortem capiat eſt vſurarius, & ratio.

29 Mutuans pecuniam puta mercatori, qui poſtea ſtipuletur à mutuante aſſecurationem illius pecuniæ certa ob id conſtituta mercede licitè facit, & ratio.

30 Mercator ſi mutuo dat pecunias, quibus paratus erat emere merces alicui offerenti ſe illas reſtituturum cum illo lucro ſperato, nunquid illicitè faciet?

31 Debitor qui recipit pecuniam mutuam pro ſoluenda vſura, non dicitur vſurarius.

32 Debitor recipiens pecuniam mutuam ſub vſuris, ſi poſt modum alteri mutuo dediſſet illam ea conditione, vt reſtitueret ſuo primo creditori ſortem cum uſuris, quæ in eius perſonam potuiſſent currere nũquid illicitè faciat?

33 Mutuantes alieno nomine ſub uſuris, nunquid dicantur uſurarij, & teneantur ad reſtitutionem.

34 Adminiſtratores vniuerſitatis vel collegij fœnerantes pro ſua vniuerſitate ſunt uſurarij, & tenentur ad reſtitutionem.

35 Notarij conficientes inſtrumenta ſuper uſuris non dicuntur vſurarij, ſed ſunt periuri & infames.

36 Iudex aduocatus, & procurator, qui iudicarent & defenderent ſcienter vſuras ſunt periuri & infames.

37 Teſtes qui interuenirent ſcienter actui vſurario ſunt periuri, & infames.

38 Mediatores & proxenetæ interuenientes in vſuris ad quid teneantur.

39 Miniſtri fœneratorum petentes & recipientes vſuras iuſſu domini ad nihil tenentur.

40 Tutor non poteſt pecunias pupillares erogare ſuper vſuris illicitis, ſed ſuper licitis.

41 Tutor nunquid debeat potius nomine pupilli pecunias recipere ſub vſuris, quam vẽdere bona.

42 Mutuans nihil animo recipiendi vltra ſortem nunquid ſaltim poßit licitè ſibi ſtipulari aliquod ſeruitium facti abſque uſurarum labe.

§.j.

§. 1.

ET primò quidem Doctores nonnulli Conſtitutionem hanc arbitrantur procedere, vbi deficit probabile dubium, & periculum, cuius cauſa iuſtè aliquid recipitur, vt dictum eſt ſupra. Sed in hac facti ſpecie proponebatur vani periculi ſuſceptio, vt ſub illo colore quæſito creditor, qui iuſtè de aliquo damno timere non poterat, (cùm nullum periculum verè ſubiret) certus eſſet de conuento vltra ſortem lucro; & ob id nòn mirandum, ſi à Pontifice in tali caſu fuerit decretum fœnus hujuſmodi exercentem uſurarium cenſendum eſſe, quem ſenſum accommodarunt huic Decretali Moderni Pariſienſ. de contract.q.3.num.95.tradit etiam Adrian.in tractat. de vſur.ſuper 4.ſenten.cap.occurrunt ad primum. Sed iſte ſenſus meritò reiicitur per Couar.lib.3.var.reſol. ca.2.nu.5. loquitur enim expreſsè.ex.de creditore, qui ſuſcipit in ſe periculum nauigationis quo caſu non de uelato, ſed de vero intelligendum eſt. Nauigantibus enim, vt dicitur ſupra maxima imminent pericula, & res, quæ per maria tranſuehuntur pluribus ſubiacent incommodis atque fortunis.

14 † Quamobrem aliter, & ſecundò intellexit Adr. vbi ſupra videlicet, ut reſponſum Rom.Pont.in d.Decretali procedat in eo caſu, quo pretium ſuſcepti periculi ſit multum excedens iuſtam ipſius rei, atque periculi mercedem, nam in tali caſu vltra ſortem recipitur id, quod iuſtum pretium excedit, & fit cauſa mutui, igitur eſt uſura, ſentiens propterea non eſſe vſurariam mutui dationem quando certum pretium pro periculo ſuſcepto conueniretur, dum modo eſſet iuſtum nec excedens, quaſi in caſu iſto nihil verè ultra ſortem recipiatur.

Sed aduertendum eſt, quia iſte Adrian.intellectus nullo modo ſubſtineri poteſt tanquam contra ſenſum, & verba huius decretalis, dicitur enim ibi recipiens aliquid ultra ſortem uſurarius eſt cenſendus, ergo non eſt illa conſideratio facienda an ſit iuſta, vel iniuſta merces, ponderando illam dictionem, aliquid ex qua infertur, vt dicit hic Abb.nu.j.quòd quicquid ſit illud, quòd recipitur quantuncunque modicum ſit vſura iudicatur allegat D. Th. 2.2.q.78.art.2.& per hoc iſte Adria.intellectus merito reiicitur, vt per Couar. vbi ſupra, ver. 3.tamen, Benuen. Stracca in tract. de aſſecurat.in præfat.nu.27.

15 †Vnde, & tertiò cōſtitutio hæc eum ſenſum habet, vt cēſeri de

beat

beat uſurarius is, qui nauiganti, uel eunti ad nundinas mutuò dat pecuniam pacto, & ſtipulatione qua cautum ſit, ut ipſe debeat periculum in ſe ſuſcipere, & ſic debitorē aſſecurare, ut inde aliquid ultra ſortem recipiat, alioquin nō mutuaturus, quaſi in hac ſpecie ratione illius mutui lucretur obligationem illam ſuſcipiendi periculi, ut aliquid ultra ſortem capiatur, & ſic cum iſta conuentio aliquid ultra ſortem capiendi deducatur in pactum propter aſſecurationem illa conuentam ratione mutui, ob id uſuraria cenſetur illa mutui datio, cum tamen licita iudicanda foret, ſi liberè fieret, & abſque ulla ſtipulatione, uel pacto aſſecurandi, licèt poſtea debitor cum creditore ſponte conueniret de periculo mutuatæ pecuniæ ſuſcipiendo certa conſtituta mercede, quia tunc illa lucratur non ratione mutui, ſed cauſa ſuſcepti periculi, & aſſecurationis factæ, neque aliter in obligalionem deductæ propter mutuum, ita hanc Decretalem exponunt atque accipiunt D. Antoni. Florent. in Sum. part. 2. tit. 1. cap. 7. §. 21. Conrad. de contract. q. 39. concluſ. 1. Ioan. Maior. 4. ſent. diſt. 15. q. 25. argumen. 3. Sylueſt. in Sum. verſi. uſura. 1. §. 35. Caieta. in Sum. uerſi. uſura exterior caſu 12. atque ex noſtris comprobat Petrus Santerna Luſitanus in tract. de aſſecurat. & ſponſio. part. 1. num. 18. communem eſſe teſtatur Nauar. in Manua. Confeſ. ſub 7. præcept. cap. 17. num. 221. atque hic, nu. 3. allegans rationes decidendi. Et hunc ſenſum uerè proprium eſſe, & frequētiori Theologorum iudidio probatum teſtatur Couar. lib. 3. uar. reſol. ca. 2. nu. 5. verſi. 2. tex. qui propterea infert ibi, ex hoc communi intellectu poſt Ioan. Lap. in cap. per ueſtras, in 6. notab.
16 §. 9. num. 12. ad fi. de donat. inter vir. & uxo. † & alios fautores de quibus ſupra. Quòd leges ciuiles nauticum fœnus permittentes nō ſint Pontificio iure ſublatę, imò, & quòd etiam hodie obſeruentur iuſtæque ſint cenſendæ.

Sed aduertendum eſt, quia illas per hanc decretalem, & ſic Pontificio iure vetitas eſſe putauit Hoſtiē. in Sum. ti. de uſur. §. in alijs autem communiter ſequūtur DD. hic, ut teſtatur Ioan. Anan. col. 1. Sali. in auth. ad hæc, colum. 3. C. de vſur. Ioan. Fab. in rubr. C. de naut. fœno. Anchar. in regula peccatum, quæſtio. quinta, de regul. iur. in 6. Guid. Pap. in tract. de contract. num. 18. & latè hanc opinionem proſequitur Straccha in tract. de aſſecura. in præf. nu. 27. & ſequen.

Tu autem (ſi iudiciū in hoc ſit cuique liberum) retinens fœnus nauticum, & quaſi nauticum per ius Pontificium haud ſublatum uetitumque eſſet niſi in caſu tantummodò huius decretalis, uideli

cet

cet quandò in pactum ſtipulationemque per creditorem ratione mutui,& ſuſcepti periculi deduceretur, cæterum ſi mutuum libere fieret,& debitor ſponte ſua mutuanti ratione ſuſcepti periculi certam cõſtitueret mercedem, tunc credas leges ciuiles nauticum fœnus permittẽtes adhuc uigere iuſtasque eſſe,cõcordat enim hęc opinio cum ſuprad.communi intellectu atque ſecundum hanc diſtinctionem recipi debet Couar. ubi, ſupra,alijque per eum relati, & ita uidetur intellexiſſe Pet.Santern.in tract. de aſſecurat.& ſponſio.par. 1. nu.26.uoluit expreſsè Nauar.hic,nu.6. vbi dicit hãc eſſe nouam,& ſingularem reſolutionem.

Colligitur modò Decretalem huiuſmodi secũdum iuſtum cõmunem intellectum loqui de contractu mutui ex quo ſuccedit,ut cum ſit derogatoria,nõ habeat locum in alio contractu puta locationis. Et per hoc infertur ualere pactum cum tertio a mercatore factũ,quòd ſi pecunia aut merces aliæ ſaluæ aduenerint ad portum, is habeat certam ſummam in pręmium ſuſcepti periculi, puta x.pro quolibet centum:ſi uerò perierint,teneatur emẽdare damnum.ſolent enim quotidie mercatores pecuniarum, aut mercium ſiue mari,ſiue terra tranſuehendarum,& exportandarũ certo con-
17 uento precio periculum ſumere. † Et iſti ſunt, qui uulgò aſſecuratores dicuntur. Ex quo nota aſſecuratores licitè poſſe lucrum capere cauſa aſſecurationis factæ,Anan.hic,quę.13.Caſt.in l.in naue Saupheli,nũ.6.ff.loca.Laurent.Rodulf.in cap.conſuluit.par.3.q.3. de uſur.Alex.in l. à Titio, num.3.ff.de uerb.obliga.vbi aſſerit exercitium huiuſmodi frequentari a Florentinis, frequentari etiam ab iſtis,& Ianuenſibus aſſerit Iaſ.in l.illa ſtipulatio, num.1.ff.eo.tit. & in l.cum ad præſens,in 2.not.ubi Dec.num.4.ff.ſi cert.pet.idem Dec.conſ.115.num.2.& conſ.632.Ruin.conſi.65.quamuis,lib.5. Afflict.dec.389.Cotta.in Memorial.id uerſi.mercator, Ioan.Lup. in d.cap.per ueſtras,in 6.not.§.9.num.5.Couar.lib.3.uar.reſol.ca. 2.num.5.Pet.Santern.in tract.de aſſecurat.& ſponſio.par. 1. num. 5.vbi multa in id citat,quę refert, & ſequitur Straccha in tract.de aſſecurat.in præfat.num.44.Nauar. hic,num.2.& 5. & ita uſu tàm à iuriſtis,quàm a Theologis probato receptum aſſerit Domin.Sot. lib.6.de iuſti.& iur.q.7.art.uni.colum.1.& ea eſt ratio potiſsima, quia in tali caſu nullum interuenit mutuum, vnde non poteſt dici
18 uſura,cùm regulariter in mutuo committatur, † dicetur ergo potius contractus locationis, quaſi ille aſſecurator locet ſub ſuo periculo,de quo uidetur caſus in l. in naue Saupheli cum multis, de quibus per Pet.Santern. & Stracch. ubi ſupra, & per iſta inferebat

Innoc.

Inno.hic non eſſe vſurarium nauigantem illum, qui pecuniam re ceperit per mare vehendam puta, Byzantij reſtituat certa ſibi cõſtituta mercede, ſiue receptæ pecuniæ periculum in ſe ſuſcipiat ſiue non, quaſi hæc ſit locatio operarum, & ſequitur Hoſt.hic, & in ſum.eo.ti.§.in aliquo, verſi. ſed nunquid pro tranſuectitia Lauren.Rodulf.vbi ſupra, par.2.quæſtione 25.nu.40. refert Auguſt. Beroius hic, Santern.vbi ſupra, in fi.in 5.par.Straccha, vbi ſupra, num.42.

19 † Sed iuxta prædicta quæritur, quid de alia ſecuritate, quã faciunt mercatores, vt puta dedit quis mutuas pecunias alicui cum fideiuſsione, qui fideiuſſor poſtquam ſecurum reddit creditorẽ, à debitore ſtipulatur veluti quinque pro quolibet centum, nũ talis fideiuſſor vſurarius ſit cenſendus? & quidem Lauren. Rodul. vbi ſupra par. 3.q.3.retinet præmiũ ob eiuſmodi cauſam fideiuſſionis licitè poſſe accipi & paciſci à debitore, hoc ipſum credidit etiam Anan.hic nu.42.tenet hoc Bar.Caſtr. & alij in l.hoc iure.§. Labeo per illum tex.ff.de dona.Dec.conſ.7.nu.1.Ioan. Lap. in d. cap.per veſtras.9.nota.§.9.num.10.Ang.Clauaſ.in Sum.ver. fideiuſſor ad fi.Ioan.à Medin.de contract.¦capit. de vſura reſtituenda, colum.8.Conrad. de contract.q.40.concluſ.4.Gaieta. ſuper 2.2. q.78. art.2.Qui omnes tamen ingenuè fatentur tutius eſſe ab huiuſmodi contractu abſtinere, de quo per D.Anton. Flor. in Sum. de vſur.ca.45.nu.57.Modern. verò Pariſien. de vſu.q.31. dicunt pactionem huiuſmodi improbam eſſe, & reſpondent legib. pro communi adductis, ſed præcedens opinio eſt communiter recepta ut teſtatur Couar.lib.3.ver.reſol.c.2.nu.6. Stracca in trac.de aſſecura.in Præf.nu.45. ſecurum tenet Nauar. hic nume.-.dummodo ceſſet fraus, optimus ad hoc cenſetur tex.in d.l.Labeo, & l.ſi remunerandi.§. Maurus.ff. mand. Et facit ad hoc quia huiuſ-
20 modi contractus † fideiuſsionis incommodus, & periculoſus eſt fideiubenti, qui ſe conſtituit debitorem pecuniæ ab alio acceptę. Vnde Salomon conſilium dabat, ne quis alterius fideiuſſor exiſteret temerè, & incõſultè, ita inquiens Prouerbiorum c.17. Stultus homo plaudet manibus ſuis, cum ſpoponderit pro amico ſuo, ita enim habet vulgata editio, Tigurina verò ſic ſe habet: qui ſtipulata manu pro proximo fideiuſſor ſpondet imprudens eſt, & rurſus .c.22.Noli eſſe cum his, qui defigunt manus ſuas, & qui vades ſe offerunt pro debitis, vbi noua Tigurina editio habet.Ne ſis inter eos, q ſtipulata manu fideiubẽt, & pro debito obſtringũt, cur enim cõmitteres, vt ſi ſoluendo non eſſes, lectus tuus ſub te auferretur,

retur. Similiter cap. 20. Paremiographos ſcribit, Tolle veſtimētū eius, qui fideiuſſor extitit alieni, & pro extraneis aufer pignus ab eo, & ~~ſcripſit Conan. Bellica Prouerbiorum 6~~. Durius addens illud eſſe, ne dum rei familiari periculoſum, ſed etiam contra rationem, & conſcientiam: addens ſibi exemplum, propter quod Moder. Pariſ. diſputarunt, nunquid fideiubere liceat in tract. de contrac. q. 32. nu. 253. Vtrunq; tamen ſit, ſupra relata communis ſententia non eſſet admittenda in eo caſu, quo inſpecta qualitate, & conditione debitoris nullum immineret periculum fideiuſſori vtputa, quia indemnis ſeruaretur, quaſi tunc ea pactio fiat ficto, & ſimulato periculo in fraudem vſurarum, ita reſtringunt Cou. & Stracchа ubi ſupra & rectè.

21 † Videndum eſſet modo, nunquid fideiuſſor poſſet repetere à debitore ſuo principali vſuras, quas pro eo ſoluiſſet creditori, penes quem pro ipſo debitore interceſſit: circa quod uariæ fuerūt antiquorum opiniones, de quibus per Io. And. in q. Mercuriali, q̄ poſuit ſuper Regula Damnum, de reg. iur, 6. & Lau. Rodulf. vbi ſupra par. 2. q. 47. nu. 65. reſoluit per 12. concluſiones, & unum ſuum conſilium, ut per eum, ad quem, cum iſta non ſit propoſita noſtra materia, breuitatis cauſa te reiicias, tradit de hoc quoq; latè Amb. a Vig. in c. ſalubriter. nu. 47. & plurib. ſeq. de vſur. Bal. in l. Conſtitutionibus. C. de vſur.

22 † Notatur ergo primò ex hoc tex. ita communiter intellecto, in mutuo, quem non excuſari ab vſurarum labe ratione ſuſcepti periculi, quod tamen ſecus eſſet in aliis contractibus, vt per Dec. cōſil. 123. col. 2. Cra. conſi. 145. nu. 5. Et ponitur exemplum in contractu ſocietatis, qui ſemper licitus reputaretur, ſi conuentū fuiſ-
23 ſet periculum † ad ſocios pertinere Gui. Pap. q. 186. hoc enim eſt de natura ſocietatis gl. in l. j. C. pro ſoc. Pet. Peruſi. in trac. de duobus fratrib. 4. par. q. 2. & Ang. ibi. q. 15. Soc. conſi. 265. col. 4. lib. ij. Ioan. Lup. in c. per ueſtras in 6. nota. §. 12. de donatio. inter vir. & vxo. Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 2. num. 1. Nauar. poſt alios Theologos à ſe citatos in Manual. Confeſſo. ſub 7. præcept. cap. 17. nume. 251.

24 † Quinimò in caſu diuerſo ſi per vnum ſocium conuentū fuiſſet nullum periculum ad vnū ex ſociis pertinere debere, vt quia voluiſſet capitale ſibi eſſe ſaluū, & finita ſocietate ad eū reſtitui, tunc ſocietas in fraudem vſurarum videretur cōtracta, & ob id illicita reputaretur, & ſocius per talem actum uſurarius cenſeretur, ut latè concludit Abb. hic nume. 11. poſt Calde. refert, & la-

tius ſequitur Ioa.de Ligna. hic tenet Bal.in l.j.q.9.c. pro ſoc.Ab. conſi.114.in Q.lib.2.in j.dubio.Caſtren.conſ.330.viſo inſtrumẽto prædicto.Rom.conſi.238.pro habenda ſubſtantia. Ambroſ.à Vignat.in d.cap.ſalubriter,nu.88.Dec.conſi.123.col.1.& conſi. 116.& in l.ſi paſcenda,nu.8.C.de pac.Lauren. Rodulf.vbi ſupra par.2.q.19.nu.33.Crauet.conſi.145.num.13.Ioan.Lup.in d.ca. per veſtras,6.notab.§.11.nu.6.vbi teſtatur hanc ſententiam communiter receptam,quàm etiam ſequuntur,& probant Theologi videlicet.D.Ant.Flo.in Sum.par.2.tit.5.cap.7.§.37.D. Thom.2. 2.q.78.art.1.ad 5.Conrad.de contract.q.97.Soto lib.6.de iuſt.& iu.q.6.ar.2.

Sed Hoſtien.in d.cap.per veſtras,& in Sum.de vſu.§.in alijs autem caſibus verſiculo,quid ergo ſi contrahatur, alijque tenuerũt huiuſmodi ſocietatem licitam eſſe,& abſque vſurarum labe contrahi poſſe,allegant in id.§.ita coiri.l.ſi non fuerint.ff.pro ſoc.vbi dicitur ita coiri ſocietatem poſſe, vt nullam partem damni alter ſentiat,lucrum verò commune ſit, idem etiam comprobatur, in §.de illa inſt.de ſocieta. Aduertendũ eſt tamen ad huiuſmodi tex. quia,ut exponit Theophilus in d.§.de illa, pactio huiuſmodi, vt lucrum commune ſit, damnum verò ad alterum pertineat, tunc proderit,quando ſolum damnum in ſocietate acceptum fuerit, puta ſi mille aurei a ſingulis ſocijs in ſocietate fuerint collati, hac deducta cõuentione ab altero ipſorum,tunc ſi nullum lucrũ ſocietas fuerit ſortita,imò euenerit damnum ducẽtorum aureorũ, ſi poſtea diſſoluatur ſocietas,alter mille aureos,quos intulit,alter verò octingentos habebit, quod ſecus eſſet ſi in negociatione lucrũ,& damnũ contigiſſet,vel lucrum tantummodo, quia tũc pactio illa nihil operaretur,hoc ẽt ſenſiſſe vr̃ Cald.hic,q.2.Lau.Rodul.vbi ſupra,par.2.q.19.quinimò Couar.lib.3.var.reſo.c.2.nu. 3.exiſtimauit,conuentionẽ illam,cuius meminere.I.C. & Iuſtini. vbi ſupra,non pertinere ad ſocietatem,quæ fuiſſet cõtracta ex pecunia vnius,& induſtria alterius propter abſurdum,& iniquitatẽ quæ reſultaret,vt periculum pecuniæ deberet ſubire is,qui induſtria utitur,tunc enim vſuræ vitium adeſſet, quia præſumeretur pecunia illa mutuò data,ut mutuãti dimidia illa pars lucri obueniret,atque ex hoc concludit contractum in tali caſu iniquum eſſe ac reſtituendum fore quicquid damni huius pacti cauſa alteri ſocio contingerit,quaſi tunc vſurariã prauitatem ſapiat:tradit hoc quoque Nauar.in Manual.Confeſſ.ſub 7. præcep.ca.17. nu.252. & ſeq.Sed Couar.non idem cenſet,vbi ſocietas inita fuiſſet colla

ta vtrinque pecunia', quaſi in ea ſpecie ſit verè contractus ſocietatis, non autem mutuum præſumi valeat. Non per hoc tamen inficiatur, quin ſocietas etiã huius poſterioris ſpeciei ſit iniqua in dãnum proximi, & Leonina ſecundum communem ſententiam, de qua latè per Socin. conſi. 265. lib. 2. cuius meminit. I.C. in d. l. ſi non fuerit, §. vlt. probatur in l. ſi. Titius. §. ſed nec ipſius. ff. de præſcrip. verb. & l. ſocius pro filia vbi Caſtrenſ. ff. pro ſoc. hoc quoque videtur aſſerere Hoſti. in Sum. de vſur. §. an aliquo, verſiculo, quid ſit periculum, facit etiam ad hoc, quia non valet conuentio ſocietati appoſita, ex qua inæqualitas reſultet, glo. & Azo. in d. l. ſi non fuerit, & ibi Fulg. poſt alios referens ſententiam Azo. idem etiam ſcribunt Cor. in l. ſi paſcenda, colum. 1. & ibi Purpura. colum. 2. Cur. Iun. colum. 1. reſpondens ibi. Deci. qui ab Azone diſſentit, idẽ Cor. conſi. 212. lib. 4. & alibi, vt per Crauet. conſi. 173. num. 1. Socin. d. conſi. 267. colum. vlt. Abb. conſi. 77. lib. 1. quibus ita relatis apparet, tres in hoc verſari DD. ſententias. Sed tu non recedes ab illa communiter recepta, quæ indicat illicitè, & in fraudem vſurarum facere, qui nullum ſubire vult pecuniæ periculum, ſed illam ſemper ſibi ſaluam fore. Hæc tamen opinio eſt intelligenda, niſi cautum eſſet ad promittentem pecuniam ſaluam fore ſpectare debere aliquam iuſtam partem lucri in præmium ſuſcepti periculi, & aſſecurationis factæ, vel quando alterius induſtria non æquiualeret pecuniæ collatæ, & nihilominus conuentum eſſet, ad eum ſpectare dimidiam lucri partem, in his etenim caſibus pactio illa licita cenſeretur, & tunc procedere poſſet Hoſti. & ſequaciũ opinio, & tex. illi in d. l. ſi non fuerit §. ita coiri, & d. §. de illa, vt cenſet Ioan. Lup. in d. cap. per veſtras, 6. nota. §. 12. num. 8. Pet. Peruſi. in d. tract. de duo. fratri. 4. par. q. 1. Purpura. in d. l. ſi paſcenda, num. 37. E Theologis ita tenuerũt Ioan. Maior. in 4. ſent. diſtin. 15. quæſt. 48. & ſeq. Sylueſt. in Sum. verſic. ſocietas 1. q. 2. Nauar. in Manual. Confeſſo. ſub 7. præcept. cap. 17. num. 254. & in Commenta. ſuper cap. ſi fœneraueris, 14. q. 3. num. 32. Caieta. in Opuſcu. lib. 16. reſpon. ca. 11. cum quadam ſua diſtinctione, videlicet, ſi illæ duæ pactiones ſocietatis, & periculi ſuſcepti fuerint ex interuallo, & diuerſo tempore initæ, ſecus ſi incontinenti, quod tamen nihil eſt, vt aduertit Cou. vbi ſupra. nu. 4. & melius declarat, & improbat Soto lib. 6. de iuſt. & iur. q. 6. art. 2. col. 3.

25 Infertur modò ex ſupradictis, cõuentionem quoque eorum nõ valere, qui pacti ſunt, quòd ſi quis eorum vltra quantitatem, quàm ex lege ſocietatis in ſocietatem conferre debeat, adderet aliquam

pecuniæ ſummam, ſibi ſalua ſorte prouideretur ſuper d. ſocietate ad rationem, & conſuetudinem mercium, quæ ſupponuntur, vel aliquid ſibi annuatim detur, & ſi vnus ex ſocijs, qui ſuperogauit illam ſummam, perceperit aliquid pro lucro, puta ſex in centum, tunc illicitè faciet, quaſi hoc debitum non fuerit contractum occa ſione ſocietatis, ſed contra ius ipſius; ita decidit Abb. in conſi. 114. in Q. lib. 2. refert licèt corruptè Soc. in l. 1. in princ. nu. 23. ff. ſi cer. pet. & contra Abb. arguit non eſſe vſuram ex eo, quia non ſit mutuum, ſed contractus innominatus ſocietati mixtus. Verùm Alciat. ibi rectè diſcedit à Socin. mouetur ex eo: quia ſocij non tenebantur ſupererogare, & quod factum eſt ab illo, qui addidit pecunias. voluntariè eſt actum, vnde eſt verum mutuum ſocietati factũ, quod ita eſt credendum, quicquid poſtea inuoluant Neoterici Pariſienſ. de contract. q. 87. nu. 668.

26 † Infertur etiam valere contractum illum ſocietatis, ſeu potius ſoccidæ, quam vocant, quando quis dat alicui puta, pecora cũ pacto, quod prius percipere debeat fructus omnes ipſarum, quouſq; cõſequatur totum ſuum capitale, & poſteà pecora ſint communia, ex quo enim interim, dum percipit omnes fructus, pecora illa remanent in dominio ipſius dantis, & eius tantùm periculo perire poſſunt. actus minimè cenſetur vſurarius, vt tenuit Laurent. Rodulf. vbi ſupra, q. 22. num. 36. reiecta opinione Ioan. de Ligna. qui contrarium tenebat hic, tradit Ambroſ. à Vignat. in d. cap. ſalubriter, num. 178. D. Antoni. Florent. in Sum. tit. de vſur. cap. 39. num. 47. ponit Crauet. conſi. 145. num. 12. Nauar. in Manual. Confeſſo. ſub 7. præcepto, cap. 17. num. 26. Et de illa ſocietate, quæ vulgò ſoccida appellatur (cũ non ſit opus noſtrum) videas Dec. poſt alios in d. l. ſi paſcenda.

27 † Et quod dictum eſt de contractu ſocietatis, idem etiam dici poſſet de contractu locationis, in quo ratione ſuſcepti periculi, quis dicetur facere actum validum, & licitum, & ponitur exemplum in eo, qui locaſſet puta, par bouum cũ pacto, quòd ille ſibi teneretur dare certam menſuram grani in anno, puta, x. ſtaria, ſed quòd interim locator teneretur ad periculum deteriorationis, & mortis, ſi enim nollet ſubire periculum puta mortis, ſed tantùm deteriorationis, actus tunc illicitus, & vſurarius reputaretur, vt tradit Ioā. de Ligna. in cap. plerique, 14. q. 3. Laurent. Rodulf. vbi ſupra, q. 23. nu. 37. & ſeq. vbi latè tradit, quòd pro ea parte, pro qua damnum remanet periculo ipſius locatoris, lucrum poteſt ab eo licitè exigi ſecus aliter, & ponitur exemplum veluti ſi conuentum ſit, quòd locator,

cator,& conductor participent æqualiter de damno, tunc ipſi lo-cator non poterit habere lucrum, niſi pro ſua rata periculi, puta, dimidia, ſi enim totum lucrum exigeret, illicitè faceret; atque de his ſimilib. Q. Q. tradit latè D. Anto. Florent. ubi ſupra, cap. 41.& ſequen. num. 49.& de iſto caſu relato meminit Crauet. cõſ. 45. num. 3. Nauar. in Manual. Confeſſo. ſub. 7. præcepto, cap. 17. num. 260.

28 † Adnotatur quoque ex hoc tex. ſic cõmuniter intellecto, q̃ mutuans pecuniam nauiganti, uel eunti ad nundinas ex pacto ſuſceptionis in ſe periculi,& inde aliquid ultra ſortẽ capiẽdi, hoc eſt nõ aliter mutuaturus, niſi illud periculum ſumeret, & aliquid ultra ſortem caperet, uſurarius eſt cenſendus, ut probatur in hac Decretali, atque ratio ea eſt, quia in contractu mutui, prout, hic, uitium non purgatur licèt periculum ad mutuatem pertineat, ut tradit Alber. in l. Iubemus. 2. colum. penluer. quid de tali, C. de ſacroſanct. eccleſ. Deci. conſ. 23. ubi allegat hunc tex. & Corn. cõſ. 1. numero, 21. lib. 4. dicit periculum non excuſare mutuantem abſ uſura, quia loquitur in mutuo, in quo prohibetur omnis ſpes lucri, de quo alias dictum eſt, nam mutuans ſperat periculum non contingere,& aliquid interim lucrari quamobrem meritò dicendus eſt vſurarius; hæc ille.

29 † Adnotatur tertiò, quod mutuans ſimpliciter abſque vllo pacto pecuniam, puta, mercatori pro emẽdis mercibus deferẽdis p mare,& ille mercator ſtipuletur ab eo aſſecurationem illius pecuniæ mutuatę certa ei conſtituta mercede ratione illius periculi ſuſcepti, tunc ille mutuans nõn eſt vſurarius cenſendus, ratio ea eſt, quia hic ſunt duo cõtractus ſeparati, alter nominatus ſcilicet mutuam, alter verò innominatus, videlicet aſſecurationis, nec vnus ab alio præcisè dependet, & in caſu iſto cauſa immediata aliquid vltra ſortem capiendi non eſt mutuum, quemadmodum in ſuperiori notabili vides, ſed ipſa aſſecuratiò, vnde in ſpecie iſta, quòd vltra ſortem receptum eſt, non fit propter mutuum, ſed cauſa cedendi tutum aſſecuratorem, quamobrem licitum eſt lucrum illud, quod recipitur, atque hoc videtur ſenſiſſe Abb. hic, nu. 14.

Præterea à principio in caſu iſto apparet non fuiſſe animum fœnerandi,& alias dicitur inſpiciendum eſſe, quod principaliter agitur. l. ſi quis nec cauſam,& ibi notatur, ff. ſi cer. pet. per quẽ tex. dixerunt ibi DD. quòd lucrum ſecundario proueniens in cõtractu mutui non facit vſuram: ſequitur Corne. in d. l. ſi paſcenda. C. de pact. vbi refert D. Bernard. in tract. de contract. Sermo. 36. cap. 3.

tradit Pet. Santern. Luſita. in tract. de aſſecura. & ſponſio. par. 3. nu me. 10. & ſeq. & rectius Nauar. in Comment. ſuper cap. ſi fœneueris, 14. q. 3. num. 19. & ſeq.

30 † In tex. ibi *vel eunti ad nundinas*, colligitur, quòd mutuans eūti ad nundinas recepturus aliquid ultra ſortem etiam ſi periculum in ſe ſuſcipiat, uſurarius cenſetur. Sed quęritur, quid ē conuerſo nunquid mercator proficiſcēs ad nūdinas, ut merces ibi emeret, & ſpe lucri ductus illas alibi deferret, uel certo tēpore ſeruaret, ſi poſtea mutuo daret pecunias, quibus paratus erat emere alicui offerenti ſe illam reſtituturum cum illo lucro ſperato, nūquid talis uſurarius cenſeatur? Hoſtien. in d. c. ſalubriter tenet, huiuſmodi lucrum licitè percipi tanquam intereſſe lucri ceſſantis, dūmodo mercator non ſimulauerit ſe ire velle ad nundinas, cum non eſſet iturus, & ſequitur Archidiaco. 14. q. 3. ca. vſura Rom. conſ. 517. colum. 8. Abb. Ioan. de Anan. in d. c. ſalubriter. Guid. Pap. in tract. de contrac. illici. nu. 20. Alex. cōſi. 2. 28. lib. 2. Dec. cōſ. 111. E Theologis tenuerunt hoc Caieta. ſuper 2. 2. q. 78. art. 1. Sco. in 4. ſent. diſt. 15. q. 2. art. 2. vbi tradit, quòd etiam ab initio tempore mutui, & ceſſante mora valeat pactum, quòd debitor vltra reſtitutionē ſortis teneatur indemnem reddere creditorem tam de dāno imminenti, quā lucro ceſſaturo, puta ſi erat impenſurus eam pecuniam in merces, vel emptiones prædiorum, unde tantū erat lucraturus, idem tenet Raymun. in ſum. de vſu. Bernar. de Euangel. ęter. Sermo. 36. cap. 2. Gabriel. Biel. in 4. ſent. diſtin. 15. q. 11. colum. 2. ſub quinque circūſtantijs, quas ibi deducit, & requirit, idem Ang. Clauaſ. in Sum. verſi. vſura, §. 16. cum ſeq. D. Anton. in ſum. par. ij. tit. 1. c. 7. §. 15. cum ſeq. Conrad. de contract. q. 30. vbi ſeptem circunſtantias exigit, quas repetit, & declarat Nau. in Manual. Confeſſo. ſub 7. præſcript. ca. 17. nu. 211. & Latius in Comment. ſuper d. cap. ſi fœnerau eris, num. 49. Et licèt Innocent. hic paulum deflectat à ſenten. Hoſtien. & magis cenſeat eſſe uſuram inquiens, ſe neſcire excuſare, in cuius opinionem nō tam vitio pacti, quàm propter periculum abutēdi, & occaſione ſimulationis, & fraudis uſurarum inclinet. Ioan. Andr. Calderin. atque Ioan. de Ligna. hic Sali. in Auth. ad hæc, col. 5. C. de vſur. Laurent. de Rod. vbi ſupra, par. ij. q. 24. nu. 39. Ambro. à Vigna. in d. ca. ſalubriter, num. 47. & ſeq. & alij, quos non eſt opus referre, tametſi verè conſtet creditorem tantum damni paſſum, vel certum lucri amiſiſſe poſt moram ſibi factam à debitore in ſoluendo, omnes Theologi Canoniſtæ atque Iuriſtæ tenent confirmari pactum; quæ opinio

cum

cum his duabus conditionibus eſt retinenda conueniens ad ea, q̃ traduntur in l. curabit. C. de actio. empt. quinimo etiam citra pactum, & iuramentum reſarciendum eſſe, ſcilicet poſt morã, mercatorem in foro conſcientiæ, tenet nominatim Sco. in loco ſupra citato, ad quod facit traditum per Innoc. in cap. j. de vſu. dum ibi exemplificat in creditore, qui ob moram debitoris accipit ab alio tantundem ſub vſuris, quem ſequitur Sal. in l. 2. C. de vſu. Anch. conſi. 376. ſecundò dubitatur, col. j. facit quod dicit tex. in c. prævaricariæ x. q. ij. in tex. ibi *recepturus aliquid*, colligitur quòd mutuans recepturus aliquid vltra ſortẽ, licèt periculum in ſe ſuſcipiat, vſurarius cenſetur. Vnde a contrario ſenſu, ſi nihil reciperet nõ di
31 ceretur uſurarius. Ex quo multa inferuntur. † Et primò quòd nõ debet dici vſurarius, ille qui mutuò pecuniam accipit ſub vſura, ſed ille qui dat. Nam vt docet Ariſt. 5. Ethic iniuriam pati non eſt debitum ſed facere, mutuatarius autem iniuſtitiam dicitur pati, dum mutuator illum fœnore trucidat. Sed an mutuatarius modo aliquo peccatum videatur cõmittere ex cauſa illius pecuniæ ſub vſura acceptæ? diſtinctiones in hoc videas Theologorum, de quibus per Caiet. in ſum. ver. vſura mentalis in prin. Do. Soto lib. 6. de iuſt. & iu. q. 5. Nauar. in Manual. confeſſo. ſub 7. præcept. c. 17. nu. 262. & ſeq. in quibus etiam conſiderabis mutuatarios huiuſce modi hac vſuræ culpa haud notari, ſed illa, prout fuiſſet eorũ malus animus in accipiendo atque expendendo pecunias ſub fœnore habitas. Infertur quoque ex illis verbis tex. ad reſolutionem q.
32 videlicet, de illo debitore vſurarii, † qui ab eo recepiſſet pecuniã mutuam ſub vſura, & ipſe debitor poſt modum alteri dediſſet ea conditione, quòd ipſe vltimus recipiens reſtitueret ſuo primo creditori vſurario ſortem cum uſuris, quæ in eius perſona potuiſſent currere: ex quo enim talis primus mutuator ex iſto ſecũdo mutuo nihil percepit nõ debet dici vſurarius, arguẽdo ex hoc tex. & c. pleriq;. 14. q. 4. ubi tenet Arch. per hanc rationem. ſ. quia ille ſecundus mutuans facit non cauſa lucri capiendi, ſed vt damnum euitet, atq; in tali caſu ſequitur Nauar. in Manual. confeſſo. ſub 7. præcept. c. 17. nu. 231.

Aduertendum eſt tamen, nam q. huiuſmodi apud antiquos nõ ſine maxima difficultate procedebat: dicebant enim, aut iſte ſecũdus mutuator fuit ſtipulatus ſibi vſuras, aut creditori ſuo; primo caſu indubitanter videtur vſurarius, ſecundo uerò ſtipulatio nõ tenet. §. alteri inſti. de inuti. ſtipulatio. cum ſim. Præterea cum ſecundum naturam mutui dominium pecuniæ numeratæ trãſierit

in hunc debitorem ſecundo loco mutuantem, ergo ſuam pecuniā non autem illius primi crediturís mutuò dat, & ad illam accedunt vſuræ, & per hoc Damaſus & Tancred. dicebant, talem debitorē mutuantem non poſſe petere niſi ſortem & Bartolom. Brixienſ. in q. venerabili incip. aliquis ſcolaris: tenet quòd actione mandati poterit compellere, cui mutuò dederit. Verùm Ioan. Calderi. hic ita diſtinguebat, aut talis debitor mutuans intendebat omnino ſatisfacere primo illi creditori ſuo de illa pecunia ſic mutuata, aut non, & in primo caſu ampleſtitur opinionem Archid. vbi ſupra, ſecus in altero caſu, quam diſtinctionem æquam eſſe, & ſibi multum placere aſſerit Lauren. Rodulf. vbi ſupra pare. 2. q. 34. nu. 49. & ſequitur Ambroſ. à Vignat. in d. ca. ſalubriter, num. 47. quæ ambiguitates demum rediguntur ad illationem, quæ fit ex hoc tex. quam tenet Roma. ſing. 34. ſequitur Iaſ. in l. 1. col. 2. in prima lectu. C. de ſacro ſan. eccleſ. Ludoui. Gomeſ. in §. actionum, nu. 18. inſti. de actio. Auguſt. Beroi. in Rub. hoc eod. tit. num. 7. Ioan. Lup. in cap. per veſtras, car. 246. col. 1. de donat. inter vir. & vxor. Alex. in ſimili caſu conſi. 22. ſuper tit. col. 2. lib. 2.

33 † Infertur tertiò ad reſolutionem alterius q. videlicet de illis, qui alterius pecuniam ſub eo nomine fœnori dant, & ponitur exemplū veluti de inſtitoribus, tutoribus, & alijs procuratoribus, qui ſi nihil de illo fœnore recipiant, & participent nō debent cenſeri vſurarii, Laurent. Rodulf. vbi ſupra part. 2. q. 57. nūm. 81. Sed aduertendum eſt, quia latè hoc diſputarunt antiqui patres, & Ioan. Andr. in cap. Michael. poſt glo. ibi cenſuit quòd iſti ſint uſurarij, & teneantur ad reſtitutionem, ſequitur Guid. Papæ in tractat. de contract. illicitinum. 38. Caietan. in Sum. uer. reſtitutio cap. 1. & ſuper 2. ſec. q. 62. art. 7. quem pro ſingulari citat & ſequitur Nana. in Manual. & ſeq. verum contrarium firmauit Innocen. in d. ca. Michael. & ſequitur Lap. allegat 93. num. 4. Palud. in 4. ſenten. diſt. 15. q. 2. Syluest. in ſum. ver. vſura, 7. q. 4.

Hoſtienſ. autem in Sum. eod. tit §. vlt. in fine, uoluit, iſtos iudicari & teneri in ſubſidium, videlicet, quando non ſit ſoluendo ille, pro quo fuit vſura extorta; ſequitur D. Anton. in Sum. tit. de vſuris, par. 5. nu. 11. Soto lib. 6. de iuſt. & iur. q. 5. art. 4. col. pen. Quæ opinio Hoſtienſ. reiectis alijs mihi videtur admittenda in eo caſu; quando inſtitor, tutor, vel curator ſine conſenſu Domini & eo inſciente mutuò dediſſet ſecus aliter per hūc tex. Vnde adminiſtra-

34 tores vniuerſitatis † vel Collegij vſurarij eſſent cenſendi atque ad

reſtitutionem

reſtitutionem tenerētur, ſi fęnori darent pro ſua uniuerſitate uel Collegio, etiam ſi nihil ipſi reciperent Hoſtien. in Sum. de pęnit. §. quid de uſurarijs uer. quid de ciuitatibus, ſequitur Laurēt. Ro dulf. ubi ſupra par. 2. q. 56. nu. 80. rationem aſsignāt, quia ipſa uniuerſitas nō poteſt accuſari neque puniri, cum animum nō habeat de quo per Geminia. noſtrum nemini Canoniſtarum ſecundum in cap. Romana. §. in uniuerſitate de ſentē. excom. lib. 5. meritò ipſi tanquam ſinguli cum conſenſerint, & a ſolo actu illicito non ſe abſtituerint, puniri debēt ita quoque tradit Guid. Papę in tract. de contract. illici. nu. 27. D. Anton. in Sum. tit. de vſur. par. 3. cap. 8. num. 18.

25 † Notarii autem conficientes inſtrumenta ſuper uſuris nō dicentur uſurarij, neque ad reſtitutionem erunt obligati, benè uerū eſt, ꝙ per hoc iudicantur periuri: quando enim creantur iurāt hæc non facere; quamobrē repellentur a teſtimonio, & ab inſtrumentis publicis conficiendis, notabuntur quoque pœna infamiæ Hoſti. in Sum. eod. tit. §. in aliis autē caſibus uer. quid de Notariis ſimiliter mortaliter peccant, & tenerentur ad reſtitutionē in ſubſidium, quando ad commodum uſurarii ſcienter cōfeciſſent contractum ſuper uſuris palliatum, quò iuſtior appareret. Syluеſt. in Sum. uer. uſura, 7. q. 7. Nauar. in Manual. confeſſo. ſub 7. præcept. cap. 17. nu. 276. Soto lib. 6. de iuſt. & iur. q. 1. art. 4. col. vlt.

36 † Idem quoque dicendum eſſet de Iudice, aduocato, & procuratore, qui iudicarent & defenderent ſcienter pro uſuris. Soto li. 6. de iuſt. & iur. q. j. art. 4. col. pen. Nauar. ubi ſupra. nu. 275.

37 † Idem etiam de teſtibus, qui ſcienter interuenirent actui vſurario, cum actus huiuſmodi abſque teſtimonio non valeat Sylue. in Sum. uer. vſura. §. 9. Nauar. ubi ſupra, num. 277.

Sic etiā traditur de Pręlatis atque alijs ſcienter ſubſcribētibus & ſigillantibus actum vſurarium, nam cenſentur participes vſurarum, etſi non lucri. ita Hoſt. vbi ſupra, ſequitur Lauren. Rodulf. vbi ſupra, par. 2. q. 58. num. 82.

38 † Mediatores quoque & proxenetę mortaliter peccant atque ad reſtitutionem tenentur in ſubſidium in eo caſu, quando fęneratarios diſquirentes inter ipſos ac fęneratores fęnorū pacta cōficiūt vnde ſi interuenirent tantùm pro fęneratario ad inducendū fęneratorem, vt mutuò daret, ſecus eſſet, de quo per D. Anto. in Sum. par. 2. tit. de vſur. nu. 15. & ſeq. & part. 3. ca. 6. nu. 8. ſequitur Caietan. in Sum. ver. vſura mentalis, Nauar. vbi ſupra nu. 267. videtur ſentire Soto vbi ſupra, tradit de hoc ex noſtris Ludo. Roman.

ſingul.

ſingul. 385. Marſil. ſingul. 181.

39 † Præter ſuperius memoratos ſunt & alii miniſtri fęneratorũ ueluti famuli, qui pecunias portant & ſeruant, exempli cauſa, erat mutuatarius ſoluturus mittit fœnerator per famulum ad pe tẽdum, & tradit alteri ad cuſtodiendum, nã iſtos credo haud pec care neque alteri ad reſtitutionẽ teneri; quicquid ſenſerit Naua. ubi ſupra nu. 267. de quo miror, nam iſti non ſunt cauſæ uſurarum neque aliter fœneratorum cooperatores, ſed meri executores dicuntur, quamobrem nullo modo teneri debent, prout rectius uoluit Sylueſt. in Sum. in uer. uſura 4. q. Soto ubi ſupra col. ult. ubi excuſat etiam Amanuenſes illos qui in commentarios rationes dati & accepti referunt.

40 · Ad illud autem quod dictũ eſt ſupra de tutore, ut non poſſit pecunias pupillares mutuò dare ad uſuram, aduertendum eſt, quia intelligitur de fęnore illicito, & damnato, quod nec etiam pietatis cauſa licèt exerceri ca. ſuper eo de vſur. Couar. lib. 3. uar. reſol. cap. 2. num. 1.

Et ſic Nouella Iuſtiniani Cõſtitutio de his qui. obliga. ſe habe. peri. res mino. §. quoniam, colla. 6. & C. de admini. tuto. prima Cõſtitutio permittẽs tutori, pecuniã pupillarem fęnerari ad alimenta pupillo exhibẽda, non erit hodie in vſu. Obligatus ergo erit tutor uel curator pecuniam illam pupillarem uel in emptionẽ prædiorum expendere, uel illam exercere in aliquo lucro & quæſtu licito ſecundum conſuetudinẽ, & illius ciuitatis mores Bar. Caſt. & Alex. in l. Diuus Seuerus, ff. ad l. Falc. Bar. in l. tutor, qui reperto rium, §. ſi poſt depoſitionẽ, ff. de adminiſt. tuto. Saly. in Auth. Nouiſsima, C. de admini. tut. Roma. conſi. 28. & conſ. 139. Socin. conſil. 2. col. ult. lib. 1. Deci. conſ. 192. col. 1. Ioan. Lup. in cap. per ueſtras per illum tex. quo præcitati Doctores nituntur, in 6. no. §. 7. de dona. inter uir. & uxor. facit ad hoc quia præcipiebatur olim tutoribus & curatoribus ſtatim accepta tutela, uel ex pecunijs pupillaribus prædia emere, uel eaſdem pecunias iuxta uſurarum morẽ fænori dare, l. tutores, 2. C. de admini. tut. l. quoties in prin. & l. ob fęnus ff. eo. tit. l. pecuniã, C. de uſur. pupilla. unde ſi tutor retinuerit pupilli pecuniã ocioſam, & abſque ullo lucro, uel in proprios uſus cõuerterit damnãdus erit, in id quod pupilli intererit, & ſic tenebitur ei ad illud intereſſe, quod nos dicimus lucri ceſſãtis & dãni emergẽtis, ut fatentur præcitati Doctores, atque hoc tradit glo. in ca. pen. 12. q. 4. Couar. ubi ſupra. Facit ad hoc l. tutor, ſecundũ dignitatẽ, §. 1. ff. de admin. tut. l. tutor qui repertorium,

§. pecu-

§.pecunia.& l.non exiſtimo, eo.tit.l.qui ſine.ff. de neg. geſt.l.j.C. de vſu.pupil.in quibus habetur quòd tutor,qui pecuniam pupil li,in proprios vſus conuertit,auctoritate propria tenetur ei vſuras dare, & huiuſcemodi vſuræ ratione illius contrectationis factæ à tutore dicentur moroſæ & punitoriæ. Quamobrem etiam hodie debentur non ſimpliciter,& quemadmodum de illo tẽpore,prout conantur illas in vſum reducere Neuterici Pariſ.cũ illis ſuis analyticis diſputationib.de contract.q.76. num. 57. Sed dũmodo illud arbitrium boni viri,quod ipſi requirunt,in taxandis il lis vſuris eſſe redactum ad rationem illius,quod nos dicimus,inte reſſe poſtmodum conſtitutum atque receptum loco antiquarũ vſurarum.

41 Sed in caſu diuerſo quęritur nunquid tutor nomine pupilli debeat potius pecuniam recipere ſub vſuris,quàm vẽdere bona ipſius minoris,& Bernar. in Epiſto. Oeconomica ad Raymundum militem ſcribit,plerumque ſatius eſſe,partem patrimonii vẽdere quàm vſuris ſuccumbere tradit Chriſtophor. Port.inſt. qui aliena,licet vel non in prin.Salyc.& Corn.in l.vlt.§.ipſum.C.de bon. quæ lib.

42 Redeundo modo ad tex. dicitur in eo, † quòd mutuans recepturus aliquid vltra ſortem vſurarius cenſetur.Sed nunquid mutuo dans nihil animo recipiendi ultra ſortem, poſſit ſaltim licitè ſibi ſtipulari aliquod ſeruitium facti abſque vſurarum labe,vtputa,quod quis patrocinetur,intercedat,inſtruat,vel aliquid ſcribat aut faciat,& Bal.in §.ſi tibi.l.rogaſti.ff.ſi cer.pet. dicebat vſurariũ non eſſe,qui mutuo daret ruſtico mille,ea conditione, ut ſecum conueniat de cultura agri iuſta ei data mercede,alioquin non mutuaturus,ipſe enim nihil vltra ſortem recipit, cum iuſtam operarum mercedem ſoluat operanti tradit D.Ant.in Sum.par.2.tit.de vſu.c.7.§.x.ſequitur Io.Lup.in c.per veſtras.§.vlt.nu. 39. de do. inter vir.& vxo.

Similiter Adrian.ſuper 4.ſent en.de reſti.col.22.c.ſed dubium videtur in fi.ait nullum vſuræ vitium committi,ſi quis alteri mille mutuo dederit eo pacto expreſſo,vt debitor iuſta ſoluta mercede ad eius molendinum factorium olearum iret,vel vt inter ſcholas ſuas,cum ex ea pactione nullum damnum debitori immineat, nec creditori lucrum aliquod accedat iuſto ei precio ſoluto ſequitur Gab.Biel.in 4.ſenten.diſt.15.q.ū.art.3.in prin. & ibi Io.Ma io.q.25.arg.j.& rurſus q.29.vbi aſſerit quòd id,quod ſecundum naturalem æquitatem debetur poteſt in pactum deduci.

Ita

Ita etiam Soc.in l.ſi quis.nu.12.ff.ſi cert. petat. affirmabat non dici vſurarium,ſi quis mutuo dediſſet centum alicui eo pacto,vt ſibi deberet locare ſuam domum iuſta tamen penſionis mercede conſtituta locatori.

Sed aduertendum eſt quia iſtæ traditiones,& aliæ ſimiles ſunt falſæ,& omnes vſurariæ,vt vnica reſolutione me expediam:nam ratione illius mutui vltra ſortem debitores obligantur ad aliquid quod agere non tenebantur, in illis enim caſibus adductis debito res amittunt libertatem,quam in re habẽt puta frumentum,& olea,ad aliud molendinum factorium deferendi, ac etiam alibi operas culturę impendendi,& alias ſcholas ingrediendi,quæ libertas pretio ęſtimari poſſet arbitrio boni viri, ergo aliquid vltra ſortẽ per creditorem mutuantem exigitur à debitore, igitur eſt vſura attenta eius definitione,reprobãtur ergo ſupra relatę traditiones per gl.Bar.& communiter Doctores in d.§.ſi tibi,Ioan.Cal.Anch. Cardin.& Abb.hic,col.pen.& in Rub,ſupra eod.tit.Anan.nu.18. Gui.Papæ in tract.de contract.illici.num.14.Lauren. Rodulf.vbi ſupra par.2.q.35.vſque ad q.43.Caieta.ſuper 2.ſecun.q.78.ar.2. melius in Sum.ver.vſura exterior caſu 8. D. Anton.d. cap.7.§.8. vſque ad 11.Conrad.de contract.q.36.Ioan.à Metin.de contract. & reſtitu.cap.de vſura reſtituenda Corſet. in ſingula. in ver.Doctor el primo Io.de Arnon.Problem.19.quorum opinionem cõmuniter receptam teſtatur Sylueſt.in Sum.ver.vſura.1.q.7.Cou. lib.3.var.reſo.ca.2.num.5.Soto lib.6.de iuſt. & iur.q.j. art.2.col. 3.& q.3.artic.1.col.2.Nauar.in Manual.confeſſo.ſub 7. præcept. capit.17.num.220.& in Commenta.ſuper cap.ſi fœneraueris,14. q.3.num.j.

Ex quibus ſequitur,quòd non liceret mutuanti abſq; vitio vſurę deducere in pactum obligationem illam antidotalem,qua recipiens mutuum teneatur mutuanti ſimile beneficium ei pẽdere niſi tamen illud obijceretur,quòd promittens nõ plus obligetur, quàm aliàs de iure tenebatur ceſſante pacto, vel colligatur ex ipſo facto, uel paciſcentium mente, nihil per hanc conuentionem adijci antidotali obligationi,vt tenet gl.pe.& ult.in c. ſi fęneraberis.14.q.3.Cardin.Anan.& Abb.in d.c.conſuluit Card.in Clem.j. de vſu.q.20.Diuus Thom.2.ſec.q.78.arti.2.ad 1.& 2.Gabr.Biel. in 4.ſenten.diſtin.15.q.xj.art.3. dubio 8. & ibi Ioan. Maior.q. 29. ver.ſecundò arguitur Felyn.in ca.ad audientiam.2.num.10. de re ſcrip.Bald.in Rub.C.de vſur.col.j.Iaſ.in l.ex hoc iure,numer.65. ff.de iuſt.& iu.tradit Dec.in l.2.§.creditum in vlt.lect.num.3.ff.ſi

cer.

cer.peta.dicunt communiter receptum Moder.Pariſ.de cõtra&.
in prin.nu.27.Couar.in reg.peccatũ in initio, nu.8.de reg.iur.6.
& lib.3. uar.reſol.ca.ij.nu. 5.uer. 3.tamen.Nauar.in Manual.con-
feſſo.ſub 7.præcept.cap 17.num.22.

SVMMARIVM.

43 *Cambia uidentur illicita.*
44 *Pecunia eſt omnium rerum æſtimatio, & ad emendum inuenta,item ad alium uſum,num:52.*
45 *Cambia nondum in ſcholis tractata.*
46 *Cambia apud antiquos Romanos in nullo uſu niſi illud minutum.*
47 *Campſores qui apud Romanos.*
48 *Collybus qualis apud Grecos.*
49 *Argentarij trapezitę nummularij & menſarij qui apud Romanos.*
50 *Collectarij qui apud Romanos.*
51 *Cambium quod minutum dicitur licitum eſt & abſque uſurarum labe exercetur.*
53 *Cambium in reale & ſiccum diuiditur, & quare, & unde talia nomina.*
54 *Cambia ad quid in ſuo principio introducta.*
55 *Cambium quomodo in negotiationis artem mutatum.*
56 *Cambijs ars quare in Rep.ſubſtineri debeat.*
57 *Pecunia locorum ſeu mercium redacta in cambio.*
58 *Pecuniæ inopia & copia in foro qualiter inducatur.*
59 *Pecuniarum uarietates ratione diuerſorum locorum.*
60 *Cambia florentiæ, ut plurimum exercentur per Lugdunum.*
61 *Cambium quomodo fiat & eius exemplum.*
62 *Literæ cambij quæ.*
63 *Expenſæ cambij quæ.*
64 *Cambiorum ſeries quampluribus Doctorib.incognita.*
65 *Cambia illicita & uſuraria dicerentur, ubi pecuniæ tranſmiſſio uerè non fieret.*
66 *Literæ cambij, quæ ex forma ſtatuti habent executionem paratam, non extenderentur ad literas fictas.*
67 *Cambium ſiccum quale.*
68 *Pij V.Pont.Decretalis contra cambia ſicca, & eius tenor cum alia Decretali Pij IIII.*
69 *Cambium ſiccum damnatum, etiam ſi fiat pro ſubueniendo quem in indigentijs & propio opere faciendo.*

Cambium

70 *Cambium ſiccum dicitur etiam ſi uerè exerceatur per loca eiuſdem prouinciæ, cum tamen exerceri ſimuletur per loca diuerſarum prouinciarum.*

71 *Cambium noſtrorum mercatorum, quod uocant per contationem damnatum, & qualiter fiat.*

72 *Cambia nunquid licitè exerceri poſſint inter loca eiuſdem prouinciæ & Regni.*

73 *Cambiorum ſeu monetæ prætium nunquid poſſit in nundinis ab argentarijs uariari.*

74 *Pecuniarum anguſtia in foro ex quibus cauſis.*

75 *Cambijs pretia in foro poni deberent bonorum uirorum arbitrio, uel ad honeſtum numerum per Principem taxari.*

76 *Cãbium licitum, etiam ſi quis dederit minorem pecuniæ ſummam, ubi eius eſt inopia, recepturus maiorem alibi ubi eſt copia.*

77 *Cambij pretium nunquid poſſit augeri in eo caſu, quando quis dediſſet pecunias recepturus Lugduni non in proximas ſed in alias nundinas.*

78 *Campſoribus licet in cambijs retinere lucrũ aliquod pro mercede ſuorum laborum.*

79 *Cambium non eſt mutuum, ſed contractus innominatus præſcriptis uerbis.*

§. 2.

43 IN text. ibi *uſurarius eſt cenſendus*, † colligitur quòd ille qui mutuò dedit certam pecuniæ quantitatem recepturus aliquid ultra ſortem eſt uſurarius, ex quo uidetur colligi, quòd iſti campſores & nummulari, qui dum dant pecuniam pro alia pecunia, &, ut uulgò dicitur, cambiant, uel dum pecuniam diſtantius numerari faciunt aliquid, puta unum denarium, recipiunt pro floreno, ſint uſurarij & illicitè faciant. Vnde Ioan. de Anan. dicebat hic iſtos non uideri bene excuſabiles, niſi attento eorum intereſſe; cum pecunia ſit inuendibilis,
44 † ex quo eſt omnium rerum æſtimatio, l. ſi ita, ff. de fideiuſſorib. cum primus & proprius uſus pecuniæ ſit ad emendũ & uendendũ, ut ſit alterius rei pretium, l. 1. ff. de cõtra. empt. Ariſto. lib. 1. Politico. cap. 6. quamobrẽ nulli licebit tranſgredi eius æſtimationẽ a lege taxatam, niſi populi uel Principis auctoritate intercedente iuxta mentem Innoc. & eorum in cap. quãto, de iure iur. D. Tho. lib. 2. de Regim. Princ. ca. 13. & per hoc Anan. concludebat, quòd ubi

vbi plus iſti reciperent,non eſſent tuti in foro conſcientiæ, tenet hoc quoque Io.de Metin.in trac.de cambijs,quæ ſi uera eſſent,ſe queretur,quòd cambia forent illicita,& per hoc mercatores oẽs, multiq; alij tanquam vſurarij forent damnandi. Pro cuius difficultatis reſolutione,cadit hic congruè tractãdum de Collybo,ſiue(vt vulgo fertur) de cambijs, quorũ diſputatio ad vſurę opus attinet;Et materia hæc eſt vt cognitu maximè neceſſaria, ita tum per ſe ipſam abſtruſiſsimam,tum etiam mercatorum nouis, quotidianisq; inuentis intricatiſsima,ac ſubinde Doctorum opinionibus plurimum offuſcata;cum vt dicit D.Soto,cambia hucuſq; in
45 ſcholis haud fuerint pertractata,arg. nobis eſſe poſſunt ſuper huiuſcemodi re eorum traditiones partim ieiunæ,partim verò confuſæ,atq;incertæ,vt vix diſcerni queat quid ſibi in hac re voluerint,quidve à nobis ſit retinẽdum,vt dicit Nau. hic nu. 44. Sed vnam non idem nobis inutatur charecter:quamobrem Deus Opt. Max.quod veritas habet,ſuggerat. Igitur in ingreſſu pro huiuſce rei notitia,& ad maiorem declarationem videbimus prius. Nunquid cambia apud antiquos in vſu extiterint, & præcipuè apud
46 Romæ. † Sed apud eos nullum aliud reperio in vſu extitiſſe, niſi illud,quod nos hodie minutũ appellamus, qua rõne dicebant olĩ
47 campſores,† erantq; ij,qui habebãt paratas pecunias ad permutãdũ,veluti maiores pro minoribus,& econtra,ſeruata tamen æqualitate compẽſationis inter illas pecuniarum diuerſitates,& iſti cãpſores dicti fuere à verbo illo campſo,quod nos hodie vulgo exponimus cambio,latine,verò permuto,quæ ſignificatio ita accipitur auctore Priſciano,lib.x.c.2.qui ex Ennio citat leucatẽ,campſant,ideſt permutant,atque hoc ex noſtris tradit And.Alcia.lib. 1.Parerg.c.45.Tiraq.lib.j.Ret.§.30.in prin. ex quibus colligitur nomen huiuſmodi cambium non fuiſſe à Latinis vſu receptũ cũ tamen illud uſurpetur ab auctore libri Feudorum in c.j.§.ſi quis dominus,quo tempo.miles,& in cap.j.§.cum autem.de contr.inueſti.ubi Bal. exponit cambium eſſe permutationem non tantum ſpeciei ad ſpeciem,quæ tunc eſt propriè permutatio, ſed ſpeciei ad genus,vt domus cum frumento,& etiam generis ad genus, vt exponit Iaſ.in l.j.col. vlt.ff.de rer.permut.merces verò illa,quę cãpſori dabatur pro permutatione pecuniarum, ſiue potius deductio illa,quam ſibi campſores eo colore detinent dicebatur à Gręcis
48 collybus,& ex hoc campſores Callybiſtæ etiã uocabãtur, & cãpſum collybum ita adnotante Budeo in l.vlt.ff.de pig. ac. vel ẽt lagium ab illo verbo Græco ἀλλαγὴν .quia collybum Polus expo-

ſit ἀρχυρια ἀλλαγων teſte Alcia.lib.j.parerg.cap.33.

49 † Erant præterea,& argentarii,qui trapezitæ, ſeu nummularii appellabantur,vel etiam menſarij,ita exponentibus Budeo Alcia. aliiſque quamquam menſarios ab argentariis plurimum differre credat Carol.Sigon.de antiq.iur.Ciui.Rom.cap.11.dum menſarios publicam rationem, argentarios priuatam confeciſſe oſtẽdit utcunque tamen ſit argentarij trapezite,ſeu nũmularij permutationi pecuniæ non incumbebant tantum,qnin etiam ſimul negociationem exercent,ſi quidem pecunias cuſtodiendas accipiebãt propriasq́;& alienas fęnori iuſto dabant,& ob id argentarius pro fęneratore accipitur apud Plautum in Curgulione,dum ſic ripſit.

Sub ueteribus ibi ſunt qui dant,quiue accipiunt fœnori.

Vbi veteres intellexit argẽtarios,hi ſolebãt in publico tabernę ad lõgũ tps locari,ut docet I.C.in l.q tabernas argẽtarias.ff.de cõtra hẽ.emp.reiecta ibi expoſitione Accurſii:& de hac ẽt taberna argẽtaria reperitur ſæpe facta mentio apud Liuium, atque tabernas huiuſcemodi,in quibus nũmularii habebant menſas conſtruxit in foro Romæ propè Caſtoris ædem.L.Tarquinius Priſcus teſte Dion.lib.3.colligitur ẽt ex Plauto in Curgulione,Perſia,& Aſinaria,Terentio item in Phormione,vnde foro cedere argentarii dicebantur,cum tabernis,& menſis ſuis cedentes alio ſugiebant,fallebantq́; creditores de quo uide Budeum in l.ſi hominem.§.quoties.ff.depoſi.vbi I.C.meminit huius locationis.

50 † Apparet etiam argentarios alio nomine dictos fuiſſe collectarios à colligendis nũmis,de quo in l.quiſquis.C.ſi cer. pet.& tradit Alciat.in lib.4.diſpunctio.c.22.ex Suida,& horum argentariorum officium,& miniſterium cauſam publicam habebat.l.argen. in prin.ff.de edep.Nam & alii rationes conficiebant,ad quorum ſidem recurrebatur.l.prætor ait cum l.ſeq.ff.eo.tit.

Sed relictis nominibus ad rẽ propoſitam veniamus. Et quo ad cambium illud,quo vtuntur iſti campſores,dũ permutãt nũmos aureos pro argenteis,& econuerſo,uel,ut uulgo dicitur, cãbiant

51 recipiendo,puta unum denariũ pro floreno,quę merces collyb. ſumpta locutione à Græcis dicitur,& a Doctoribus noſtris cambiũ minutum vocatur,& rectius manuale,ſeu amanuẽſe,& iſtud nõ eget longa diſputatione,cum DD.omnes,atq; Theologi cõſẽtiant,campſores huiuſmodi licitè,& abſque vſurarum labe lucrũ illud recipere.Nec obſtat conſtitutio huiuſcemodi,per quam antiqui contrarium tenuerunt,vt diximus, quia illa tractat de mutuo,in quo quicquid ſorti accedit eſt uſura;at nos ſumus in cambio,

bio, quod non eſt contractus mutui, ſed innominatus præſcriptis verbis do, vt des, in quo lucrum non reprobatur, vt per Caldc. in conſi. 1. tit. de vſur. Nauar. hic, num. 9. Bart. in l. naturalis. §. ſed ſi facio. ff. de præſcr. verb. & licèt primus, & proprius vſus pecuniæ fuerit ad emendum, & ad vendendum inductus, vt ſupra referebatur,
52 † tamen eſt alter eius vſus improprius, nempè vt permutetur, & ad hûc non habet à lege taxatam certam quantitatem, nec valorē, vt oſtendit D. Tho. lib. 2. de Regimin. Prin. ca. 14. Sylu. in Sum. ver. vſura. 4. q. 2. & ſeq. docet Caietan. in ſuo opuſcu. de cābiis, cap. 5. & in Sum. ver. vſura exterior 2. notab. in 3. caſu: atque hoc cōfirmant exemplo aliarum rerum, puta grani, vini, & veſtiū, & præſertim calcei, cuius proprius vſus licèt ſit ad tegendum pedem, alteri tamen vſui, & ſi improprio ſeruiet, nempe, vt cum eo negotietur cauſa lucri, puta commutando illum cum alia re, ſeu vendendo, & emendo, quod deducunt ex Ariſt. lib. 1. Politico. c. 6. atque traditionem huiuſcemodi ſequitur Hieronymus de Luca Theologiæ profeſſor ordinis ſeruorū B. Virginis in ſuo tract. de cambiis in prin. num. 11. D. Thom. 2. 2. q. 77. artic. 4. Scot. in 4. ſenten. diſt. 15. q. 2. art. 2. E noſtris tradunt, & ſequuntur Lauren. Rodulf. in d. cap. conſuluit par. 2. q. 26. num. 4. Alex. conſil. 61. ad fi. lib. 2. Ioan. Lup. in c. per veſtras, 6. notab. §. 9. nu. 13. de donatio. inter vir. & vxor. Quod multo magis licere aſſeuerant publicis cāpſoribus miniſtris Reip. & ab ea conſtitutis olim, menſarii dicti, quibus à Rep. concedi poteſt, vt certum quid campſor accipiat pro pecunia collata, vt dixit Scotus vbi ſupra, atq; hoc tenet Do. Ant. in ſum. par. 2. tit. 1. cap. 7. §. 47. Conrad. de contract. q. 99. teſtatur communiter receptum Syluest. in Sum. verſi. vſura. 4. q. 7. vnde Caietan. in ſuo opuſcul. de cambiis, capit. 5. credidit per iſta cambium hoc non eſſe licitum priuatis campſoribus, ſed Menſariis, cuius contrarium, videtur probare Syluest. ubi ſupra, tenet optima ratione Domin. Soto, lib. 6. de iuſt. & iur. q. 9. artic. 1. colū. vlt. Couar. in tract. veterum, collatio numiſmatum, cap. 7. num. 4. Nauar. hic, num. 19. quod tamen eſt intelligendum, dummodo lucrum, quod recipient, id eſt Collybus, ſit tenuis, ne fraudibus locus aperiatur, ut enim oſtendit D. Ant. in Sum. par. 2. tit. de vſu. c. 47. nu. 59. in iſtis Cambiis poteſt multipliciter committi error. Similiter intelligitur, niſi huiuſmodi exercitium cambii fuiſſet à lege, vel Principe interdictum priuatis hominibus, ſed his tātum permiſſum, qui fuiſſent ad id munus electi, alioquin priuatus homo exercens cambium, mortale crimē committeret, & teneretur

ad reſtitutionem lucri, vt docet Domi. Soto, vbi ſupra, cæterum his duobus ceſſantib. hoc in ſui natura erit licitum, & Reip. quã maximè vtile, poſtquam videmus, quotidie contingere vtiliores eſſe alicui minores nummos argenteos ad faciliorem vſum, & ex penſas, quàm aureos, & econtra alteri vtilior erit aureus nũmus cauſa tranſlationis, quàm argenteus. Vnde non mirum, ſi cã iſtius commoditatis permittatur dari aliqua merces campſoribus, & quòd ipſi ob huiuſmodi receptionem lucri, non cenſeantur vſu rarii oſtendunt præcitati DD. nam in tali caſu nullum interuenit mutuum, ſed talis nummularius locat operas ſuas in hoc ſubeũ-do labores, & expenſas pro exercenda huiuſmodi arte, qua de. ã licitè quid retinere poteſt ratione ſui intereſſe, habenda eſt.n. rõ laborum, & expenſarum, ne quis habeat fruſtra, & incaſſum labo rare, vel operari in aliorum utilitatem, quibus talia miniſtrari cõ tingit, nam iuxta verbum domini, dignus eſt operarius mercede ſua Lucę x. refertur in c.j. 2 3.q. 2.

53 †Eſt etiam aliud genus Cambij apud antiquos Romanos prorſus incognitum; ſed apud nos hodie in maximo, & frequẽti vſu videmus exerceri, adeo vt in hac noſtra vernacula lingua cãbiũ, quod aliàs propriè referretur ad quamlibet permutationem, intelligatur ſolum de illa, quæ fit ratione diuerſorum locorum, & pecuniarum, in quo erit diligentiſsimè aduertendum, quando ſub huiuſmodi colore huius noſtræ ætatis mercatores ob explẽdam illam inexhauſtam diuitiarum ſitim, tot vſuras palliant atq; cõfingunt, quæ in dies magis ac magis graſſantur in Rep. Chriſtianam: vnde Cambiũ hoc legitur à quampluri. diuiſum in duas ſpecies prout tradit Lau. Rodul. vbi ſupra, par. 3. nu. j. D. Ant. in ſum. par. 2. ti. j. c. 7. §. 49. quem Ang. Roſel. & Syluest. ſequũtur in ſummis, idem etiam ponit Dom. Soto, lib. 6. de iuſt. & iur. q. 8. artic. 2. col. 2. Nauar. hic, nu. 10. vbi recenſet multas cambij diuiſiones ex mẽ te Caietan. atque Ioan. de Metin. quæ tamen ſunt magis confuſionis, quàm vtilitatis: ideo his dimiſsis, quia eiuſmodi materiales diuiſiones, cum arte non contineantur in infinitum abeunt. Ex frequentiori DD. calculo reſoluas, omne cambiorum genus diui di, videlicet in cambium, quod reale, & ſiccum dicunt, quorum nominum rationes vix reperies apud ſcriptores explicatas, neq; alia meliori ratione factitatum creditur, vt cambium reale uocetur, niſi quòd in re hoc eſt legitima commutandi cauſa cõſtet; ſic cum verò, quòd in re ipſa non ſit cambium, ſed fictum, & vſuræ palliatio, quòd è diametro reali opponitur, neque ſiccum dictum

putes,

putes, ex eo, quia cãpſori non inde lucri fiat acceſsio, ſed quia ſterile, & humore ſi carẽs iuſtè ad fructificãdum, ut tradit Soto ubi ſupra, quamuis Lauren. Rodulf. in d.c. conſuluit, par. 3. q. 1. multique alij dictum putent in eo caſu, quando campſor dat prius pecuniam, quàm aliquid accipiat, nã ex eo, quod dat abſq; eo, quod aliquid tunc recipiat, ſicci nomen credunt fuiſſe aucupatũ, ut exiſtimauit quoque Nauar. hic, num. 10. & nu. 28. quod tamen uanũ apparebit ex infra dicẽdis, quia ob id tantummodò cambium ſiccum reddi non puto, licèt tamen eo modo efficiatur, & non quando campſor prius recepiſſet: differunt autẽ in effectu hæ duæ cãbiorum ſpecies inter ſe, quemadmodum uerum a falſo, iuſtum ab iniuſto, & ſic inuicem aduerſantur. Videamus itaque de cambijs, quæ dicuntur realia, & ſic uera iuſtaue. Nã ſi cognouerim' quæ ſint iuſta, ſimul intelligimus, quæ ſint ſicca, & iniuſta, cõtrariorũ enim eadem eſt diſciplina, ut dicit Philoſophus, & docet nos text. inſt. de his, qui ſunt ſui uel alie. iur. ꝑ per notitiã unius contrariorum peruenitur ad alterius cognitionem. Sed aliqua prius in facto præſabimur, a quo tota hæc diſputatio mihi oriri uidetur, ne dũ cauſam ſtudemus explicare, rem ipſam credamur ignorare & profectò, ut fatetur Soto, lib. 6. de iuſt. & iu. q. 11. ar. uni. col. 1. præter negotiatores rari fuerunt præſertim inter Scolaſticos, qui facta ipſa intellexerint, quamobrem, nõ potuerunt circa ius ipſum non alucinari.

54 † Igitur animaduertendum, atque credẽdum eſt cambio in ſui principio introducta, nominataque fuiſſe tùm cõmoditate negotiantium in diuerſis locis nundinisque, & peregrinantiũ beneficio, quando deſeruiunt traducendis pecunijs ab uno in alterũ locum ob multa trãſigenda negocia, tùm præcipuè ad coemendas merces, ut inde in aliquam ciuitatem aſportarentur, quod Reip. quàm maximè utile, ac neceſſarium eſt, pecuniarum enim tranſmiſsione, præcipuè ab una in alteram prouinciam multis ſubijciuntur periculis tam bellorum, quàm latronum, nec nõ ſubmerſionis ſi mari committantur, unde cambiorum gratia pecuniæ abſque alia earum tranſportatione in deſtinato loco reperiuntur. verùm gliſcente malitia homines non amplius hanc negotiantium commoditatẽ reſpexere, ſed tantùm intereſſe atque ſui lucri cauſam, quippe nullum eſt officiũ tàm ſanctum, atque ſolenne, quòd auaritia non ſoleat corrumpere, nam uidentes mercatores, quòd aliquod tempus interponebatur, antequam ille, qui prius accepiſſet pecuniam rependeret, ideo rationẽ illius tẽporis factitare cœ

perunt, vt ſecunda ſolutio, quæ deinde veniret facienda numeratur cum aliquo lucro. † quamobrem propter huius lucri in exhauſtam ſitim mortales cambium in negotiationis artem mutarunt, pront hoc colore mēſam in foris publicis ad hoc tātummodò videmus illos retinere, in quibus, vt plurimum grauiſsimum fœnus exercetur ſub hoc cambiorū clypeo, quaſi hoc modo credant Deum, omiſſo verborum ſignificatu, eorum malam mentem malumque animum latere, & velut mortales nominū ſonu fraudari debere. Hinc factum eſt, vt multi pecunias ſuas tradāt ad cābium, non quia egeant, ut illæ ſibi in alio loco numerētur, ſed ut illas poſtmodum cum aliquo lucro recipiant, & econuersò multi recipiant pecunias, non vt illas alibi numerare debeant, ſed ut ſolummodò habeant per aliquod tempus in ſuis indigētijs, quas poſtmodum reſtituant cum lucro ad rationem illius temporis, & prout fecerit cambium, quod reuera atq; in effectu nil aliud quā vſuram lucratoriam dixeris, & ideo non ſine ratione cambia nōnulli grauiſsimi ſcriptores reprobant, quę hac de cauſa a Chriſtiano commercio eſſent penitus reijcienda atque exterminanda; Et meritò quot quot ſunt ſancti, & prudentes uiri ab iſta nūmularia quæſtuariaq; arte deterrent homines, & qui illi ſe dedūt malè audiant apud populum. Sed ne nihil dicamus neu totum cambiorum vſum ſtirpitus uideamur conuellere; quando, vt dictum eſt, Reip. intereſt negotiationē huiuſmodi in exerceri, alioquin eſſet diminuere, atque impedire cambia realia nuncupata, & illa quidē optima, quando nō ita facilè inueniretur commoditas hominum, qui pecunias diſtantius numerari facerēt, quod & ſibi, & negotia

56 toribus in maximum redundaret detrimentum. † Ideo ars cambij ſubſtineri creditur attenta ſolùm ea publicæ utilitatis cauſa, nō autē praua illa argentariorum intentione fęnus exercēdi, & aliàs cauſa publicę vtilitatis multa mala in Rep. tollerantur, ut non ſemel dictum eſt in l. curabit. C. de actio. emp. Sed caueat ſibi, qui malum committit, fraudes enim ipſorum licèt homines lateant, tamē apud Deum haud celari poſsint. Poſtquàm ergò factum eſt, ut mortales nouis ſemper lucris inſatiabiles inhiātes excogitarēt, cū hoc quoque cābio lucrari, illud ita effici putauerunt, loco re-

57 rū ſeu merciū redigēdo pecuniā, aliàs, vt dicebā, inductam atque inuentam ad ipſarum pretium, & æſtimationem, quamobrem curarunt, ut ipſa aliàs inuendibilis interdū carius, quādoque vilius emeretur, atque id fit, nam quando in foro eſſet pecuniarū angu-

58 ſtia, ſeu penuria orta † ex aliqua magna ſolutione, q̄ inde alicui facta

cta ſit, ſeu quia ita curauerint corrupti mercatorum mores, tunc quia illa egeret, in eo foro recipit pro maiori æſtimatione, & ſic puta recipit centum, vt inde ad tempus determinatum reſtituat in ciuitate Venetiarum, puta centum duo. Et ex diuerſo quando in foro adeſt pecuniarum copia, vt quia in eo affluiſſet aliqua pecuniarum quantitas, vel quocunque modò illud accidat, tunc vilius accipitur, & interdum pro ſuo iuſto ualore, quandoque autẽ minori, quantò ergo maior eſt pecuniarum copia, tantò minus lucratur argentarius, ſeu cambians, & econuerſo. Similiter euenit, vt mercator ille, qui curauit ſibi reſtitui illa centum duo in ciuitate Venetiarum, lucretur etiam ibi eodem modo, prout copia, & inopia in eo foro adfuiſſet, mandat ſiquidem mercator alicui ſuo miniſtro, vt ibi exigat illa centum duo, atque ad cambium concedat alteri, qui habeat ſibi hic reſtituere cum illo lucro prout ualuiſſet pecunia, & ſi in eo quoque foro adfuiſſet anguſtia, accidit, vt pro illis centum duobus remittantur ſibi puta centumquinq;, & ſic quinq; fuit lucratus ex illo cambio duo in traditione, tres uerò in remiſsione, quod tamen infra clariori exemplo atque lucidius demonſtrabitur.

59 † Aliqua modò ponam de varietate pecuniæ, quam nobis afferunt diuerſa loca & regiones, in quibus ſicut pecunias, ita & ꝑtia moreſq; videmus variari, atque id nobis quoq; oſtẽdit I.C. in l.4. ff. de eo quod cer. lo. dar. oper. & in l. pretia rerũ, §. vl. ff. ad le. Falc. Et in vrbe cum ſit mentio de cambijs, ea ſtatim intelliguntur confici ex ducatis, quos appellant de Camera, de quibus centum cõficiunt ſcuta centum duo cum dimidio de auro in aurum monetæ ciuitatis Florentiæ: in ciuitate Neapolis ex ducatis de carlinis, de quibus centum viginti conficiunt ſcuta centum Florentina, in Hiſpanijs de Marauedinis çreis, quorum 500. conficiunt ſcutum: in Gallia Belgica ſeu Flandria ex groſsis, quorũ 80. conficiũt ſcutũ: in Britãnia ex Stallinis, quorum 70. conficiũt ſcutũ, in Gallia ex Marchis quæ conficiũtur ex ſcutis 65. illius monetæ, ſeu octo uncijs, & ſic de ſingulis. Dantur modò in ciuitate Florẽtiæ tot ſcuta de auro in aurum, vt in illis locis, vſque ad certum tempus, uel ſecundum uſum ad conuentionem recipiantur tot ex illis monetis cum lucro illo, prout pluris vel minoris ualuerit in foro cambiũ, atque in loco minores quàm fieri poſſunt dantur pecuniæ, ut alibi aliæ pecuniæ illius valoris recipiantur atque in ciuitate Florentiæ

60 cambio utplurimum exercentur per Lugdunum; † celebrantur modò ibi in Anno quaternæ nundinæ, & quælibet durant per 15.

dies vtiles, quarum primæ incipiunt octo dies poſt Pętecoſtes. Secundę vero 2.non. Auguſt. Tertiæ autem. 3.non. Nouemb. Quartæ. Id. Ianuar. In quibus nundines omnia negotia expediuntur, ſi quidem campſorum menſe ad ſoluendũ ſternuntur, vel ſuo idio
61 matæ cambia aperiuntur. † Subiiciamus ergo in hoc cãbio exemplum, quod illis etiam ſimillimũ erit, quę in alijs pecuniis vſu fiũt Atque hoc erit, videlicèt, extat Sempronius in ciuitate Florentiæ, qui aliquam pecuniæ ſummam ad cambium quærit ponere, quẽ Titius conuenit, vt ſibi det illam ad cambium per Lugdunũ, quo caſu Sempronius numerat puta ſcuta quintagintaquinque, vel pro ut in foro valuerit cambium, & conuenit, vt vnum Marchũ Lugduni in proximis nundinis Auguſti Caio puta amico vel geſtori ſuo ibidem commoranti ſoluat. Vnde Titius literas ſcribit Lugdunum ad Mæuium ſuum ibi amicum, aut geſtorem, quibus illis ſignificat, quatenus in illis nundinis ſoluat Caio Sempronij geſtori vnum Marchum, cuius valorem habuit a præfato Sempro
62 nio, atq; literas huiuſmodi Sempronio tradit. † Quæ literæ ſunt illæ cambii nuncupatæ, quando pecunia pro literis cambiatur, à quo cambium nomen accupatum fuiſſe creditur. Alii verò dictũ putant à permutatione diuerſarum pecuniarum necnõ locorum: exarat poſt modum Sempronius ad Caium literas illas cambij cũ ſuis, quo earum fide atque auctoritate exigat Marchum illud à Męuio Titii geſtore, mandat inſuper Sempronius Caio, quatenus illo exacto tradat eam pecuniam ad cambium alicui, qui ſibi illam Florentiæ ſoluat cum maiori lucro quàm fieri poſsit. Atque hæ literæ Sempronij vulgo dicuntur d'Auiſo, ouero lo ſpaccio, Caius Sempronii geſtor Lugduni dat Marchum illud ad cambiũ Fabio per Florentiam, detractis tamen ex eo prius expenſis, puta Conſulatus, necnon aliarum mercedum. Fabius verò Florentiam ad Horatium ſuas literas exarat, quatenus in tali tempore ſoluat Sempronio puta ſcuta quinquaginta ſex cum dimidio, vel prout couuenerit, & ibi valuiſſet Marchum illud, atque literas huiuſcemodi conſignat Caio, qui vno & eodem tempore reſpondet literis ſignificatorijs, quas a Sempronio acceperat, & ad eum mittit literas illas Fabii, quas cũ primũ Sempronius accepiſſet, reddit illas Fabii Hor. quarum fide exigit ab eo ſcuta quiuquaginta ſex cũ dimidio, atque cambiorum praxis eſt hæc, vt tres menſes poſt habitam pecuniam Florentiæ negotium expediatur, in quo tẽpore apparet Sempronium cum ſcutis quinquagintaquinque lucratũ fuiſſe vnum cum dimidio. In hoc autem cambio ſicut tribus per-

ſonis

ſonis pecunia creditur, ita etiam tria imminere poſſunt pericula, nam ſi Titius, qui à Sempronio habuit, foro cederet, antequã Caius Lugduni pro eo exegiſſet à Mæuio, Mæuius non aliter ſoluere uellet pro Titio iam decocto. Similiter ſi Caius poſtquã Lugduni exegiſſet, decoquerit, ita etiã ſi fidẽ frãgeret Fabius Lugduni, antequã Horatius Florentiæ ſoluiſſet, uel promiſiſſet ſoluere Sempronio. Verùm ſi decoqueret Mæuius, cui Titius mãdauerat quatenus Lugduni Caio ſolueret Marcũ illud, hoc nihil, referret, quando Caius ſtatim ſuas literas ſcriberet Sempronio cũ proteſtatione, quòd Marchum illud non potuit exigere. Quamobrem Sempronius conueniret Titium, quatenus ſibi cogeretur ſoluere ſcuta illa 55. cum intereſſe lucri & damni paſsi, ex quo Marchũ Lugduni præſtituta die non fuiſſet ſolutum, ſicuti conueniſſent. Idem etiã facere Caius Lugduni contra Fabium ſi Sempronius Florentiæ ab Horatio non potuiſſet exigere. Vnde diligenter inſpiciunt cauti argentarij, quibus credant, nec non quibus mandent pecunias ſuas exigendas; & ideo inueniuntur quàmplures huius negotij expertes, qui ponunt pecunias ſuas ſuper aliquã mẽſa, quò nũmularij exerceãt illas ſuo nomine ad huiuſcemodi cãbij artem, eoſque de illis periculis aſſecurent hoc inter eos conuento, quatenus argẽtarius ille, qui negotia hæc adminiſtrat, mercedem aliquam ſumat, & ſui laboris, & illius aſſecurationis factę, ueluti ſcuta duo pro mille in quolibet loco, & in effectu quatuor,

63 quæ merces duplex vocatur. † In cambio modò veniunt aliquæ expenſę detrahendæ, prout eſt illa, quam dicunt Conſulatus, quę deſeruit Conſuli, quem creant nationes in aliquo extraneo loco ad ſuas dirimendas controuerſias, nam ſi ille pro ſuæ nationis honeſtate ſubit aliqua onera, tunc ſuis ſubiectis ea imponit diſtribuenda, qui ea perſoluunt atque capiunt ex hoc cambij negotio, puta ad rationem quatuor, ſeu octauæ partis vnius ſcuti pro mille. Sunt etiam expenſæ quas habere debent proxenetæ ſeu mediatores, quando interueniunt ipſi in cõficiendo cambio, & illa eſt veluti ad rationem vnius groſsi pro quibuslibet centum ſcutis, quæ omnes expenſæ, ſi exercetur cambium per Lugdunum, ſunt ad rationem trium ſcutorum pro quolibet centinario.

64 † His modò circa practicam intellectis infertur ad plura. Et primùm quòd in vtraque ſchola quàm plures Doctores noſtri hanc cambiorum ſeriem non deguſtarunt, ſed ne primoribus quidem labijs attigerunt, demonſtrat hoc nobis Bal. in l. 2. nu. 2. C. de vſur. re. iudi. & in l. 3. C. dę inſtitor. & exercito. dum poſt gl. ibi de iure

aperto reſpondit, cābia, quæ quotidie fiunt haud vſuraria, ſed licita eſſe, quem cōprobauit Saly.in d.l.3.& in authē. ad hæc q.11. C.de vſur. cum tamen eorum maior pars, vt inferius oſtendetur, vſuræ vitio non careat. Minus etiam perfectè locutus fuit idemmet Bald.in Rub. C.de conſtitu.pecu.nu.1.dum ſimpliciter poſuit, licitū eſſe hoc ambij genus, quando recepiſſet quis in iſta ciuitate centum Florenos, vt in ciuitate Neapolis deberent rependi nonagintaquinque, hoc enim dicit eſſe periculi pretium, quod licitū tenet, ſi nō excedat generalem cōſuetudinem mercatorum. Verùm hoc exemplū periculoſum cenſeo, quando dati & recepti æqua debet fieri æſtimatio, vt infra ponitur. Sed iam ſuperius vidimus Ducatos Ciuitatis Neapolis longè minoris æſtimationis eſſe, quàm illos Romanos Florentinos & alios Italiæ. Vnde tenere quòd licitum ſit recipere hic centum, vt Neapoli 95. rependantur, eſſet pluſquàm in iuſtum, vt infra apparebit, atque id ſentire mihi viſus eſt Alex.conſi.61.viſo proceſſu.nu.12.lib.2.& hoc modo intelligi etiam debet Gaſpar Calde conſi.11.tit.de vſur.dū cambium illorum mercatorum Ianuenſiū confirmauit, quorum alter dederat Ianuę.centum decem illius monetę, quò alter centū Byzantios Alexandriæ ſibi rependeret. Quamobrem Iaſ.parū aut nihil nos docuerit, dum in l.1.in 1.lect.col.pen. verſi.6. & vlt.quæro & in 2.lect.col.10.verſ.nunquid autem cambia, C.de ſacroſan. eccleſ.referendo tantū prædictas aliaſq; auctoritates ſatis ſe feciſſe credidit. Minus etiam proderūt nobis circa hoc tradita per Io. de Anan.hic nu.46.& ſeq. Ambroſ.à Vignat. in d.cap.ſalubriter, num.282.quando eorum traditiones ſunt defectiuæ. Non etiam conſtituit nobis cambiorum certam regulam Laurent. Rodulf. in d.c.conſuluit, par.2.q.26.& ſeq.& par.3.q.1. Item nec D.Ant. Florent.in Sum.tit.de vſur.par.2.§.48.& ſeq.& par. 1.§.2.num.13. quamuis ipſi melius & diligētius hanc materiam fuerint perſcrutati quàm alij ſuorum temporum. Parum etiam opitulantur ſcripta Caietani nec non Hieronimum.de Luca Syluest.Io.à Medi.& quàmplurimum Theologorum, qui ex profeſſo pertractarūt cābiorum naturam, quam nuſquam hactenus apud ipſos intellectā ſe legiſſe teſtatur Sotus lib.6.de iuſt.& iu.q.12.ar.2.in prin.& Nauar.hic nu.34.qui etſi auctores prædictos in hoc multū inuigilaſſe, atque intellexiſſe dicat, fatetur tamen ipſos animi ſui ſentētias explicare non valuiſſe. Quamobrem huiuſce lectionis ſtudioſos plurimum obſtrictos credam Dom.Soto interpreti diuinarū rerum excellentiſsimo, necnon etiam Nauar. qui re apertius explicarunt,

carunt, quorum auctoritate, atque traditionis in hāc cambiorū ſemitam procedēdo an ſcopum ego attigerim iudiciū eſto cuiq;
65 librum.† Vnde infertur ſecundò, quòd vbi pecuniæ tranſmiſsio re vera non fieret, vafra & vſuraria dicerētur cambia, & inter illa, quæ propriè dicuntur ſicca primum haberent locum, in quo aduertant argentarij, atque huius noſtrę ætatis mercatores, ne ſe huiuſmodi impoſturis contaminent, dum credunt ad iuſtitiā huius cōtractus ſufficere, ſeq; excuſari, ſi receptores pecuniæ offerāt illam alibi reprendere, puta Lugduni, cum tamen ſciant vel ſcire debeant receptores illos, neque ullam habere Lugduni pecuniā, neque aliud commercium aut creditū, quod ſperent habere, ſed quòd illi tantū cogitant ſuæ hic prouidere neceſsitati, neq; etiā excuſabuntur mercatores, & ſi receptores literas quoq; per Lugdunum exibeant, vt voluit Saly. in auth. ad hæc q. 11. C. de vſur. Atque hoc ſi ſciant vel ſcire debeant, eos in tali loco nullum habere commercium, ſi enim neſcirent, tunc crederem excuſati, vt videtur voluiſſe Syluest. in Sum. verſic. uſura 4. §. 9. Sotus libr. 6. de iuſt. & iur. q. 13. ar. 1. Sed non video, quonam modo poſsint ignorare, cum vt plurimum literæ illæ dirigantur ad eos ipſos inſtitores eorundem campſorum, ac ſi ipſi pecuniam eorum receptorum haberent, qui quidem inſtitores poſtea illas remittunt ſub nouo fęnore, cum tamen re uera eiuſmodi confictæ miſsiones, ac remiſsiones non niſi expectato tempori inſeruiant ad exaugendum fęnus, illa enim ſunt figmenta, ac pallimenta, quibus campſores nobilium bona deglutiunt, atque per hoc Caietan. in ſuo opuſculo de cambijs, ca. 1. reſoluit cambia, quæ hoc modo videmus frequentari cum Principe aliquo nec non alio Domino, vel nobili, aut quouis homine iniuſta illicita ve eſſe, & hoc apertius concludit Syluest. in Sum. ver. vſura 4. §. 9 Nauar. hic num. 25.
66 † Ex quo ſequetur quod vbi literę cambij ex forma ſtatuti habebunt executionem paratam, non tamen concedetur hoc huiuſmodi fictis literis, prout concludit Ioan. de Anan. hic num. 46. aſſerēs ſe ita vidiſſe ſeruari Bononiæ, & ſequitur Nauar. nu. 27. & Laur. Rodulf. in d. ca. conſuluit, par. 2. q. 153. tradit quod vbi literæ huiuſcemodi in aliqua parte eſſent fictę, in altera autem verę, pro ea parte, quæ vera appareret executioni mādari poſſent; ſecus in alia ficta. Multo ergo iniquior erit ſpecies illa cambij, quando à mercatore dantur pecuniæ, vt inde, puta, ad tres menſes reſtituantur cum eo lucro ad rationem cambij Lugdunenſis vel alterius loci.
67 † Hoc enim eſt ꝓpriè illud, quod ſiccū vocatur, quod omnes di-

ris

ris execratoribus improbant & nouiſsimè Pius V. ſanctæ opti-
68 mæq; recordationis Pont. † per ſuam decretalem editam de anno
1571. ſubiecit illa exercentes pœnis contra vſurarios aliàs ſtatu
tis; cuius ſanctionis formam non exiſtimamus alienum hic recen
ſere, & eius talis eſt tenor.

*Pius Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.
In eam pro noſtro paſtorali officio curam diligenter incumbimus, vt D.
N. omibus opportuna pro animarum ſalute remedia adhibere minimè
differamus. Cum itaque ad aures noſtras peruenerit, legitimum cambio
rum uſum, quem neceſſitas publicaque utilitas induxit, ſæpe numero ob
illiciti quæſtus cupiditatem ſic deprauari, ut ſub illius prætextu uſura-
ria prauitas a nonnullis exerceatur: nos petitionibus, quæ ſuper his nu-
per factæ ſunt, hac perpetuò ualitura Decretali reſpondendum eſſe duxi
mus, ut neque doloſis ſua fraus ſuffragetur, neque ignaros perdat inſci-
tia; ſic enim Paſtoris officium exequimur, dum gregem nobis commiſ-
ſum ab æternæ damnationis periculo eripere modis omnibus ſtudemus.
Primùm igitur damnamus ea omnia cambia, quæ ſicca nominantur, &
ita confinguntur, ut contrahentes ad certas nundinas, ſeu ad alia loca
cambia celebrare ſimulent, ad quæ loca ij, qui pecuniam recipiunt lite-
ras quidem ſuas cambij tradunt, ſed non mittuntur, vel ita mittuntur,
vt tranſacto tempore, unde proceſſerant inanes referantur, aut etiam
nullis huiuſmodi literis traditis pecunia ibi denique cum intereſſe repo
ſcitur, vbi contractus fuerat celebratus, nam inter dantes & recipiẽtes
vſque a principio ita conuenerat, uel certè talis intẽtio erat, neq; quiſ-
quam eſt, qui nundinis, aut locis ſupradictis huiuſmodi literis rece-
ptis ſolutionem faciat: cui malo ſimile etiam illud eſt, cum pecuniæ, ſiue
depoſiti, ſiue alio nomine ficti cambij traduntur, ut poſtea eodem in lo-
co, uel alibi cum lucro reſtituantur. Sed & in ipſis cambijs, quæ rea-
lia appellantur interdum, ut ad nos præfertur, campſores præſtitutum
ſolutionis terminum lucro ex tacita, vel expreſſa conuentione recepto,
ſeu etiam tantummodo promiſſo differunt. Quæ omnia nos uſura-
ria eſſe declaramus, & ne fiant diſtrictius prohibemus. Porrò ad tollen
das quoque in cambijs, quantum cum Deo poſſumus, occaſiones peccan
di, fraudeſque fœneratorum, ſtatuimus; ne deinceps quiſquam audeat
ſiue à principio, ſiue aliàs certum, & determinatum intereſſe, etiam in
caſum non ſolutionis paciſci, neque realia cambia aliter, quàm pro pri-
mis nundinis, ubi illæ celebrantur, ubi uerò non celebrantur, pro primis
terminis iuxta receptum locorum uſum exercere abuſu illo prorſus re-
iecto, cambia pro ſecundis, & deinceps nundinis ſiue terminis exercẽdi
curandum autem erit in terminis, ut ratio habeatur longinquitatis, &
vicini-*

vicinitatis locorum,in quibus ſolutio deſtinatur,nedum longiores præfiguntur,quam loca deſtinatæ ſolutionis deſiderat, fœnerandi detur occaſio. Quicunque contra hanc noſtram conſtitutionem commiſerit pœnis à ſacris canonibus contra uſurarios inflictis ſe nouerit ſubiacere. Eas ue rò qui conſpirationes fecerint,vel congeſtam vndique pecuniam ita ad ſe redegerint,vt quaſi monopolium pecuniæ facere videantur pœnis,quæ à iure contra exercentes monopolia conſtitutæ ſunt,teneri ſancimus.Volumus autem,quòd præſentes literæ in camera Apoſtolica, & ad Valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de vrbe, & cancellariæ etiam Apoſtolicæ publicentur,& in ipſa camera deſcribantur, & quia difficile foret, eas ad ſingula quæque loca deferri,quòd earum trāſumptis etiam impreſſis,manu alicuius eiuſdem cameræ,vel alterius Notarij ſubſcriptis, & ſigillo dictæ cameræ,vel prælati eccleſiaſtici munitis,eadem prorſus fides adhibeatur,quæ præſentibus adhiberetur,ſi forent exhibitæ uel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ damnationis, declarationis, prohibitionis, ſtatuti,ſanctionis,& noluntatis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctū Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1570.5.Caled.Feb.Pontificatus noſtri anno V I.

Hactenus hæc Pij V.conſtitutio:verū hoc idem antea Pius hoc nomine IIII.prædeceſſor,de anno 1564.ſtatuerat per ſuā ſanctionem,quam etiam non duximus graue huc referre,cuius quidem talis eſt tenor.

Pius Papa IIII.Motu proprio &c.Cum ſicut accepimus nō ſine maxima animi noſtri diſplicentia,etiam poſt publicationem cuiuſdam proclamatis ſiue banni de expreſſo mandato noſtro facti, & commiſſione venerabilis fratris noſtri Hieronymi Epiſcopi Martoratenſis tunc almę vrbis noſtræ Gubernatoris ſub die 27.Menſis Maij M. D. L X. in locis cōſuetis publicati,auaritiam omnium malorum peximum genus inter dilectos filios almæ Vrbis noſtræ prædictæ Mercatores adeo ſerpuiſſe,atque in dies ſerpere, vt iam illorum vnicuique breui, & modico tempore proximi iactura diteſcere in pecunijs curialibus eiuſdem vrbis, & præcipuè Ciſalpinis ad Cambium,& recambium. ut uulgò dicunt, mutandis facillimus pateat aditus, ita ut, & Dei timore poſtpoſito, animarumque ſuarum ſalutis, ac Chriſtianæ Charitatis, & Euangelicæ eruditionis, qua bona nobis à Deo collata indulgentibus nihil lucri indeſperantes,Charitatiuè mutuare monemur,penitus immemores, non ſolum ad pretium eiſdem mercatoribus à Summis Pontificibus noſtris prædeceſſo-

deceſſoribus retrò actis temporibus toleratum, ſuas pecunias ad cambium, & recambium huiuſmodi curialibus prædictis dederunt, verùm etiam impræſentiarum illas ad longè maiorem, & nimis exceſſiuam penitusque vſurariam, ac Chriſtianam profitentibus religionem, ſacris canonibus interdictam, atque damnatum ſummam dare conantur, unde euenit, vt plurimi dictæ vrbis Curiales hac neceſſitate coacti eaſdem pecunias ſub tam graui fœnore accipientes, & pro illorum amicis mercatoribus præfatis fideiubentes, ac ſe in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ obligantes, tum ob varia itinerum pericula, tum etiam aeris diuerſis in locis intemperiem, pecunias vt præmittitur, acceptas, eiſdem mercatoribus tempore conuento, reddere nequeuntes, maxima cum illorum iactura, ad eorundem mercatorum importunitatem pluries, ut aiunt, recambiare coacti, & nonnulli etiam carceribus inhumaniter cum illorum ingenti tum corporis, & bonorum, tum etiam honoris, & famæ detrimento diuturno tempore detenti fuerint. Nos igitur cupientes pro noſtri paſtoralis officij debito, præmiſſis quantũ cum Deo poſſumus via celeri remedium aliquod adhibere, eorundemque mercatorum inſatiabilis vſuræ prauitati, eorumque animarum ſaluti, & mercantilis exercitij fidelitati curialiumque prædictorum, tam enormibus læſionibus atq; incommoditatibus paterno affectu oppurtunè conſulere. Motu ſimili, &c. Dilecto filio dictæ vrbis noſtræ Moderno Gubernatori, ut ad Cameræ Apoſtolicæ commiſſarij generalis, nec non partis læſæ querelã ſeu inſtantiam omnibus, & ſingulis mercatoribus Rom. Cur. ſeq. ne in poſterum à die datæ præſentium ſub maioris excommunicationis, latæ ſententiæ, ac duorum millium ducatorum auri in auro eidem Cameræ irremiſſibiliter applicandorum ipſo facto incurrendis pœnis, a dictæ urbis curialibus quibuſcunque ratione quarumcunq; obligationum etiam in ampliori forma Cameræ tam principali, quàm acceſſorio, & fideiuſſorio reſpectiuè nominibus factarum, deinceps quomodolibet fiẽdarum, pro pecunijs ad cambium recambium, & huiuſmodi ſic vſurariè, & malo modo acceptis. & accipiendis, ac in partibus non ſolutis aut non ſoluendis ultra ſummam conuenientem, quæ mercatoribus realibus, qui uera cambia realia, & non ſicca faciunt, de iure, & ſtilo mercantili uerè deberetur, hic in curia petere exigere, aut eoſdem curiales via iuris obligationum etiam in forma dictæ Cameræ celebratarum, & celebrandarum uigore ſeu prætextu cogere, ſeu cogi aut excommunicari, & c. vel aliàs quomodolibet in eorum perſonis, & bonis moleſtari, ſeu inquietari facere audeant, vel præſumant diſtrictitius ſub pœna, quæ in conſtitutionibus Marchiæ contra uſurarios ſtatuitur, & alijs ſuo arbitrio moderandis pœnis inhibeat, necnon quaſcunque obligationes etiam in præ-

ſata

ſata forma Cameræ occaſione quarumcunq; partitarum pecuniarum ad cambium, & recambium huiuſmodi prædictis mercatoribus cum eiſdem curialibus quomodolibet factas, & quas mercatores ipſi a prædictis curialibus; tanquam principalibus ſeu fideiuſſorib. hic in urbe poſt dictum bannum duntaxat petierunt, & exegerunt, & recuperarunt, ac pro non ſolutis exigere, & recuperare intendunt, cum cambia huiuſmodi ſicca, vel non realia a ſacris canonibus prohibita ſint vſurarias, prauas, iniquas, deteſtabiles, interdictas, & damnatas, ac quaſcunque obligationes etiam in forma præfatæ Cameræ Apoſtolicæ poſt dictum bannum duntaxat deſuper illarum occaſione factas nullas, & inualidas exiſtere auctoritate noſtra decernat, & declaret, totamque ſummã principalem per eoſdem mercatores exactam, et recuperatam iuxta formam dictorum bannimentorum ex nunc ipſo facto eidem Cameræ Apoſtolicæ parti uerò læſæ id, quod ultra prædictam ſummam principalem in cambijs, & recambijs, &c. à dictis mercatoribus irremiſſibiliter exigendam recuperandam, & reſtituendam applicet, & eoſdem mercatores iuxta conſtitutiones prædictas Marchia condemnet. Cum poteſtate eoſdem mercatores, & eorum quemlibet, omneſque alios, & ſingulos ſua communiter, uel diuiſim quomodolibet intereſſe putantes in dicta Curia, & extra eam citandi, ac quibus, & quoties inhibendum erit, etiã ſub excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque eccleſiaſticis, ſententijs cenſuris, & pœnis etiam pecuniarijs eiuſdem Gubernatoris arbitrio moderandis, & applicandis inhibendi, inobedienteſque, & rebelles quoſcunque ſententias, cenſuras, & pœnas huiuſmodi incidiſſe, & incurriſſe declarandi, & aggrauandi, reaggrauandi, & interdicẽdi, inuocato etiam adhoc, ſi opus fuerit, bracchij ſæcularis auxilio, nec non ſuper præmiſſis omnibus ſummariè ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij ſeu tela iudiciaria, ſingulis diebus, & horis præterquam in honorem Dei feriatis procedendi, dictoſquemercatores, & eorum quemlibet ad exhibendum quoſcunque libros etiam rationum uia iuris, & ſub eiſdem cenſuris, & pœnis compellendi, cæteraq; alia faciendi, dicẽdi, gerendi, exercendi, & exequendi, quæ in præmiſſis omnibus, et circa ea neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna. committimus, & mandamus præmiſſis ac quibuſvis alijs conſtitutionibus ordinationibus Apoſto. ſtatutis conſuetudinibus capitulationibus, et pactis, nec non obligationibus etiam in dicta forma Cam. etiam iuramento, & e. vallatis ac pallatij, & Curiæ mercatorum huiuſmodi ſtilo, necnon partitis libris, & rationibus, ac computis deſuper quomodolibet factis, & quibuſuis licentijs forſan dictis mercatoribus per quoſcunque etiam noſtros maiores officiales, etiã vrbis Gubernatores conceſſas, quas con

tra

tra expreſſam mentem noſtram factas eſſe declaramus cæteriſque, in contrarium quomodolibet facien. non obſtã. quibuſcunque Mercatorum, & curialium huiuſmodi nomina cognomina, & qualitates ac pecuniarum, & creditorum quãtitates, aliuorumque hic forſan de neceſſitate exprimi neceſſariorum tenores continentias, formas, & compendia pro plenè, & ſufficientes expreſſis haben. præſentiſque noſtri motus proprij ſolã ſignaturã etiã abſque illius regiſtratura ſufficere, & ubique fidem facere tàm in iudicio quàm extra, attento, quòd in urbe hac iuxta illius formã, & tenorem per quoſcunque iudices &c. ſublata &c. iudicari &c. debere, nec de ſubreptionis, uel obreptionis uitio, ſeu intentionis noſtræ defectu ullo unquam tempore notari, aut impugnari poſſe illiuſque copiæ per unum ex noſtris curſoribus cum originali auſcultatæ, & mercatoribus, alijſque perſonis, & iudicibus præſentatæ uim ualidæ, & efficacis inhibitionis habeãt ac ſi originale hoc præſentatum foret. quacunque regula ſiue conſtitutione in contrarium forſan edita nequaquam obſtante.

Hoc modò cambium ſiccum fit tantũ ratione temporis, unde manifeſtam habet rationem mutui; atque ideo eius pretium aper tam habet uſuræ iniquitatem, ut oſtendit Do. Soto lib. 6. de iuſt. & iu. q. 10. ar. 2. ubi demiratur Doctores, aliàs non infimi nominis huiuſmodi cambia non reprobare, uidelicet, propter labores & ſumptus, & lucrum ceſſans, quæ omnia uidentur ſubire mercatores, prout per iſta longè quoque diſputauit Lauren. Rodulf. in d. c. conſuluit, par. 3. nu. 1.

Sed aduertendum eſt in tali caſu propter iſta mercatores haud excuſari, nam ut labores & ſumptus in aliquo actu impẽſi, mercede digni exiſtimentur, inſpiciendum eſt prius, an actus & negotiũ illud in genere ſuo ſit iuſtum licitum ve, alioquin neq; labores, neque ſumptus ulla digni ſunt retributione, hoc enim attento uſurarij omnes excuſari deberẽt, quotuſquiſque enim illorum eſt, qui in ſua exercẽda arte labores nõ ponat, atque ſumptus? Nec obſtat quòd cambij exercitium, ut ſuperius dicebamus, neceſſariũ ſit Reip. quia non ſequitur quòd eis hoc modo negotiari licitũ ſit. Minus etiã opitulatur Mercatoribus in tali caſu ratio lucri ceſſantis quia, ut oſtenditur in Commentario primo, nemini de eo paciſci licet, niſi poſt moram debitoris, in quo etiã neceſſe eſt ut pecunia illa alicui licitæ negotiationi eſſet expoſita, de qua ueriſimiliter tantum fuiſſet lucratus. Sed quæ in hoc caſu mora ex parte debitoris? aut cui negotiationi pecunia illa parata? nempe huic cambiendi muneri. Et licèt dicerent ſe poſſe alia negotiandi

forma

forma lucrum conficere;attamen potentiá illa non ſufficit ad petendum lucrum ceſſans, cum iam requiratur quòd eſſet actualiter negociationi mancipata.

69 † Atque ex his apparebit cambium ſiccum, ſeu fictum nō eſſe licitum, quando campſor exercèret illud cauſa ſubueniendi quē in ſuis indigentijs,omiſſo cambio vero,quod præ manibus haberet,ex quo tantum lucratus fuiſſet, in quo caſu illum conatur excuſare à reatus pœna,necnon obligatione reſtituendi Nauar. hic num.26.poſt Caietan. in opuſcul.de cambiis.ca.4.quaſi tūc ſubſtineatur illa de cauſa,& intereſſe quoque,de cuius in cambio rationem haberi credidit, quod tamen falſum eſſe apparet ex iam dictis.

Neque obſtat dum ponitur,cambium fictum ſubſtineri debere ſaltim ratione illius pietatis, quando illi indigenti ſubuenitur, quia non per hoc credo pietatem aliquam hoc modo exerceri,& quamuis ſatius eſſe ducam,cum pecunia ſuccurrendum eſſe cuipiam in ſuis indigentijs,quàm illam exponere in cambio quantūuis iuſto ac vero, attamen inhoneſtum atq; illicitum putarem, ſi erogaretur in actu aliquo damnato,etiam pro pio opere faciēdo, vt dictum eſt in l.curabit.C.de actio.emp.Quando nō deſunt plura a legib.inducta commercia,quibus homines poſſent inter ſe cōtrahere abſque hoc actu prorſus damnato.Quin etiam Nauar.ipſe nu.29.in caſu magis dubio tenuit.Cambium ſiccum non ſubſiſtere,videlicet quando nobilis, ſeu quiſpiam egens pecunijs illa ad cambium optaret habere, puta per Lugdunum aut Metinam, cumq; neutrobiq; aliquod ei eſſet commercium, ſi negotiantem inueniret, qui ſui cauſa ad cambium per illas ciuitates recipere obtuliſſet,atque ei promiſiſſet rependere omnem pecuniam cum cambio,reſoluit hoc illicitum eſſe,& in fraudem,cum tamen multæ in hoc concurrant cauſæ, quæ viderentur legitimare cābium huiuſcemodi, quando maximè negotiator ille pro nobili ad verū cambium recepiſſet ab altero,in quo caſu optimum eſſe crederē, ſecus autem ſi negotiator pecuniam de ſuo nobili contuliſſet, cābiumq; ab altero recipere ſimulaſſet ob tegendas vſuras.

70 † Similiter cambium inter ea,quæ propriè dicūtur ſicca primū locum crederem obtinere,etiam ſi re vera exerceretur, ſed per loca eiuſdem prouinciæ,& Regni,cum tamen fieri ſimularetur per loca diuerſarum prouinciarum ob exaugendum lucrum,tunc,n. ab uſuræ labe erui neutiquam poſſe oſtendit Soto lib.6. de iuſti. & iu.q.13.art.1.

Sequetur

71 † Sequetur etiam ex his, valde periculoſum eſſe illud genus cã bii à mercatoribus huius noſtræ ætatis in vſu receptum, quod illi per contationem vocant, & tunc fit quando retinent aliorum, qui non ſint campſores, pecunias in cambium corũ cã exponendas, ſolent enim ut plurimum eas hoc modo cambiare exempli gratia, vt quia puta Sempronius certam pecuniæ ſummam Florẽtiæ Mæuio campſori ad ſui cauſa cambiandum dediſſet, qui poſtmodũ illas ad librum rationũ ſuarum in creditum ponit, atq; ipſas puta Caio pro ſuis indigentiis ad cambium per Lugdunum hoc modo tradit, recipit Caius illam pecuniæ ſummam ad rationem ſcutorum 60. pro quolibet Marcho, vt quia ita ualuiſſet cãbium illud, ſcribit Mæuius campſor literas Lugdunum, puta. Titio ſuo inſtitori, quibus illi hoc cambium factum ſignificat. Vnde Titius ponit debitorem Caium de illa ſumma ad eam rationem ſcutorum 60. & econuerſo Sempronium creditorem, atq; pręſtituta die remittit eos cum nouo cãbio prout ibi valuiſſet puta ad rõnem ſcutor. 61. cum dimidio, ſuasq; literas ad Męuium cãpſorem exarat Florentiæ, quib. receptis, Mæuius ponit debitorẽ Caiũ illius Summæ ad rationem ſcutorum 61. cum dimidio ꝓ quolibet Marcho, & econuerſo Sempronium creditorem ad illam rationem, vnde apparet Sempronium lucratum fuiſſe per illud tẽpus trimeſtre ad rationem vnius cum dimidio pro quolibet Marcho Męuius vero campſor lucratur mercedem puta ad rationem ſcutorum quatuor pro quolibet mille. Similiter deducit aliàs expenſas cambii. Atq; cambitio hæc licita honeſtave à mercatorib. exiſtimatur eo colore, quòd literæ ſcribuntur atq; exarentur, tũ etiam quia negotii forma, atque commercium exercetur. Attamẽ ſi cambii uera natura inſpiciatur, hoc inter cambia ficta ſeu ſicca prorſus repones illudq; habebis pro clypeo ſeu figmẽto inducto ad ſubterfugiendas vſuras, ſeu potius pro diabolica inſtitutione ad fenus lucratorium exercẽdum, neq; excuſari poteſt, ex quo in tali caſu ſcribantur atq; exarentur literæ, quia hoc non fit uerè ꝓ exercendo cambio verò, ſed fictè pro palliãda vſura. Quamobrẽ huiuſmodi literæ nil releuant, vt ſuperius dicitur; Quinimmo deſeruient potius ad exaugendum lucrum & fenus ob impenſas, ꝗ earum cauſa veniunt; Vndemelius & utilius ſequeretur debitori ſi non ſcribantur atque exarentur. Similiter haud verum eſt in cãbio iſto ſeruari negotij formam, atque commercium, quando neque Caius debitor, neque Sempronius creditor vllam habeant Lugduni pecuniam, aut aliud commercium quo ſperent habere

Conclu-

Concludam ergo, quòd in tali caſu Sempronius illicitè faciat, ſi ſciat, vel ſcire debeat, campſorem ſuas pecunias, quas ei ad cambiandum dediſſet, in huiuſmodi cambium expoſiturum, atq; hoc videtur ſenſiſſe Sotus, lib. 6. de iuſt. & iur. q. 13. arti. 1. colu. 2. Illicitè etiam faciet campſor ille, quando ex tali cambio mercedem aliasque expenſas deducit, cum, vt ſuperius dictum eſt labores ſuper actu illicito impenſi, nulla ſint mercede digni.

72 † Infertur tertiò ad q. haud contenendam, nam per exempla à nobis ſuperius relata vidimus, cambium verum conſtare ex duobus locis diuerſarum prouinciarum, quemadmodũ Italiæ, & Galliæ. Nunc quæritur an exerceri valeat inter duo loca eiuſdem prouinciæ, & Regni, utputa ſi Florentiæ fiat per Romam, Neapolim, Venetias, Ianuam, Mediolanum, & ſim. an tunc licitum exiſtimari debeat, & quidem cum iſtud non videamus a mercatorib. frequẽtari, neq; apud eos in vſu receptum, colligi uidetur illicitum eſſe. Et quòd cambium huiuſcemodi apud uiros probos vſuræ charactere inuratur tenuit Soto, lib. 6. de iuſt. & iu. q. 13. art. 1. vt inde nõ ſine rõne factum credatur, qñ in multis Hiſpaniarum locis per leges cambium hoc expreſsè vetitum apparet, licèt eas limitari debere oſtendat Nauar. hic, nu. 8. & nu. 30. videlicet ne comprehendant cambium illud, quando campſor prius accipit, quàm conferat pecuniam, in quo vſuræ fraus vix poteſt exerceri.

Sed aduertendum eſt, quia ſi argentarii, in tali cambio reciperent pretium, & lucrum, ſed non tantæ æſtimationis, quemadmodum ſolent recipere ex illis, quæ celebrant per loca diuerſarum prouinciarum, ſed illud quidem minus atque exiguum, nõ video quare cambium per huiuſmodi loca damnari deberet, nam ſi candidè, & ſincerè natura cambii inſpiciatur, & cauſæ, quæ illud legitimant, in hoc quoque eas militare apparebit, quamobrem poterit pro eo recipi iuſtum pretium inter quæcunque loca, quãtũuis propinqua exerceatur prout rectè putauit Nau. hic, nu. 28.

Et licèt apud campſores per huiuſmodi loca cambium non videamus frequentari, neque ſatis in vſu receptum, quemadmodũ illa diuerſarum prouinciarum, illud quidem fieri credo non cauſa rei vetitæ, ſed quia potius parui illud faciunt, videntes lucrum, & pretia, quæ inde venirent, ſumenda tam exigua paruiq; momẽti. Similiter licèt per leges particulares cambium huiuſcemodi in pluribus locis vetitum ſit, attamen non fit ex eo, quia hoc ex ſui natura ſit damnatum, ſed ne tot vſurarum fraudes fiãt, quæ illius colore a prauis hominib. committerentur, & ideo non ſine rõne.

Nauar.ubi ſupra, has leges credebat haud comprehendere cābiū illud, in quo campſor prius recipit, quàm conferat, cum in eo omnis ſuſcipio fraudis ceſſet. Vnde ſequeretur, quòd ſi campſores exercerent cambium per loca eiuſdem prouinciæ, & Regni cambiando idem lucrum, & pretium prout lucrantur ex aliis diuerſarum prouinciarum, tunc crederem illicitum atque iniuſtum eſſe & ita accipi debet ſententia Soti in contrarium citata, ſi quidem illud quod excederet, eſſet vſura, quando exceſſus lucri ſimpliciter veniret ratione temporis, poſtquam ſumptus labores, atque aliæ cauſæ in hoc cambio non conſiderarentur tanta mercede digni, quemadmodum in illis diuerſarum prouinciarum.

73. † Infertur quartò ad aliud, in quo tota cambiorum macchina eſt poſita, videlicet nunquid cambiorum, ſeu monetæ pretiū poſſit in nundinis ab argētariis variari, & quidem cum pecunia, vt dicebamus, eſſet inuenta, ut ſit aliarum rerum pretium atque æſtimatio, & per conſequens ſit inuendibilis videretur dicendum, ꝙ eius pretium, ex quo iam habet in foro taxatam certam quantitatem ad inſtar mercium, haud mutari poſſet, niſi ſola Principis lege augentis minuentiſve eius ualorem, iuxta mentem Inn. & cōmunem in c. quanto, de iureiu. D. Thom. lib. 2. de Regim. Princ. c. 13. atque per hoc ita tenuit Ioan. de Medin. in trāct. de reſtit. fol. 150. Quod ſi verum eſſet, reprobaretur omnis celerrimus cambiorū vſus verum Caietan. in ſuo opuſc. de cambiis, c. 6. refert crementi decrementique genus licitè hoc modo fieri poſſe, nempe ſi negotiator, puta, Florentiæ confert pecuniam argenteam cum pacto recipiendi Marchum auri Lugduni viliori pretio, quàm eſt valitura, vt ſi, exempli cauſa accepiſſet quis, puta, 60. ſcuta in tot argenteis repenſurus Lugduni Marchum auri, quæ ualeret, 65. ſcuta argenteorum, atque hoc modo comprobat ipſe pretii varietatem, & arbitratur venditionem eſſe auri minori pretio, propter neceſsitatem argenti. Sed, vt ex ſuperius relatis apparet, hoc genus cambii in uſu non habetur, neque ſi haberetur licitum foret iudicandum, prout rectè oſtendit Soto, lib. 6. de iu. & iu. q. 12. art. 3. ver. Ego exiſtimo Caietanum de hoc cambio haud ſenſiſſe, ſed de alio nēp e minuto, & Manuali, vt cū auri fuerit raritas poſſit a campſore eius pretium augeri, & ſic liceat ei plures nūmos argenteos, vel æreos, quàm valeat recipere, cū dederit pro eis aurum, pari ēt modo ſi argenti, uel æris fuerit inopia, de quo ꝑ Nau. hic, nu. 52. poſt Laur. Rod. & Anan. Non tamen credo, quod raritas huiuſcemodi auri tātum, uel argenti, aut æris de per ſe ualeat

monetę

monetæ pretium in cambio, de quo nunc agitur, augere. Si quidẽ inter mercatores nullum eſt diſcrimen auri, & argenti, neq; ab eis ſcuti, uel ducati augetur ualor propter raritatem auri tantùm, pro ut fit à Principe, nam eorum numerus in foro ſemper habet ſuam argenti atq; æris ęſtimationẽ, ſed illa in cambijs maiori, minori ve pretio æſtimatur, prout ibi pecuniæ copia, vel inopia eue nerit, atque hoc ſentire viſus fuit Syluеſt. in Sum. verſ. vſura, 4.§.6. vbi ait nõ vti mercatores moneta, vt vuulgus. Quamobrem concludendum eſt, monetæ pretia poſſe à mercatoribus licitè va riari, ſi copia, vel inopia in loco non auri tantũ, & argenti tantum, ſed pecuniæ in genere fuerit, quæ eſt vera, & legitima cauſa augẽ di minuendiq; valorem, vt tenuit Calder. conſ. 11. tit. de vſur. Lauren. Rodulf. in d. c. conſuluit, par. 3. q. 1. Soto, & Syluеſtr. vbi ſupra, Nauar. hic, num. 51. allegatur pro ratione text. in c. legimus, q. 3. diſt. vbi notatur, quod omne rarum eſt pretioſum, & è cõtra facit ad hoc quoq; tex. in l. 4. ff. de eo, quod cert. loc. in his, verbis ita ſe habentibus, pecuniarum quoque licet videatur vna, & eadẽ poteſtas vbique eſſe, tamen alijs locis facilius, & leuioribus vſuris inueniuntur, aliis dificilius, & grauioribus vſuris; atque hoc ita intelligẽdum cenſeo dummodò raritas illa pecuniæ contingat ex iuſtis cauſis, ſecluſis fraudib. ac dolis, in quo eſt diligentiſsimè ad uertendum, nam ſi pecuniarum anguſtia proueniret, ut quia mul ti illam expoſcerent ad cambium fictum, & ſiccum, uel etiã quia
74 fieret monopolium, ex quo tres, uel quatuor ſe colligerent nego tiatores, qui, ut aſſolent, in foro omnem abraderent pecuniã illã ſcilicet, recipiendo ab omnibus initio nundinarum ſoluendam in diuerſa loca, uel quia burſas in nundinarum initio clauderent, quò in foro eſſet anguſtia, & homines pecunijs ad cambiũ indigẽ tes, cogerentur eo pretio recipere, quo illis libuiſset, tũc quoad eos tãtùm illicitũ eſset, licèt contrariũ iudicaretur quod ad alios, qui omni culpa uacarent, ut uoluit Nauar. hic, num. 59. Quinimò illorum negotiationem peſtem nocentiſsimã, neque ullo modò ferendam cenſet Soto, lib. 6. de iuſt. & iur. q. 12. art. 3. Vnde aliud fieret, ſi anguſtia illa proueniret ex alijs legitimis cauſis abſque fraude, quas recenſet Nauar. hic, nu. 45. Atque harũ præcipua, ut qui Princeps propter bella, aut quoſuis alios ingentes ſumptus v biq; pecuniam corraderet, uel ſi alia calamitas cõtingeret, qua pe cuniæ anguſtia laboraretur, & de hoc dubitari nõ poteſt, quin ſit cã legitima uariandi, & ſic augendi pecuniarũ ualorẽ. Eſset quoq; legitima cauſa uariandi eius ualorẽ diſtantia, & uicinitas locorũ,

ut ſicut uicinitas minuere debet cambiorum preciũ,quemadmodum uidimus ſupra,ita exaugeri debeat pretium propter diſtantiam,cũ pecunia quò magis diſtat à loco, minoris habeat de quo Sylueſt.in Sum. uer.uſura 4. q.4.Calderi.d.conſ. 11.Lauren.Rodulf.ubi ſupra,par.3.q.1.Et ideo campſor,qui dederit pecuniam, ut recipiat Alexandriæ, poterit maius pretium exigere,quàm ſi deberet recipere Lugduni. Cambium enim, quò longius diſtat locus,pretioſius fieri licitè poterit,ut oſtendit Nauar.hic,nu.62. quicquid dicat Sotus,ubi ſupra,quæſt.13.art.ulti.ubi hæc haud rectè explicat.

75 † Crediderim tamen pium optimumq́ue inſtitutum eſſe,ſi in loco pretia bonorum uirorum arbitrio cambijs poneret ad euitandas multorũ fraudes,quæ poſſent circa hoc euenire, multoq; rectius illud eſſe, quando per Principem ad honeſtum certumq; numerum taxantur,atque rediguntur ad refrenandam inſatiabilem lucrorũ ſitim quæ in pernicioſis atque auaris hominibus ſolet,ut plurimum ineſſe,atque hoc in Hiſpaniarum regnis ſanctè inſtitutum fuiſſe teſtatur Nauar.hic,nu.30.

Non obſtant modò,quæ in contrarium referebãtur, quia & ſi pecunia fuerit inuenta,ut eſſet aliarum rerum pretium,& per cõſequens inuendibilis,attamen prout nõ ſemel reſponſum eſt, cũ redacta ſit ſecundario cauſa negotiandi,& inde lucrifaciẽdi,ut eſſet campſibilis,& permutabilis cum alia alterius loci, ob id,poterit pluris,minoriſue æſtimari, ut omnes fatentur,quinimo,ꝙ efficiatur hoc tãtùm reſpectu uendibilis,apparet ex traditis ꝑ Bar. & communem in l. Paulus,1. col.2.ff.de ſolutio. Calderi. d.cõſ. 11.atque hoc rectius oſtendit Nauar.hic,num.12.& num.32.minus obſtat,quòd pecunia habeat in foro taxatam certam quantitatem,quæ haud mutari poſsit,niſi ſola Principis lege,quod argumẽtum certè contra concluſionẽ plurimum urget, multiq; pro reſolutione inſudarunt. Nam Caietan.in ſuo cambiorum opuſculo,cap.6.reſoluit pecuniam certa quantitate taxatã reperiri, quatenus conſideratur,ut pecunia,ſecus ſi conſideraret,ut merces.quæ ſolutio non ſatisfacit,quando ex ſupradictis conſtat,ꝙ etſi conſideretur ut pecunia, nihilominus augetur, & minuitur eius ualor.Vnde Sylueſt.Sum.uerſic.uſura 4.q.3.reſpondet pecuniã taxatam eſſe,in quantum illa eſt aliarum rerum pretiũ, non tamẽ qu do eſt ipſius pecuniæ merces; & ſic taxatur,quò ille,qui uẽdit,uel emit habeat exigere, uel ſoluere certam quantitatẽ,ſed nõ per hoc quin ille,qui pecuniã in cãbium poſuerit, poſsit maius,

ius,

lus, vel minus pretium recipere, prout illis fuerit inopia, vel copia, quemadmodum declarat Nauar. hic, nu. 58.

16 † Infertur quintò, quòd licet, & abſque vſurarum labe faciet, qui minorem pecuniæ ſummam contulit, vbi eius adeſt inopia, receptus maiorem alibi propter eius ibi copiam: facit ad hoc text. in l. 4. ff. de eo, quod cer. loc. ſuperius relatus, exẽpli gratia, in Gallia propter illa continua bella ciuilia maxima adeſt pecuniam cõfert Italiæ ſibi reſtituendam, maiorem ſummam recipit, quàm cõtraxerit: at verò ille, qui in Italia numerat, vt in Gallia ſibi rependatur, minorem ſummam quàm dederit, accipit. Atque ea eſt huiuſmodi iuſtitiæ lex, quia dati, & accepti æqua eſt æſtimatio, cum maior illa pecunia tanti apud nos habeatur, quanti apud Gallos illa minor, non ſecus ac de frumẽto, & alijs mercibus poſſet cõtingere: nam vbi eius eſſet Charitas, vnus modius tanti veniret, quãti alibi duo, ideo licitũ hoc reputari debet, prout reſpondit Alex. d. conſi. 61. nu. 12. lib. 2. Cum in omnibus commercijs, & contractibus iuſtitia commutatiua ſeruanda ſit, vt docet Ariſtot. lib. 5. Ethico. & refert D. Augu. lib. 13. de Trinita. ca. 3. ſentit D. Thom. 2. 2. q. 58. ar. 6. & q. 59. ar. 2. exprimit Scot. in 4. ſenten. diſt. 15. q. 2. art. 2. Etſi Caietan. in ſuo illo opuſculo de cambijs, cap. 7. aliam huius cambij rationem excogitet, videlicet, quia pecunia loco abſens minoris habetur, quàm ſi eſſet loco præſens, quem ſequitur Syluest. in Summ. verb. vſura, 4. §. 4. tenuit etiam Calderi. d. conſi. 11. Lauren. Rodulf. par. 3. q. 1. Atque id ita confirmant, nam quod loco, inquiunt, diſtat, pluribus eſt ſubiectũ impenſis atque periculis. Quamobrẽ poteſt minus, quod tutius eſt iuſte pro maiori cãbiari, quod minus ſit tutum, quæ ratio licèt in ſe vera ſit, vt oſtendit Nauar. hic, nu. 62. attamen huiuſmodi concluſioni adaptari non poteſt, ſi quidem, vt memorat Soto, lib. 6. de iuſt. & iur. q. 12. ar. 2. colum. 3. inter Mercatores nulla ſunt huiuſmodi pericula, quando omnia Chirographis expediũtur, etſi huius cõcluſionis eſſet illa Caieta. & Syluest. ratio, tunc ille, qui in Italia numerat recepturus in Gallia, auctior deberet illi in Gallia rependi, cũ tamẽ vt oſtendit, in multo minus illic recipiat. Ex quo apparet malè reſpondiſſe Calderi. dum in d. conſi. 11. tit. de vſur. confirmauit cãbium illorum mercatorum Ianuenſium, quorum alter Ianuæ ab altero emerat centum Byzantios ſoluendos ſibi in Alexãdria, atque pro illis Ianuæ dederat centum decem; hac enim ratione attẽta iniuſtum fuiſſet cambium illud, quando in loco præſenti maior

ſumma collata fuit, quàm in loco abſenti recepta, quod ſentiens Nauar. hic, num. 64. neceſſe habuit malè & de directo contrariè referre factũ illud, ſuper quo conſuluit. Calderi. Si quidẽ ſupponit, quòd Ianuæ ſoluta fuiſſent centum, vt Alexandriæ centum, & ſex reciperentur. Vnde conſilium illud Calderi. per hanc rationẽ ſuſtineri non poteſt, ſed per concluſionem à nobis firmatam, & prout ipſemet Calder. concludit, dum dicit fuiſſe, ex quo vna pecunia propter curſum valeat plus in vno loco, quam ipſa eadem eiuſdem ponderis, & menſuræ in alio loco, in quo venditur. Ad vnum tamẽ aduertas, quòd dum Calderi. ſubiungit actum nihilò minus valiturum, & ſi inter mercatores illos fuiſſet deceptio, dũmodò nõ excederet dimidiam iuſti pretij per l. 2. C. de reſc. vend. quia in hoc credo perperam dicere, quãdo omnis emptio, in qua aliquid plus iuſto pretio rigoroſo ſoluitur à Theologis reprobatur, de quo inferius dicetur poſt D. Thom. 2. 2. q. 77. ar. 1. & Scot. in. 4. ſent. diſtin. 15. q. 7. ab omnibus receptas, atq; hoc tùm maximè in cambijs dici oportet, quæ illicita prorſus, atque damnata iudicantur, quando campſor aliquid plus, quàm valuiſſent acciperet, vt rectè oſtendit Nauar. hic, nu. 24. & nu. 69. & paſsim omnes. Vnde ex concluſione hac noſtra ſequetur, quòd ſi ille, qui in Italia pecuniam contulit, vellet poſtea eũdem numerum, & pondus in Gallia recipere, iniquè ageret; Non enim licita eſt cambitio pecuniarum diuerſarum regionum, vt ſub eodem pondere, & numero reddantur, quando diuerſi ſunt valoris, vndecunque proueniat illa diuerſitas, ſiue ratione gradus auri, vel argenti, vt quia in loco, puta, Anglia puriùs ſit altiorisque gradus, quàm in Gallia, ſiue quia in vno loco maior raritas, atque pecuniarum anguſtia adſit, quàm in altero, ſiue quia monetæ pretium fuerit per Principem auctum, tunc enim haud liceret pẽdere monetam minoris valoris pro alia, maiori, niſi compenſatione intercedente, alioquin eſſet manifeſta iniquitas, atque hoc intelligitur contra opinionem Syluest. in Sum. uerſi. vſura, §. 4. ſiue auctio illa monetæ præciſa fuerit, ſiue inopinata; prout tradit Soto, lib. 6. de iuſt. & iure, q. 12. artic. 1. col. 2. Nauar. hic, num. 61.

77 † Infertur ſextò, ad aliam q. videlicet, nunquid ſaltim pretium augeri poſsit à campſore in eo caſu, quãdo pecuniam ad cambiũ dediſſet recepturus Lugduni nõ in proximis, ſed in ſecundis, tertijs, aut quartis nundinis? & quidem videretur, quòd hac ratione aliquid plus ab eo liceat exigere, cum non recipiat ratione tẽporis, ſed ſui intereſſe, tum quia cãbia, quæ in longius tempus fiunt, minus

minus ſunt ei fructuoſa, tum etiam quia multò plures forent, qui hoc modo vellent recipere, quam ob rem pecuniæ anguſtia fieret, & ob id meritò eius pretium augeretur, vnde ceſſaret illud lucrari. Videretur quoque poſſe augeri pretium ratione commoditatis recipienti conceſſæ ad ſoluendum, quandoquidem maiori illo tempore facilius parere in loco pecuniam valebit, atque his de cauſis licitè hoc fieri reſponderunt aliqui non modicæ auctoritatis, videlicet Antonius, & Aloyſius fratris de Coronellis DD. Pariſienſes quos ſequitur Nauar. hic, nu. 34.

Sed in hoc aduertendũ credo, quòd & ſi apud optimos mercatores vſu frequentiſsimum ſit, neque reuera malè audiat cambiũ huiuſcemodi, quando intercalatis, ac prætermiſsis primis nũdinis ſolutio vſque ad tertias, vel quartas, prorogatur, attamen illicitum reddi putarem, ſi ratione illius dilati temporis augeatur eius pretium, prout rectè ſentit Caieta. in ſuo cambiorum opuſculo, c. 6. dum tradit ex hoc, quòd pecunia diutius occupata ſit, nõ poſſe pretium exigi, ſequitur lucidius, atque luculẽtius Soto, vbi ſupra, q. 12. ar. 5. temporis enim dilatio in cambio conceſſa non debet dictum eſt, ſeruire ad regulandum eius pretium, ſed ad traducanda Chirographa, & ſi aliquo modo propter tempus aliud quippiam ſolueretur, mutuum appareret, & ſic vſura. Nec obſtat ratio in contrarium allegata, quod argentarius videatur poſſe ſtipulari intereſſe ſui cauſa, quo circa Naua. à Soto diſcrepat; quia reſpondetur, quòd intereſſe in caſu iſto nulla debet haberi conſideratio, quando campſores dum cambiant ſua ſponte faciunt, & quando ex parte recipientis nulla adeſt mora, quamobrẽ, vt non ſemel dictum fuit, intereſſe tũc nulla debet haberi ratio, vnde corruit Naua. & aliorum fundamentum. Minus obſtat etiam aliud, quòd ex quo debitori eſt indulta maior commoditas ad ſoluendũ, videatur poſſe augeri pretium. Quia reſpondetur, atque hoc ſemper in cambio ſit pro conſtanti, quod temporis illius expectatæ ſolutionis nulla eſt ratio habenda pro augendo pretio, ad quaſcunque nundinas tranſilat cambium; non debet ergo in eo propter intercalationem, ac prætermiſsionem nundinarum pretium augeri, ſed haberi, quemadmodũ ſi in proximas nundinas fieret.

78 † Infertur ſeptimò ad aliam q. nunquid campſoribus licitũ ſit in cambiis recipere, atq; retinere lucrũ aliquod pro mercede ſuorum laborum, & breuiter cũ illa inducta fuerint ratione publicæ vtilitatis, indubitati iuris eſt, hoc licere, dũ modò moderati, & boni viri arbitrio aliquid recipiatur, vt aſſerit Sotus lib. 6. de iuſt. &

iur, q. 10. ar. 1. col. 2. accipitur enim cauſa officii ſumptus atque la boris miniſtrorum, & ſequitur Nauar. hic nu. 15. & nu. 24. & nu. 36. & ſeq. quod prius tenuit Caieta. in ſuo cambiorum opuſculo ca. 2. Durandus in 3. d. 27. q. 2. Ioan. Major. in tract. de reſtitu. fol. 147. atque hoc omnes admittunt. Et licet iſtud effigiem quan-
79 dam mutui habere videatur, attamen non eſt mutuum. † Sed cõ tractus innominatus præſcriptis verbis, do vt des, vt quo ſupe- rius dictum eſt, num. 51. & de quo per Bart. in l. naturalis, §. ſed ſi facio, ff. de præſcrip. verb. Nam qui hic pecuniam confert, vt alibi recipiat, non ſimpliciter transfert dominium, vt alio tempore reſtituatur, ſed vt alio loco, atque in hoc contractu temporis expectatio accidentaria eſt, cum non poſsint innoteſcere literæ in alio loco, vt pecuniæ exhibeantur, niſi poſt tempus, cuius nulla debet haberi ratio, niſi in quantum neceſſarium ſit ad traducenda chirographa, & ſolutiones parandas, ſecus aliter, quamobrẽ eius ratione nihil mercedis poterit extorqueri, vt per Sotum & Naua. Extorquetur ergo tantum lucrum, ſeu merces ratione officij, & operum miniſtrorum, vt dicunt omnes, propter quam rationem, vt aliquando e denſioribus cambiorum ſpinetis, ſeu mauis inextricabili labyrintho mergam, eo maximè, quia vix dum me ex pedire putaram, cum nobis occurrit alius cambiorum tractatus, aſpectu quidem facilis, quem lego in id modo expenſum hac noſtra vernacula lingua per Thomam Bononienſium Senenſem Dominicanæ familiæ Theologum doctiſsimum: videram itidem de cambiis libellos appoſitos in vulgari compendio illo ad mercatores directo, & ne cum his quoque rem habeam ad aliud tranſeam atque concludam quòd.

S V M M A R I V M.

80 *Mons pietatis licitum honeſtumque eſt munus licet acris ſit diſſenſio inter Doctores.*

81 *Mons pietatis quid ſit & ad quid inſtitutus.*

82 *Bullæ quæ circa approbationem montis pietatis.*

83 *Mons pietatis ad inſtar trientarij fœnoris olim à M. Antonio & Alexandro A.A. erecti.*

84 *Creditores montis, qui coactè ibi erogarunt pecunias ſuas licitè percipiunt lucrum.*

85 *Creditores montis, qui ſponte pecunias ſuas in monte reponunt, illicitè percipiunt lucrum, & ſunt vſurarij.*

Emi

86 *Emi poteſt licitè annuus redditus etiam ab eo, qui ſponte poſuit ſuas pecunias ſuper monte.*

§. 3.

80 ILlud mutui genus apud nos Italos, mons pietatis uocatum, licitum honeſtumque reputari debet, licèt ſit concluſio apud Theologos & Iuriſtas † ualde controuerſa, de qua per Anch. Lauren. Rodulf. in tract. de monte pietatis, Bald. in l. rogaſti, § ſi tibi. col. ult. ff. ſi cer. pet. D. Anton. in Sum. par. 2. tit. 1. cap. 11. Caietan. in ſuo opuſculo de monte pietatis, Sotus lib. 6. de iuſt. & iu. q. 1. art. 6.

81 † Eſt enim huiuſmodi mős pietatis pecunia ex priuatorũ Eleemoſynis, ſiue ex aliqua Rep. coaceruata in unum cumulum perpetuò ad uſum pauperum deputatum, ut eis mutuò detur ſub leui fęnore ad euitandas graues & præfocantes uſuras Iudæorum; in quo certi publici uiri ad illum cuſtodiendũ pręponuntur, qui tenentur ſtare parati ad mutandum pauperibus ſub pignore ſuo periculo cuſtodiendo in domo conducta, ut poſt annum in defectũ luitionis uenderet, & ſuperfluum debitori reſtitueret, deducta ſorte & uſura, ſeu pẽſione, puta, unius denarij pro libra in ſingulos menſis, idque pro ſumptibus cuſtodum & miniſtrorum, & pro refectione damnorũ, quę interdum ſolent imminere, ne ſors deperiret, ſed conſeruaretur in uſum futurorum pauperũ. Quæ montis ordinatio hac de cauſa pia ſanctaq; dici debet, quicquid ſibi uoluerit Caietan. in illo ſuo opuſculo, Sotus alijque, dũ quatenus aliquid ultra ſortem recipitur, ſcrupuloſiſsimè & ægerri-
82 mè eum illicitum, & uſurariũ cenſent, † interueniente etiam Roma. PP. approbatione, prout fuit illa Leonis hoc nomine X. atq; in Concilio Lateranenſi in Seſsione 10. per expreſſam Decretalem, quemadmodum etiam prius decretũ fuerat à Paulo II. Sixto IIII. Inocentio VIII. necnon Iulio II. PP. MM. qui omnes maxima laudo commemorant, atque ex certa ſcientia approbant huiuſmodi montis ordinationes. Et licèt Caietan. qui ſuper 2. Sec. q. 1. art. 10. refert ſe cõcilio Lateranenſi interfuiſſe, atq; propterea in ſuo opuſculo de monte Pietatis memorat, non cuncta eiuſdem montis capitula fuiſſe per Bullam Leonis approbata, ſed quatenus ſacris canonibus non eſſet contraria, atque hinc ſumpta occaſione Sotus ubi ſupra nullam Sedi Apoſtolicæ iniuriam irrogari tenet, ſi de eis controuerſetur, atque Decretales cõtemnãtur. Attamen

quia

quia hoc eſſet ualde temerarium, prout rectè oſtendit Nauar. in Commenta.ſuper ca.ſi feneraueris 14.q.3.nu.67.Ideo tu omiſſis illorum prolixis,uaniſq; diſputationibus, retinebis ordinatio
83 nẽ montis huiuſmodi licitã,piamq; & inſtitutã antiquitus, quic quid dixerit Sotus,àd inſtar illius trientarij fenoris olim à M. Antonio,necnon Alexandro Seuero AA. ſanctiſsimè erecti pauper tatis ſubleuãdæ,cauſa quod ſumma laude,atq; optimis rationib° defendit Nauar. Sed prius hoc egerant Moderni Pariſ.in tractat. de commerci.

84. † Et per hoc infertur licitum eſſe illum redditum,quem percipiunt ciues,quando tempore neceſsitatis compelluntur ſubuenire monti huiuſmodi, ſeu etiã uniuerſitati, uel Principi,qua de cauſa poſtea liberè ſtatuit ciuibus illi lucrum, putà ad rationẽ 5. pro cẽtum quolibet anno.Et iſti ſunt, qui vulgò creditores montis appellantur in hac urbe,de quibus per Lauren.Rodulf. in d.c. conſuluit par. 3. nu. 5. atque in tali loco triplicis generis montis extare ait Lapus allegat.137.nu.1.

Dico igitur in caſu hoc,nullam committi uſuram, quia nõ eſt mutuum,quando ciues compellũtur, neque poſſunt repetere ad libitum.Ciuitas autẽ ualeat, quandocunque ſe ab illo debito eximere. Et licèt Bal.in l.rogaſti.§. ſi tibi,col.ult.ff.ſi cer.pet.dubitet de hoc,attamen communem dicit Alex.in l.item quia,§.1.num.2. ff.de pact.tenet hoc Abb.in c.in ciuitate in fi.de uſur.ubi Cardin. col.3.in fi.Lauren.Rodulf.& Lap.ubi ſupra. Ciues enim propterea inuiti diuelluntur a ſuis negotijs,quo circa ſuum intereſſe licitè ſtipulari poſſent,ut iam concluſum eſt poſt Sotum, lib.6.de iuſt.& iur.q.1.ar.3.& alios relatos.Vnde ſi ciues non compellerẽtur,& aliqd eis penſionis aſsignaretur,tunc bene eſſet uſura,ut tenent præcitati Doctores, & uoluit Saly.in auth. ad hæc, nu. 24. C.de vſur.Illud autem uerum eſt, quòd habentes pecunias,tempore neceſsitatis cogi poſſunt eas gratis mutuò dare Reip. & ꝙ eius ſolutionem teneantur expectare,donec fiant collectæ, quibus eis ſatisfieri poſsit,ut dicebat Fran.Ripa in tract.de Peſte,tit. de remed.præſeruat.contra peſt. §. accedo,nu.185.& in l.1.nu.18. & ſeq.ff.ſol.ma.tradit Caſtrenſ.in l.ſi quis nec cauſam,nu. 6.ff.ſi cer.pet.Ang.conſ.206.num.1.

85 † Ex quo ſequitur,ꝙ ſi ciuis mutuam ſpontè tradiderit pecuniam ciuitati pacto adiecto,quòd donec non fuerit ſatisfactus,nihil ſoluat pro collectis,uel rationẽ æſtimi,contractus huiuſmodi erit illicitus & uſurarius,ut uoluit Alberi. 2.par.ſtatuto,q.140.in

cip.

cip.an ciuitas,vel villa,Parpal.in l.placet,col.13.C.de ſacroſ. eccl. Syluest.in Sum.ver.ſecundus caſus eſt,Cardinal.Zaba. in c.conſuluit,nu. 1.de vſur.Iac.Vngharel.in additio. ad Sum. Angel.Clauaſ.ver.vſura,nu.8.facit quod tradit Bar. in l.in priuatis.§. cum quidam,ff.de pollicita.

Et licèt contrarium tenuerit Spe.in ti.de vſur.num.6.& ſequatur ibi Bal.& Ioan.And.in addi. & teneat Hannibal. in ſuo tracta. de muneri.§.nunc ordine ſucceſſiuo, ver. ſed pone aliqua communitas, & ſentiat D. Antonin.in Sum.par.2.ti.1.de vſur.§.5.in fi.poſt alios per eum citatos,& teneat Ang.Clauaſ. in Sum.verſi. vſura,j.nu.8.Lauren.Rod.vbi ſupra par.3.nu.9.& ſequatur Ioā. Mauri.Burg.in Rep.l.vni.col.268.ver.quid ſi communitas,C.de muliere, in quo loco lib.x. a præcedenti tamen opinione non eſt recedēdum,quæ eſt magis cōmuniter recepta a Iuriſtis,& Theologis,& ſequitur & teſtatur Cacchera.deciſi.Pedemonta.95. nu. 30.vbi de hoc omnium latiſsimè.

86 † Benè verum eſt,quòd alius licitè poteſt emere creditum mōtis huiuſmodi,neque per hoc talis emens diceretur illicitè facere aut uſuram committere,vt poſt alios tradit latè Laur.Rod.vbi ſupra,ver.nunc venio ad ſecundum,& latiùs Ambr.à Vig. in d.c.ſalubriter.nu.67.& ſeq.Lapus allegat.137.nu. 12.

SVMMARIVM.

87 *Mutuans aſſecurando pecuniam, & pro periculo recipiens lucrum, ſi non conſtat quo animo mutuo dederit nunquid vſurarius ſit cenſendus.*

88 *Dictio quoque eſt implicatiua,item repetitiua ſimilium etiam intelligitur ratione ſubiecti,nu.94.*

89 *Actus duo quando incontinenti reperiuntur facti, unus alterius contēplatione cenſetur factus, & actus, qui incontinēti ſequitur in actu præcedenti uoluntatem declarat.*

90 *Capitulum Nauiganti,eſt correctorium,& derogatorium iuris ciuilis.*

91 *Contractus in dubio nunquam præſumitur vſurarius,ſed iuſtus,& licitus,quod tamen aliud eſt in animæ iuditio.& nu.93.*

92 *Statutum aut lex efficere non poteſt,ut contractus dicatur vſurarius ex aliquo facto,qui uerè uſurarius non ſit.*

95 *Emi poſſunt licitè granum,vinum, oleum, & aliæ merces præſenti pecunia tradendę ad certum diem minori pretio,quàm ualerent tēpore cōtractus,ubi dubiū eſt an ſint pluris, uel minoris ualiturę tēpo*

re

re traditionis ſecus aliter.

96 *Contractus dicitur licitus, quando emitur ab eccleſia ad uitam annuus redditus, licet emptor ſuperuiuat tanto tempore, quòd fructus percepti excedant ſolutum pretium.*

97 *Vendens, uel alio modo tradens Monaſterio Oues reddentes ſolidos 4. in anno, ſed cum pacto, quod recipiat 2. toto ſuæ uitæ tempore, & Oues moriantur, licitè facit.*

98 *Emptionis contractus ad uitam illicitus, quando non ſit factus ſecundum probabilem, & uériſimilem coniecturam uitæ.*

§. 4.

ET vt demum ad text. reuertamur, in illis uerbis ibi *Non aliter mutuaturus.* colligitur, quòd creditor recipiens aliquid ultra ſortem eò, quòd ſuſcipit in ſe periculum pecuniæ mutuò datæ non aliter mutuaturus eſt uſurarius, & ſic iſte text. loquitur, quando apparet credi-
87 torem non eſſe aliter mutuaturum. † Sed quæritur modò, quid in dubio cenſendum ſit, uidelicet, quando mutuans aſſecurando pecuniam mutuatam, & ꝓ periculo recepiſſet pretium, non tamen conſtaret quo animo, aut qua intentione mutuò dederit, & an eſſe aliter mutuaturus, uel ne, nunquid uſurarius ſit cenſendus? Hanc difficultatem uideo excitatam per Corneum, in l. ſi paſcenda. C. de pac. ubi tradit talem mutuantē in dubio iudicari uſurarium à Pōtefice, & ſic quod Decretalis huiuſmodi de eo loquatur, mouetur ipſe per illud uerbum cēſendus poſitum in hoc tex. cuius proprium eſt iudicare præmiſſa deliberatione, gl. in cle. 1. de conceſ. præbend. in uerſic. cenſemus, & ſic illud uerbum cēſemus relatum ad mutuantem exponēdum ſit, ſcilicet iudicādus, & præſumēdus, mouetur etiam per illam dictionē. Quoque poſi-
88 tam in hoc tex. in ſecundo reſponſo, uerſ. ille quoque, † q̄ eſt implicatiua ad caſum præcedentem, hęc enim dictio implicat, Bar. in l. Labeo ubi Iaſ. nu. 12. ff. de pact. Auguſtin. Beroius hic, nu. 21. intelligens, quòd ipſa hoc modo ueniat implicando, ut ſcilicet, ille in ſecundo reſponſo nō reputetur uſurarius in dubio, qui dat x. ſolidos, ut alio tempore totidem ſibi grani, uel olei menſuræ reddat, quæ licèt tunc plus ualeat, tamē uériſimiliter dubitaī, utrū ſolutionis tēpore plus, vel minus fuerint ualituræ licèt poſſet eſſe, q; iſte contrahens haberet prauam intentionem, ut inferius dicetur, & tamen in pręcedenti caſu primi reſponſi iudicatur uſura-

ri u s,

rius etſi haberet bonam intentionem,& ſic,quòd iſta dictio impli cet ſimilitudinem quandam in facto,demonſtret tamen diuerſita tem in iure.Pontifex ergo,qui diuinare non poteſt cap.vt noſtrũ vt eccleſiaſtica benefic.ſine diminut.confer.& corda hominũ nõ noſcit;ex veriſimilibus,& a communiter accidẽtibus iudicat, & ideo quandoque fallitur,ca.à nobis. de ſent.excommu. quaobrẽ in dubio talem uſurarium cenſet,quàm ſententiam Corn.refert, & ſequitur Beneuenut.Stracca in tract.de aſſecura. in Præf.nume. 32.& ſeq.ubi illam latius comprobat,& declarat,inquit enim, ſe ad illã tenendã ſuaderi,ex quo in hoc tex. unica uerborũ ſtructu ra,& una met clauſula determinatum eſt,videlicet,quòd vſurariꝰ ſit cenſendus mutuans nauiganti certam pecuniæ quantitatẽ, eo quòd ſuſcipit in ſe periculum,recepturus aliquid vltra ſortẽ,qui bus omnibus eodem tempore interuenientibus Pontifex ſtatuit,
89 & iudicat, ad quod allegat eam communem † regulam,ꝙ quãdo duo actus incontinenti facti reperiuntur,unus alterius contẽpla tione factus cenſetur Bal.in l.petẽs,colum.pen.C,de pac.& actus qui incontinenti ſequitur in actu præcedẽti voluntatem declarat l.ſi ventri.§.in bonis,ubi gl.ff. de priuil.credit. & tradit ibi Barto. Alex. conſi.25. viſo, colum.pen.lib. 2.Dec.conſi.245.nu.5.cum alijs,de quibus per Tiraq.in l.ſi vnquam,ver.donatione largitus, nu. 116.& ſeq.C.de reuoc.dona.& de hoc Crauet. conſi. 106. nu. 9.& ſeq.& conſi.298. col.ult. Et niſi hæc interpretatio fieret, ut hæc decretalis procedat etiam in dubio,uana & ſuperflua,ut ipſe dicit redderetur eius expoſitio,quia rarò,aut nunquam in propo ſita ſpecie vſurarius conuinceretur,cum tamen ad eam ſic facien dam hæc ætas noſtra corrupta debeat nos impellere, in qua chari tas in mutuãdo gratis eſt mortua, ut ſcriptum reliquit poſt alios Caccialup. in l.1.nu.40.C.de ſum. Trinit.nec præſumendum eſt ꝙ fœnerator gratis mutuò det Bald.conſi.229.lib.2. Crauet.con ſil.73.num.16.

Sed pro reſolutione huius difficilis q.repetenda in primis cen ſeo tradita ſuperius in præfatione, diximus enim de iure Cæſarũ permitti nauticum, vel quaſi nauticum fenus vſque ad vſuras cẽ teſimas; & quòd huic ciuili depoſitioni ita permittenti per leges Pontificias,& ſic per hanc decretalem non eſt derogatum, niſi in eo caſu tantùm quando nauticum fenus,vel vſura principaliter, & immediatè reſpiceret mutuum,attento eius communi intelle ctu ſuperius relato ita ſe habenti,videlicet,quando mutuans non aliter mutuatꝰ ratione mutui & periculi ſuſcepti aliquid vltra

ſortem

ſortem deduxiſſet in pactum, ex quo ſuccedit, quòd eius diſpoſitio cenſeat, ideſt ſtatuat & decernat uſurarium, quando apparet illũ ratione mutui & periculi ſuſcepti aliquid ultra ſortem ſtipulatũ fuiſſe, & ſic ꝙ Pontifex loquatur in caſu claro, non autẽ in
90 dubio. † Cum ergo, ut uides, Decretalis huiuſmodi ſit correctoria, & derogatoria iuris ciuilis, meritò in ſuo tãtùm caſu intelligenda. Cæterum extra hunc caſum expreſſum debebunt remanere, & attendi ueterum leges Cõſtitutionumq; diſpoſitiones, arg. tex. in l. præcipimus, in fi. C. de appella. c. 1. de conſtitutio. 6. quod enim nõ mutat, cur ſtare prohibetur ut dicit in §. vlt. Auth. de admi niſtra. offic. colla. 1. l. ſancimus, C. de teſta. l. 1. ff. de au. & argen. lega. Quibus ſic ſtantibus abſolutè retinebis, in dubio nõ cẽſeri vſurarium mutuantẽ, qui dum aſſecurauit pecuniam mutuatam, & pro periculo recepit pretium, non apparet an aliter eſſet mutaturus, & ſic quo animo mutò dederit, quã opinionem tenuit etiam Pet. Santen. Luſita. in tract. de aſſecurat. par. 1. nu. 23. licèt ibi eam uideat reſtringere, ut non procedat in ſolito fenerari, quod tamẽ eſt contra glo. in l. rogaſti. uer. ſi tibi condici. ff. ſi cer. pet. atq; hoc tenet ſimpliciter Crauet. conſ. 145. num. 33. & pro iſta ſententia facit ibi dictum Bal. circa fin. dum tradit ꝙ in dubio nunquã præ
91 ſumitur cõtractus uſurarius, ſed iuſtus & licitus, † & ſequitur ibi Iaſ. num. 5. ubi allegat hanc decretalem in ſecundo reſponſo, ſequitur Dec. conſ. 167. col. ver. ſed prædictis Crauet. conſ. 48. nu. 8. & conſ. 145. nu. 2. & conſ. 156. nu. 1. cum alijs, de quibus per Tiraq. in 2. lib. Ret. ad fi. num. 127. & ſeq. & glo. hic dicit iſtam interpretationem in re dubia magis amplectendam, cum ſit in mitiorem partem, facit, ca. 2. de reg. iu. 6. l. interpretatione. ff. de pœn. l. Arrianus. ff. de actio. & oblig. cap. ex literis de qrobatio. Non obſtant modò fundamenta adducta per Stracccham, & primò ꝙ Pontifex unã met clauſula, unicaq; uerborũ conſtructione determinet talem mutuantem uſurarium, & ſic quòd his omnibus interuenientibus illum iudicet & præſumat. Quia reſpondetur huiuſmodi fundamentum ceſſare, ex quo tex. iſte iuxta cõmunem intellectum non habet, pręſumere, ſed ſtatuere & decernere, quãdo apparet non aliter eſſe mutuaturum. Non obſtat etiã, dum dicitur illam interpretationem admitti debere, ne diſpoſitio huius Decretalis reddatur ſuperuacua maximè propter mala tempora, quibus uerſamur. Reſpondetur enim, ꝙ licèt uerum ſit hanc noſtram ætatem corruptam eſſe, ita ut quælibet interpretatio inueſtigari deberet ad iſtas uſuras nimium hodie præfocantes extinguendas n-

guendas,non ſequitur tamen per hoc ad intelligẽtiam huius tex. ut in eo Summ. Pont. talem mutuantem in dubio iudicet vſurarium.

92 † Quinimo lex aut ſtatutum facere non poteſt, ut contractus dicatur vſurarius ex aliquo facto,qui verè vſurarius non ſit Caſt. conſi.210.viſis,& ponderatis col.1.ad fi.lib.2.Corne.conſi.328. col.pe.lib.1.Canoniſtæ in c.eccleſia Sanctæ Mariæ vbi Dec. colũ. 16.de conſtitu.Crau. conſi.48. num.7. & quamuis in mutuando gratis charitas dicatur mortua,& re,uera lucrum fuerit conuentum principaliter ratione mutui,cum tamen non appareat,nihilo minus aduertere debent illi mutuantes, quòd etſi non cenſeãtur vſurarii in foro contentioſo,ſed in eo pertranſeant impuniti,attamen ſecus erit in foro fidei & conſcientiæ, in quo Deũ habebũt vltorem,qua de cauſa ſatis dicentur puniri iuxta verbum Domini.Quid prodeſt homini ſi uniuerſum mundum lucretur animæ verò ſuæ detrimentum patiatur?de quo Matt. 16. Nec ꝙ dicitur ſupra,in dubio contractum vſurarium non præſumi,ſed admitti interpretationẽ debere in partem mitiorem,non procedit in ani-

93 mæ iudicio,† quia circa hoc diſponitur contrarium vt per Abb. hic nu.9.dum ſoluendo contrarium gl.ſuperius relatæ inquit,in foro animæ interpretationem potius fieri debere contra eum; cũ illa paraſit benignior,& tutior,tradit Fel.in c.in præſentia, nu. 18. de proba.Marſilius ſin.151.ſemper.In obſcuris Catel.Cot.in Memorial.ver.delictum Alciat.de præſump.Reg. 3.in prin. Crauet, conſi.57.nu.6.Aegi.Boſſ. in tit.de Remed.& ſola.clerico.num.6. Et quòd in foro animæ cõtractus inducetur vſurarius tradit Bal. conſi.453.committere &c.in fi.lib. 3.Crau.conſi.48.nu.8.

Non obſtat etiam quod dictum eſt à Corneo de illo verbo cenſendus.Quoniam illud uarias habet ſignificationes, vt tradit glo. in clem.1.de probatio.ver.cenſemus, & ſemper intelligitur ratio

94 ne ſubiecti.†Idem etiam dicitur de illa dictione Quoque,de qua per glo.in l.cum cauſas.ff.de condi.& demonſt.Soc.in l.creditor, nu.6.ff.ſi cer.pet.Præterea iſta dictio Quoque eſt repetitiua ſimilium.§.actionum quoque,& §.pœnales,inſt.de acti.Vnde hoc potius faciet pro cõcluſione noſtra ſuperius firmata,& ſic retorquebitur argumentum hoc modo inducendo.Cum enim Pont.in ſecundo reſponſo repetat exemplum, per quod in dubio quis non iudicatur uſurarius,prout ſupra dictũ eſt,neceſſe eſt quod in primo reſponſo aliud ſimile ſuppoſuerit,licèt ibi in contrariũ exprimat caſum clarum ut dicitur, & videtur velle hoc Petr. Santerna

vbi

vbi ſupra nu.20.Sed quoniam hæc eſſet potius diuinatio ad tex. ideo omiſsis huiuſmodi inductionibus retinebis caſum in ſecundo reſponſo relatum eſſe diuerſum ab eo, qui in primo recenſetur, quemadmodum verba ſonant,& litera iacet.Neq; obſtabit illa dictio.Quoque,nam cum intelligatur ratione ſubiectæ materię vt dicitur,non erit inconueniens,ſi hac de cauſa quandoque impropriabitur,arg.l.ſi vno.in prin.ff. loca. cum ſim. Et quòd facti ſpecies in ſecundo reſponſo allata ſit diuerſa in totum ab ea, de qua in primo reſponſo habetur pro eius explicatione illam aggrediar inquit enim Gregorius Sum.Pont. *Ille quoque qui dat 10. ſolidos,ut alio tempore totidem ſibi grani, uini,uel olei menſuræ reddantur, quæ licèt tunc plus ualeant,utrum plus uel minus ſolutionis tempore fuerint ualituræ ueriſimiliter dubitatur, non debet ex hoc uſurarius reputari.*

Hactenus Decretalis,quæ vt vides recenſet caſum diuerſum à primo in facto & in iure,ex primo enim,vt ſæpius dictum eſt.colligitur,quòd Pont.vſurarium cenſet eum, qui mutuo dat nauigãti,& cum qui ſuſcipit in ſe periculũ,& recipit aliquid vltra ſortẽ.

95 † Ex iſto uerò ſecundo reſponſo deducetur,quòd licitè quis, & abſque vſurarum labe poteſt emere granum,vinũ,oleum,& alias merces ſtatim pecunia numerata, ſed tradendas ad certũ diẽ, minori pretio,quàm valerent tempore contractus, ubi dubiũ eſt an ſint pluris vel minoris ualituræ tempore traditionis,ita adnotarunt Doctores hic,tradit Anto.Burgenſ.in c.cum dilecti,num. 37.& ſeq.de empt.& vend.Secus ergo ſi tempore,quo fuiſſet mẽſurandum granum,vinum, & aliæ merces ſciretur illas plus ualituras,vel etiam communiter ſolerent plus valere,vt quia conueniſſent granum puta in Paſchate menſurandum,tunc enim contrahens vſurarius cenſeretur Hoſtien.in Sum.eod.tit.§.aliquo,ver. 4.Ioan.And.hic Lauren.Rodulf.vbi ſupra par.2.q.29.nume.44. rationem dicit Hoſtien.quia ſecundum communem, & ſolitum curſum fori regionum omnium,qui ſpectandus eſt,l.j. in prin.ff. de flumin.granum ſolet eſſe charius in Paſchate, quàm tempore meſſium,& licet quandoque contingat cõtrarium,reſoluit tamẽ, ꝙ ea,quæ raro accidunt contemnunt legiſlatores,l.nã ad ea,ff. de leg.ſequitur Ambroſ.à Vigna.in d.c.ſalubriter nu.83.Guido Papæ in tracta.de contract.illici.nu.11.Rurſus Doctores tradunt diuerſam eſſe rationem inter iſtos caſus huius tex. & in primo dicunt,ideo uſurarium cenſeri,cum loquatur de mutuo uſuræ magis proximo, quam alii contractus, in eo quippe vitium vſurarũ

non

non purgatur, licèt periculum ad creditorem pertineat, nam mutuans ex intentione ſemper agit ſortem integram vna cũ lucro ad ſe redire, ideo illud illicitum, quamuis periculum ſuſcipiat. Sed in ſecunda caſu licitè quis facit, cũ loquatur de emptione, in qua licèt re ipſa & impropriè vſuram contrahi dici poſsit, tamen quo ad ſui formam & propriè non cõtrahitur, in illa enim dubius euẽtus, vt in certitudo tollit vitium, ſeu præſumptionem vſuræ, quæ rationes aſsignantur per Beroium hic nu. 14. ex mente Alber. in l. iubemus, num. 14. C. de ſacroſanct. eccleſ. Dec. conſi. 123. perlectis &c.

96 † Et per iſtas diuerſas rationem inferebant relati Doctores, ꝙ ratione illius incertitudinis dicatur licitus contractus eius, qui annuos redditus vel aliud emiſſet, puta ab eccleſia ad vitam, licèt ſuperuixerit tanto tempore, quòd fructus percepti excederent ſolutum pretium, de quo Alex. poſt Caſt. in l. de fideicommiſſo. C. de tra nſac. Hoſt. in Sum. eo. tit. §. in aliis autem, ver. quid de his Oldra. conſi. 207. vniuerſis, Bald. conſi. 332. & quod d. Annus lib. 1. Raph. Cum. conſi. 171. Proponitur Caſt. conſi. 19. pręſens dubium Geminianus conſi. 302. Ego hunc contractum Laur. Rodulf. vbi ſupra par. 2. q. 11. nu. 22. Dec. latè in d. l. de fideicommiſſo Boer. Deci. 44. nu. 37.

97 † Similiter econuerſo, vbi quis vendidiſſet vel alio modo tradiderit ad ſuam vitam Monaſterio, puta oues reddentes pro qualibet ſolidos 4. in anno, ſed cum hoc pacto, quòd pro qualibet recipiat in anno duos ſolidos toto vitæ ſuæ durante tẽpore, & licèt omnes moriantur nihilominus remaneat obligatum Monaſteriũ per totum illud tempus, ac ſi omnes viuerent, cũ tamen poſt eius mortem omnes ad Monaſterium liberè pertinere debeãt, ẽt ſi numerus foret multiplicatus, in huiuſmodi enim caſu tradunt Doctores contractum licitum eſſe, vt dicit Hoſt. vbi ſupra ver. quid de his qui oues &c. tenendo quod in eo caſu monaſterium nõ habeat reſtitutionem in integrum, quamuis mortalitas omnium ſequeretur, niſi illæ tempore traditionis fuiſſent infectæ, & ad mortẽ paratæ, neque aliter Monaſterium aduertiſſet, vt per eũ, ſequitur Laur. Rodulf. vbi ſupra par. 2. q. 21. nu. 35. D. Antoni. in Sum. tit. de vſur c. 39. nu. 41. Illicitum tamen reputari nec ualere contractum tradũt Doctores vbi in eo interueniat mutuum, vt quia conuentum eſſet pretium reſtitui debere, & infra certum tẽpus recedi à contractu, iſte enim modus mutuum reſpicit, ut latè probat Deci. d. conſi. 123. col. 1. & quid tali caſu cõtractus illicitus re

putetur tenuit Oldrad.d.conſi.207.Bal.conſi.18. inſtrumentum ſic dicit,lib.j.Roman.conſi.423.pro pleniori,in tertio dubio. Deci.in d.l.de fideicommiſſo,Boer.deciſ.44.nu.35. rationem dicũt, quia in caſu iſto incertitudo vitæ non tollit vitiũ,& præſumptionem vſuræ, nam in contractu emptionis non repetitur pretium, quod datum eſt,ſecus in mutuo,in quo reſtituitur quantitas mutuata.

98 †. Similiter non valeret & illicitus reputaretur contractus emptionis ad vitam, quando non eſſet facta ſecundum probabilem, & veriſimilem coniecturam uitæ,Bal.in l.ſi ea pactione.C.de vſu. & in l.ſi pater puellæ.C.de inof.teſtam.vbi Iaſ.in fi.Dec.in d.cõſi.123.& in d.l.de fideicommiſſo,Boer.vbi ſupra. Quomodo autem debeat probari valor annui redditus,vel alterius rei ad vitam emptæ ad hoc,vt dicatur ſecundum probabilem, & veriſimilem coniecturam vitæ iam dictum eſt,poſt Cou.li.3.var.reſo.c.9.nu. 7.Pinel.in l.2.par.3.c.vl.nu.3.C.de reſcin.vend.

Vlterius Dec.d.conſi.123. dicebat ſuprad. contractum annui redditus ad vitam illicitum eſſe,quando emens eſſet ſolitus fœnerari,allegat Old.d.conſi.207.Bal.conſi.434.& conſi.18.lib.1.Roman.d.conſi.423.Idem quoque dicit, quãdo certus eſſet annuus redditus,& ſciretur quantum ſingulis annis perciperetur,& quãto tempore percipi poſſet,quia tunc illicitus reputaretur, allegat Io.And.in Add.Spec.ſuper Rub.de vſu.Io.de Ana.in d.c.in ciuitate poſt Anch.ibi Caſt.d.conſi.19.quibus adde Lau.Rod.vbi ſupra par.2.q.11.nu.21.

Sed aduertendum eſt,quia non credo per iſta duo emptionem annui redditus,vel alterius rei ad vitam reddi illicitam, ſiue enim quis eſſet ſolitus fœnerari,ſiue certus ſit annuus redditus, non ꝑ hoc credo emptionem huiuſmodi vitiari, vt enim dicitur ſupra in l.2.C.de pac.inter empto.& vendito.in iſto annuo redditu, vel alia re empta ad vitam multa debent tollerari,poſtquam cum vita ementis ſors pretii exburſati extinguitur.

Similiter dicebat Couar.lib.3.var.reſol.cap.9.nu.7. frequẽtiſſimè obſeruari, vt iſti annui redditus ad vitam ſint ad rationem vnius pro octo,& ſic percipiantur duodecim pro centũ quolibet anno.Huiuſmodi ergo duo dicta Dec.non poterunt verificari in hac emptione ad vitam, ſed locum ſibi vendicabunt in emptione annui redditus perpetui,vel redimibilis, de quo dictum eſt ſatis. Vides ergo ex prædictis cauſa incertitudinis emptorem licitè facere, quando emiſſet merces ſtatim pecunia ſoluta tradendas ta-

men ad certum terminum minori pretio, quam ualerent tempore contractus.

SVMMARIVM.

99 *Alexandri III. Pont. uita, ſeu elogium.*
100 *Pecunia tardius, & in futurum ſoluenda minoris æſtimatur, quàm præſens: & qualiter intelligatur. num. 106.*
101 *Mercatoribus licitum eſt lucrari in ſuis negotijs, & quo procedat. num. 108.*
102 *Venditor poteſt ſe indemnem ſeruare, & qualiter intelligatur numero 109.*
103 *Valet tantùm res quantùm uendi poteſt, & qualiter intelligatur numero 110.*
104 *Contrahentibus licitum eſt in pretio ſe circumuenire etiam de iure canonico, ſed qualiter intelligatur. num. 111.*
105 *In uenditione ad tempus intelligitur uſura exceſſus tantummodò iuſti pretij.*
107 *Vendi & emi ad tempus carius, & uilius quando liceat.*
112 *Reſcindi debet contractus emptionis etiam ſi læſio interuenerit intra dimidiam, quando fuerit dolo, & propoſito lædentis.*
113 *Cautela Ananiæ pro reſcindendo contractu emptionis, etiam ſi læſio ſit ultra dimidiam, reijcitur.*
114 *Læſio eadem in eccleſiaſticis, quæ in laicis.*
115 *Singulare Anch. credentis deceptionem tolli etiam ſi læſio non excedat dimidiam, quando quis ob neceſſitatem uilius uendit, uel carius emit, reijcitur.*
116 *Pretium iuſtum rei quale conſtituatur.*
117 *Si uendantur res non conſiſtentes pondere numero, & menſura contractus non eſt uſurarius.*
118 *Mercatori licet rem uendere ob dilatam pretij ſolutionem carius iuſto pretio, quando dubium eſt, nunquid merces uenditę plus minusve ſolutionis tempore eſſent ualituræ, & quando non eſſet aliàs venditurus, de quo. num. 120.*
119 *Pactum quando ſe habere poteſt ad lucrum, & damnum propter dubium euentum ſuſpicio uſurarum remouetur.*
121 *Contractus eſt illicitus, quando merces uenduntur pretio, quo pluris ualerent à tempore contractus uſque ad terminum datum ad ſoluendum.*
122 *Mercator poteſt, licitè uendere merces pretio quo ualebunt die uſque*

ad quem erat ſeruaturus.

123 *Frumentum uetus licitum eſt dare in permutationem noui, & qualiter.*

124 *Scrocchi Barocchi Retrangoli nomina furiarum, & demonum acriter damnatur, & qualiter fiant.*

125 *Pęna in exercentes Scrocchi Barocchi, & Retrangoli.*

126 *Mercatores corradentes nomina debitorum nunquid licitè honeſteque faciant.*

127 *Caietani doctrina reijcitur dum pagas Montis virides, & acerbas tradit minoris, & uilibus abſolutè emi poſſe.*

128 *Vendere carius ad tempus nunquid liceat ratione intereſſe ipſius uendentis.*

129 *Vendere carius ad tempus licet, ſi in loco non inueniantur emptores qui præſenti pecunia emat.*

130 *Vendere carius ad tempus nunquid liceat, ſi uenditio in ementis utilitatem cedat.*

131 *Vendere carius ad tempus nunquid liceat, ſi merces fuerit in melius immutata ratione rei loci aut temporis.*

§. 5.

SEd quæritur modò, quid in uenditore, nunquid etiã ipſe ratione huius dubij licitè faciat, quando uendit ſuas merces carius data dilatione ad ſoluendum, quàm ſi ſtatim pecunia numeraretur, quæ difficultas ueniet reſoluenda, cum explicatione tertij reſponſi huius Decretalis: inquit enim Summus Pont. *Ratione huius dubij etiam excuſatur, qui pannos granum, uinum, oleum, uel alias merces uẽdit, ut amplius, quàm tunc ualeant, in certo termino recipiat pro eiſdem, ſi tamen ea tempore contractus non fuerat uenditurus.*

Hęc ille. Sed circa declarationem huius tex. ſumẽda eſt alia decretalis, de qua ſupra, in cap. in ciuitate, ubi Alexander illo nomi-
99 ne III. ſed CLXXVI. in ordine Pont. Max. patria Senenſis Raynutij, T. gentis ſatis clarę atq; honeſtæ, vir alti conſilij maximiq; ingenij, & cuius Pontificatus plurima, & illa quidem memorabilia cõtinet, quãdo ſub ei⁹ adminiſtratione Chriſtiana Reſp. quatuor Schyſmaticis Pontificibus, ut uocant, ſeu potius Tyrãnicis perturbationibus ualde fluctuans, fœliciter tãdem caput extulit; His Senatus Veneti, nec non aliorum Principum opera cum Federico Imperatore Pontificũ fatali perpetuoque hoſtæ Venetijs cõcilia-

tus,

tus, in ſede fuit redactus, & dum poſt lungas peregrinationes aſsiduoſque labores iam quieturus à tot curis atque moleſtijs videretur Pontificatus ſui anno 21. Romæ deceſsit, ſublatis prius cunctis ſeditionibus, quæ Romanam eccleſiam propè ſubuerterant, necnō in ius cenſus recepta Britanniæ prouincia, cuius titulum ſeu Regnū Henrico, & ſuis deſcendentibus conceſſerat. Concilium celebrauit iſte in Laterano, quo Chriſtianæ Reipu. varios motus componeret, atque aulæ corruptos mores refrenaret, Nam munus Pontifices eligendi fuit tunc temporis Cardinalibus tantum demandatum, excluſo prorſus ab eo Clero, PP. quem Roman. qui antea in electionibus huiuſmodi ſolebat quoque interuenire. Similiter in concilio ſtatutum fuit, vt ex Cardinalium votis duæ tertiæ partes ſufficerent ad Pont. Rom. aſciſcendum, atque hæc optimo inſtituto ne tot Schyſmis ſeu Tyrannis Petri, faſtigium agitaretur. Et Lucius hoc nomine III. fuit primus, qui ſecundum formam huiuſcemodi in Pont. Rom. eligeretur quamplures etiam decretales edidit Alexander, atque hanc præcipuè in vſurarios, quam Archiepiſcopo Ianuenſi mādauit, ſtatuēs mercatores illos, qui plus vendidiſſent ſuas merces data emptori dilatione ad ſoluendum, quàm ſi ſtatim pecuniæ ſolueretur, vſurarum labem incurrere, ita fuit communiter à DD. in cōpendium redacta. Sed eius hæc ſunt verba.

In ciuitate tua dicis ſæpe contingere, quòd cum quidam piper, ſeu cynamomum ſeu alias merces comparant, quæ tunc vltra quinque lib. non valent, & promittunt ſe illis, à quibus illas merces accipiunt ſex libras ſtatuto termino ſoluturos, licèt autem contractus huiuſmodi ex tali forma non poſſit cenſeri nomine vſurarum, nihilominus tamen venditores peccatum incurrunt, niſi dubium ſit mercès illas plus minuſve ſolutionis tempore valituras, & ideo ciues tui ſaluti ſuæ benè conſulerent, ſi a tali contractu ceſſarent, cum cogitationes hominum Omnipotenti Deo nequeant occultari.

Hactenus conſtitutio, quæ difficultates non paruas adimit, quando mercatores videbantur ratione crediti pretii poſſe rem carius vendere abſque ulla vſurarum labe aut ſuſpicione, idque pluribus
100 de cauſis, & primò, quia pecunia tardius, & in futurum ſoluenda minoris æſtimatur, quàm præſens expreſsè hoc apparet, in l. ſi cui. §. minus. ff. de verb. ſign. l. ſolidum. ff. de ſolutio. l. fideiuſſores in fin. ff. de fideiuſſori. quibus iurib. habetur, quòd plus eſt ſtatim aliquid dare, maius eſt poſt tempus dare, concordat. l. ſi prædio. §. 1. in fin. ff. de in d. addict. cuius auctoritate Bar. in l. a diuo pio. §. ſed ſi emptor. ff. de re iud. dicit vendere aliquid non præſenti pecunia, ſed ſolué-

da ad tempus eſt vendere pretio minori, quòd comprobarunt multi à Tiraq. relati in primo lib. Ret. §. j. gl. 18. nu. 35.

101 † Secundò illud facere in contrariũ videbatur, quòd ex quo licitum, & permiſſum eſt mercatoribus lucrari, quando ipſis negotiari permittitur, cap. fornicari. 88. diſt. gl. in Sum. 14. q. 3. & iam dictum eſt, ergo cauſa lucrifaciendi poſſent carius ad tempus merces ſuas vendere.

102 † Tertiò vrget, quia venditor poteſt ſe indemnem ſeruare. Vnde D. Thom. 2. 2. q. 77. artic. j. aſſerit poſſe ipſum pretio damnum reſarcire, quod patitur, ſi quidem propter illius dilatam ſolutionẽ multa ſubire poteſt incommoda, vt pote lucri ceſſantis, item periculum ipſius capitalis, quod ſibi fortè nunquam ſoluetur, ſimiliter periculum diſpendiorum atque expenſarum, quæ fortaſſe eſſent ſubeundæ pro ipſo pretio recuperando, qui periculorum metus videtur pecunia æſtimabiles, ergo, & eorum reſpectu videtur dicendum, quòd quis rem ſuam auctiori pretio ad tempus licitè vendere poſsit. quemadmodum credidit. Abb. hic, colum. pen. numero 15. item Ioan. Anan. num. 16. Conrad. de contract. q. 59. conclu. 3. Caieta. ſuper 2. ſecund. quæſt. 72. artic. 2. Ioan. Metin. in tract. de reſtitu. quæſt. 38.

103 † Quartò ſuadere aliud videbatur celebrata illa inter nos regula, quòd tantùm valet res, quantum vendi poteſt, de qua in l. j. §. ſi hæres. ff. ad Treb. vbi adnotat, glo. & in l. ſi ſeruus. ff. de condi. furti. cum alijs. Vnde mercatorum videbatur eſſe arbitrium pretia ſuis mercibus ſtatuere in venditione præſertim ad tempus, quando le-

104 ges expreſsè permittunt. † Quòd in pretio emptionis, & venditionis naturaliter liceat contrahentibus ſe circumuenire, ut dicit I. C. in l. item ſi pretio. §. vlt. ff. loca. & in l. in cauſæ, 12. §. idem Pomponius, ff. de minori. Bal. in rub. C. de contrah. emp. quæſt. 12. neque cauſa circumuentionis huiuſmodi reſcindi deberet contractus, niſi deceptio excederet dimidiam iuſti pretii in vẽditione pura, & ſimplici, de quo in l. 2. C. de reſcind. vend. & ibi notatur. Neque ſolum per iura ciuilia hoc diſponitur, ſed & per iura canonica, de quo in cap. cum dilecti, & cap. pen. vbi Canoniſtæ de empt. & vend. in venditione autem cum pacto reſolutiuo reſcinderetur contractus, ſi læſio excederet tertiam iuſti pretii in non ſolito fœnerari, quartam autem in ſolito, & ſic, vt vides de omni iure licitum eſt carius rem vendere, & vilius emere, commune enim omnium deſiderium a natura proficiſci videtur, (vt minus ille apud Auguſtin. 13. de Trinitate aiebat) magno vendere, & vili emere cui, & ſapiens conſonat

prouer-

prouerbiorum, 20. ubi ait malum eſt, malum eſt omnis emptor, & cum receſſerit, tunc gloriabitur, unde quæ dicta ſunt circa uenditores ad tempus, pari paſſu in oppoſitum currunt argumenta de emptores, qui ratione anticipatæ ſolutionis, prius quàm res ſibi tradatur uilius, & minori pretio emit. His tamen, & ſimilibus non obſtantibus contrarium decisum fuit per Alexandrum III. Summ. Pont. cuius deciſio poſt modum recepta, & declarata fuit per Gregorium IX. in hac noſtra conſtitutione, ratio aſsignari poteſt in huiuſmodi reſponſis, quia in eis agitur tantummodò de rebus conſiſtentibus pondere numero, & menſura, qua de cauſa præſumitur tunc contractus mutui uerus ſimulata uenditione, quippe merces huiuſmodi, puta, x. ualentes credito uendere xiij. perinde eſt ac ſi. x. ſtatim connumerata emptori mutuò dares ſub tiium fœnore, ut

105 inquit D. Tho. ſec. 2. q. 78. ar. 2. ad 7. Benè uerùm eſt, † quod in caſu huiuſmodi intelligitur uſura ratione illius exceſſus iuſti pretij, quem uenditores per hæc iura coguntur reſtituere, quò rediga tur contractus ad ęqualitatem. Quamobrem tenebitur emptor ſoluere pretium iuſtum prædictarum mercium attento tempore emptionis, nec ſatis erit reddere tantundem frumenti, uini, uel olei, cũ vſque ad iuſti pretij quantitatem uerè ſit dicendus hic contractus uenditionis, ut per Abb. hic, num. 2. Anan. num. 1. Sali. in Auth. ad hæc, nume. 9. Couarru. lib. 2. uar. reſolut. capit. 3. nume. 7. Stantibus modò déciſionibus huiuſmodi non obſtat in contrarium deducta.

106 † Et primò dum dicebatur pecuniam tardius, & in futurum ſoluendam minoris æſtimari. Quia reſpondetur præcitata iura ſupponere tarditatem ſeu anticipatam ſolutionem ex parte debitoris, qui aut in tẽpore deſtinato ſoluere detrectaſſet, aut antequam ceſsiſſet aut ueniſſet dies ſatisfecerit, ut colligitur in §. ſi quis agens uerſic. plus autem inſti. de actio. cap. 1. de plus petitio. quo accidenti ſeu reſpectu pretium illud, & minoris æſtimatur ratione interuſurij, atque etiam hodie æſtimaretur in eo caſu, quando ex parte creditoris conſideraretur aliquod intereſſe, ut tradit Alc. in d. l. ſi cui. §. minus. Sed in caſu noſtro aliud eſt dicendum, quando nulla eſt mora ſeu anticipata ſolutio tàm ex parte emptoris, quàm uenditoris. Quamobrem concludendum eſt, ex re ipſa, & ſui natura tantùm valere pecuniam præſentem, quàm abſentem, illamq́ue accidentariè creſcere propter illam moram, uel anticipatam ſolutionẽ, quod accidens ceſſat in caſu iſto, quando uenditor ſpontè diſtrahit, atquę conuenit de ſolutione ad certum tempus, ut inde carius uendat, &

ſic negatur, pretium in futurum ſoluendum minoris tunc ualere, quàm præſentaneum, ut oſtendit Soto lib.6.de iuſt.& iur. q. 4.ar.1.
107 col.2.† Illud tamen uerum exiſtimo, quòd ſi tractaretur de mercibus, quę in loco ſolent frequentius uendi pecunia credita, & quæ diſtrahi nequeunt niſi expectato pretio, quod ex mercibus ipſis cõficiendum reſtat, & ponitur exemplum, ueluti in maritimis mercibus, quæ niſi in magna copia aduehi non poſſunt, qua de cauſa nõ reperiuntur commodè emptores, qui ſtatim numerato pretio eas merces emerent, cum tamen inuenirentur facilius, & in maximum Reip. commodum, ubi fides de pretio haberetur. Aliud econuerſo patet exemplum in lanarum mercatu, nam cum, ut plurimum accidit, paſtores nequeant paſtum gregum redimere, niſi lanarum pretium ſibi anticipetur, apparet illud eſſe iuſtum, quod anticipatur, licèt minus ſit, quàm, quod dum traduntur, ualent. Vnde mercatores huiuſcemodi haud damnandos putarem, ſi merces tunc carius uenderent, uel uilius emerent, dummodò abſit dolus & fraus, de quo inferius latius dicetur, atque hoc etiam conſentit Soto li.6. de iuſt.& iu.ar.1.col.pen. & ſeq. Eo etenim caſu propter illam difficultatem emptorum, qui præſenti pecunia emant, necnon propter illam neceſsitatem, quam ſubeunt uenditores, ut ſibi pretia anticipentur minoris & pluris æſtimari debet præſens & abſens ſeu retardatum pretium, non ex reipſa & ſui natura ſed accidenti illo.
108 † Non obſtat ſecundò, dum dicitur mercatoribus licitum & permiſſum eſſe negotiari, ut inde lucrifaciant, quia ut reſpondet Dec. d.conſi. 111.col.2. & iam non ſemel dictum eſt, illud procedit dummodo ſe exerceant in negotio licito, ſecus aliter: ſed modus iſte illicitus reputatur, cum uſurariam prauitatem redoleat.
109 † Minus obſtat, dum tertiò dicebatur, uenditorem poſſe indemnem ſe habere atq; pretio damnum reſarcire, quod ſubit, ut pote intereſſe lucri, necnon periculi ipſius pretij, & expenſarum fortè erogandarum in recuperando pretio. Sed quò ad intereſſe hoc haberet locum quando ex parte emptoris mora adeſſet ſoluendi, quod promiſit, & ex parte uenditoris appareret de intereſſe. Sed in caſu propoſito cum ſit data dilatio ad ſoluendum, emptor non dicitur eſſe in mora pendente termino, ut de hoc tradit in l.curabit, C.de action. empt. Præterea, ut ibi quoque oſtenditur, non ualet, conuentio de certa quantitate ſoluenda pro intereſſe, & tamen in caſu iſto eſset intereſſe taxatum, cum pretiũ ſit certum, in eo tamen caſu puto, licitè poſse mercatorem carius ad tempus uendere, quã

do

do dum hoc vendit præ manibus haberet emptores, qui præſen-ti pecunia pro tanto emerent, quod omiſiſſet, facere, vt hic potius credita pecunia venderet, atque in hunc ſenſum accipiendi ſunt, & loquuntur Abb.Anan.& Salic.& Conrad.in contrarium ſupra citati, ſed de hoc latè quoque dicetur inferius. Et nota, quòd in caſu iſto non recipitur ratione lucri, ſed damni, quod paſſus fuit venditor, dum non vendidit numerata pecunia, vt dicit Sotus lib.6. de iuſti.& iu.q.4.artic.1.colu.3. Similiter non obſtat, quòd venditor ſubire poſsit periculum pretij, ex quo emptor effici poteſt non ſoluendo, vel quòd cum difficultate, & cum expenſis exigendum ſit; quia, vt reſpondet Dec.d.conſi.111.colu.2. non præſumitur, quòd efficiantur debitores inabiles ad ſoluendum, cum quilibet in futurum ditari poſsit, l.ſi defunctus. C.arbitr. tute.l.cura, §.deficientium.ff. de muneri.& honori. Præterea, vt ipſemet Dec. inquit, non agitur de ſoluentibus, quibus caſus, vel contumacia aliorum, non debet nocere, l.non debet.75.ff.de regul.iur.l.neque filius. C.de re.credi. alioquin etiam in mutuo ratione huius periculi vſura permitti deberet, quod tamen non eſt dicendum, & ſi cum expenſis vltra terminum recuperabit pretium, tenebitur emptor expenſas & damna reficeret, l.eum quem temerè.ff.de iudi.capit.finem litibus, de dolo & contumac. Non poterit ergo venditor ab emptore vltra iuſtum rei pretium exigere, nec recipere quicquam vltra iuſtum pretium ratione periculi & damni, quod ipſe ex venditione veretur ſubire, niſi ad preces emptoris vendiderit, alioquin non venditurus, vt ſcribit D.Thom. quem Sylueſtr.ſequitur in Summ.verſi.emptio. quę.6. atque hoc etiam tenet Conrad.de contract.qu.59. Soto libr.6.de iuſt.& iur.q.4.articu.1.colum.3. vbi reprobat Ioan. Metin.in contrarium allegatum.

110 † Non obſtat dum vltimò opponebatur de illa vulgata regula, quòd tantum res valet, quantum vendi poteſt, quia vt dicit gl.paſſim ab omnibus recepta in l.pretia rerum, in princ.verſi.funguntur, ff.ad l.Falc. intelligitur hoc, dummodo fiat venditio communi iuſtaque æſtimatione ac pretio.

111 † Minus obſtat, quod in pretio emptionis ac venditionis naturaliter liceat contrahentibus ſe circumuenire, & in venditione ſimplici & pura tolleretur deceptio, ſi non excedat dimidiam iuſti pretij, in venditione autem cum pacto redimendi vſque ad tertiam in non ſolito fenerari, in ſolito autem vſque ad quartam. Quia, vt colligitur ex gloſſ.1.in d.ca.in ciuitate.ab omnibus recepta hoc procedit in terminis ſuis, videlicet quando venditio non eſſet facta carius

rius

rius ratione dilatæ ſolutionis, prout eſt caſus noſter, in quo hac de cauſa contractus præſumitur vſurarius, ſi contineat res conſiſtentes pondere, numero & menſura, prout diſponunt Conſtitutiones huiuſcemodi; Secus ergo eſſet, vbi venditio fieret præſenti & numerata pecunia, & eo maximè, quando venderentur res, quæ non reciperent functionem in genere ſuo, prout ſunt immobilia, quia tunc, vt contractus remaneant in ſuo robore, venditio non poſſet argui de vſura, neque alio modo irritari quantumuis eſſet facta carius vſque ad dimidiam iuſti pretij. Et quo ad immobilia nō poſſet dici vſuraria etiam, ſi cariori pretio fuiſſent vendita propter eius dilatam ſolutionem, vt de hoc inferius tradetur. Illud tamen non omittam, venditionem illam cariori pretio factam, quantumuis præſenti pecunia celebraretur inhoneſtam eſſe, & contra præcepta iuſtitiæ cōmutatiuæ, atque non mirum ſi ea de cauſa à Theologis, necnon etiam Iuriſtis & Canoniſtis magis communiter in foro, quem conſcientiæ aiunt, damnetur de iuſtitia atque iniquitate cum nexu reſtitutionis, & ob id iura illa hoc permittentia ab eis acerrimè improbentur tanquam inhoneſta atque iniuſta, de quo per gloſſ. in l. ſemper in coniunctionibus 158. ff. de regu. iur. Alberi. & Bal. in d. leg. item ſi pretio, §. vl. Salyce. in d. auth. ad hęc q. 21. Cępol. in tract. de ſimula. contract. in 2. præſump. colum. 3. Aret. con ſil. 92. viſo legato, colum. 2. Romano. ſingula. 758. tuſcis Gherard. ſingul. 22. Iaſ. in l. ſi quis in conſcribendo, colum. 2. in 4. nota. C. de pact. & in l. ſi quis cum aliter, colum. pen. ff. de verb. oblig. & in §. ſed iſtæ, colum. 20. num. 107. ver. & aduerte inſti. de actio. & in l. quoties colum. 5. uer. 2. principaliter. C. de re. vend. Dec. d. conſ. 111. colum. 2. Arri. Pinel. in l. 2. par. 1. cap. 1. num. 25. C. de reſcin. vendi. quæ ſententia apud eos tanquam verior & communior recipitur, vt per Tiraque. in tract. d. leg. connubial. leg. 9. num. 11. vbi plures in id citat, atque improbat aliquos contrarium ſentientes, in quorum numero fuit gloſſ. in ca. ſi cupis, ver. non malum, 16. quæſt. 1. quæ dicit, in contractibus decipere non eſſe peccatum per cap. Innocen. 22. quæſ. 4. Similiter Ioan. Crotus in ca. vt animarum per illum tex. in princ. de Conſtitu. libr. 6. approbat contractum huiuſmodi in foro animę, ne homines decipiantur legis clypeo contra l. 1. in fi. C. de his qui veni. æta. impet. & cap. de viduis 27. q. 2. facit l. Gracchus, C. ad l. Iul. de adult. & hoc quoque videtur ſenſiſſe Bald. in cap. ſi proponente de reſcrip. Anch. in regu. peccatum in 4. concluſ. princ. de reg. iur. 6. Barbat. in cap. 1. de emptio. & vendit. Aret. in cap. cum cauſam de teſti. & in l. ſi quis cum aliter, colum. penul. ff. de verb. oblig. Dec. in d. l. ſemper, in fin. ff. de reg. iur.

Sed

Sed a priori ſententia non eſt recedendum,quemadmodum oſtẽ dit Tiraq. qui etſi nõn reſpondeat ad argumentum pro contraria parte excitatum, videlicet dum aſſerunt excuſari in animæ iudicio, nec decipiantur legis clypeo,& iam celebre eſt aliud axioma, quòd qui peccat legis auctoritate, non peccat, ſed qui contra legem, vt D.Auguſtin.contra Pellicianum ait, quod habetur 23.q.4.ca. Qui peccat,quia,vt reſpondet Soto:lib.6.de iuſt.& iur.q.3. arti.2.col.5. deluſoria eſt hæc citatio,cum intelligatur illud de lege iuſſoria, ſecus autem de permiſſoria,nam ille,qui agit,quod lex iubet,non peccat, prout ille, qui agit, quòd lex humana impunè permittit, alioquin meretrices,quia lege permittuntur,non peccarent,vnde Chryſoſtom.vt habetur 33.quæſt.2.hac ratione, quod permittimus, inquit,nolentes præcipimus,quia malas hominum voluntates ad plenum prohibere non poſſumus. E canoniſtis modò tenuerunt quamplures illam communem ſententiam, de quo per Innocen.in hoc cap.in ciuitate in princ.vbi etiam Anton.Butr.in verſicu. venio ad glo.Abb.num.6.Anani.colum.4.num. 16.verſicu. utrum autem poſsit Archid.in cap.hoc ius, colum.4.10.q.2.& in d.capit. ſi cupis Anton.Butr.& Burgenſ.in cap.cum dilecti vbi,Henric. colum.pen. de emptio.& vend.Abb.poſt Anton.Butr.in cap.quia plerique,q.5. de immu.eccle.Federic.Scnẽſ.conſi.21. nunquid hæres Bald. in c. cum cauſa vbi,Imo.de teſti.Nauar.in cap.qualitas,de pœniten.diſt. 5.nume.45.& ſeq.& in cap.nouit.6.notab.corrola.9.de iudic.apud quos ſententiam huiuſmodi communiter receptam aſſerit Gomeſ. in capitu.2.num.5.de conſtitutio.6.Couar.lib.2.var. reſol.capit.4. num.11. E Theologis autem comprobarunt hoc D.Thom.ſec.2. q.77.art.1.vbi Caietan.Scotus in 4.ſent.diſt.15.q.2.artic.2. conclu. 3.cum quo è recentioribus pertranſit Gabriel.Biel.in eadem diſtin. 15.q.10.art.2.concl. 2.vbi allegat Ioan.de Ligna. & Calderin.idem tenentes,vti verè hoc tenent in hac noſtra conſtitutione, ſequitur Ioan.Maior.q.46.verſic.8.arguitur D.Antoni.in 2.par. Summ.tit.j. cap.16.verſi.quantum ad tertium principale, colum.3.& 5. reprobans ibi Durandum ordinis minorum,qui in ſua Summa tenuit cõtrarium, ſed de eo mirari non debemus, quandò ex profeſſo animum ad ſcribendum appulit,vt cæteris contradiceret,& præcipuè Do.Thomæ,ſed in veram ſententiam iuit D.Bernardin. in libro de Euangel.Etern.Sermon.31.art.1.cap.2.& iterum Sermon.35. chart. vlt.verſic. circa hoc autem notandum eſt Adrian. Florentin. in ſuis 4.ſent.Q.Q.omnium latiſsimè Conra.de contract.quæſt.57.Alfonſus à Caſtro,lib.2.de poteſta.leg.pen.cap.10.Fallent.3.Ioan.Metin.

de

de reſtitut.q.3 3.& ſeq.Sylueſt.in Sum.ver. emptio.q.8. atque apud eos communi omnium conſenſu receptum teſtatur Soto, lib.6.de iuſt.& iu.q.3.artic.j.colum.3.& ſeq.vbi repetit atque improbat fundamenta Durandi, damnat quoque ſententiam Ioann. Gerſon. in tract.de contract.& in ſuis floribus, ubi ſentiebat, quòd deceptor in pretio peccaret quidem mortaliter, ſi exceſſus fuiſſet notabilis, ſed quo ad reſtitutionem haud teneretur,quod tamen prorſus falſum eſſe oſtēdit,& id quidem iure optimo, nam poſtquam Gerſon agnouit eiuſmodi deceptionem debitum eſſe, quomodo ignorare potuit præuaricationem eſſe iuſtitiæ? cuius utique naturale eſt,nexu reſtitutionis delinquentem illaqueare. Quamobrem vera, & communis eſt Theologorum ſententia, quòd deceptor huiuſmodi iniuſtè atque inhoneſtè faciat, & quòd apud Deum in foro animæ teneatur ad reſtitutionem,allegatur ab eis ratio,quæ dictat,naturali lege in contractibus a Repu.& hominum moribus in vtriuſq; vtilitatem inſtitutis re ipſa exactam,& ſummam æqualitatem requiri ex iuſtitia commutatiua partis ad partem ex mente Ariſtot.lib.5. Ethic. capitu.5.& lib.j.Politicor. cap.6. quo fit, deceptionem huiuſmodi eſſe contra præceptum iuſtitiæ commutatiuæ, ſi quis igitur ab eo receſſerit,peccat ſub obligatione reſtituendi, oſtenditur Leuit.cap. 25. his verbis, videlicet, quando vendes quippiam ciui tuo, vel emes ab eo non contriſtes fratrem tuum, patet hoc etiam auctoritate Apoſtoli.j.ad Theſſaloni.capitu.4.ubi admonet,ne quis fratrem ſuum in negotio circumueniat, quoniam uindex eſt dominus,inquit,de his omnibus.Quinimmò Cice.de offi. ait tollendum eſt igitur in rebus contrahendis omne mendacium, non licitatorē venditor,neque qui contra ſe licitetur emptor apponat, atque huc conueniunt tradita per D.Auguſtin.lib.13.de Trin.capitu.3.& minus,inquit quidem ille,vel ſe ipſum intuendo, vel alios quoque experiendo vili velle emere, & carè uendere omnibus id credidit eſſe commune,ſed quoniam re uera vitium eſt, poteſt quiſque adipiſci eiuſmodi iuſtitiam,vel alicuius alterius vitii, quod huic contrariū eſt incurrere peſtilentiam,qua huic reſiſtat, & vincat. Vnde communis hæc Theologorum ſententia procedet non ſolum in ſciente rei pretium,ſed in ignorante quoque,vbi poſtea cognouerit ſe proximum decepiſſe, de quo per Scot. Anton.Conrad. Caietan. Adria. ubi ſupra,nec non Anton.Butr.Abb.in d.capitu. quia plerique cum alijs,de quibus per Nauar.in d.capitu.nouit 6.notab.nume.66. & in Manual.Confeſſo.ſub 7.præcep.cap.23.num.83. quod communiter receptum teſtatur Couar.vbi ſupra, reprobantem Areti. in d.c

cum

cum cauſa,nu.12.nec non Anton. Burgenſ.in d.cap.cum dilecti, num.22.Gomeſ.in d.cap.2.num.10.qui in hoc diſcrepant.

112 † Hi tamen in contrarium citati conueniunt in foro etiam exteriori,contractum eſſe reſcindendum, vel læſionem tollendam, vbi dolo lędentis,aut decipientis etiam intra dimidiam contigiſſet deceptio,dolo tamen, vt aiunt, ex propoſito de quo in l.1.§. perſuadere.ff.de ſeru.corrupt.l.& eleganter.ff.de dolo.l.Iulianus §.ſi venditor.ff.de actio.empt.tradit Abb.& Anan.ſuper hoc c.in ciuitate poſt Calder.hic,col.4.Dec.in c.1.nu.18.de conſtitutio. Fortun.Garzi.in tract.de vltimo fine illatione 17.dec.in l.pen.nu. 9.C.de pact.Couar.vbi ſupra Nauar.in d.c.nouit 6.notab. Siquis ergo ſciens,iuſtum rei pretium abſque mendacio, aliave perſuaſione eam emerit viliori pretio,etiam minus dimidia ab ignorante iuſtum rei valorem,tolletur læſio, & reſcindetur contractus, vt per præcitatos DD.& de hoc per Anch.in d.regula,peccatum nu.2.atque ita in ſpecie aſſerunt Moderni Pariſi.de contract.q. 14.nu.173. confert huc auctoritas D.Auguſti.in d.lib.13.de Trinit.c.6.ita dicentis.Nam ſcio ipſe hominem,cum venalis Codex ei fuiſſet oblatus,pretijque eius ignorantem,& ideo quiddam exiguum poſcentem cerneret venditorẽ iuſtum pretium,quod multò amplius erat hoc opinanti dediſſe.Et in eo caſu quando læſio, vel vltra, aut citra dimidam dolo ex propoſito contigerit, tunc non datur doloſo optio ad iuſtum pretium ſupplendum,vel rem ipſam reſtituendam, in quo limitaretur d.l.2. C.de reſcind.com peteret ergo preciſè ea optio dolum paſſo de quo Conrad.in tract.de contract.q.57.dict.4.dicto 6.Ioan. Metin.de reſtitut.q. 23.ſecus autem vbi dolus non ex propoſito, ſed ex incidenti in contractu veniret,quia tunc obſeruaretur d.l.2.& in his terminis recipiendus eſt Ang.Clauaſ.in Sum.verſi.dolus.§.9.& ibi Syluest.verſic.culpa.§.7.adnotat Couar.vbi ſupra.

113 † Infertur modò ex his vanam atque puerilem fuiſſe cautelã ab Anan.in hoc,c.in ciuitate inuentam,dum,colum.8.verſic.vltimò pro iſta parte per illam ſingularem gl.in d.l.ſemper in cõiunctionibus tradidit,quod ad hoc vt tollatur deceptio, & reſcindatur contractus, etiam ſi læſio non excederet dimidiam iuſti pretij,interrogetur ille,qui minus iuſto pretio emit,an ſit bonus vir, & ſi illud faſſus ſit, quod veriſimiliter nemo negaret, teneretur ad iuſtũ pretium,quã cautelã refert Dec.in d.l.ſemper in coniunctionibus, nec improbat, & ſi concludat non teneri connentum tali interrogationi reſpondere tãquam captioſæ, ita quoque con

cludit

cludit Feli.in cap.vlt.col.4.de præſcriptio.Iaſ.in l.pen.in 4.notab. C.de pact.Thom.ferrat.cautela 4. Franciſ. Cremenſ.in d.l.2.nu. 69.C.de reſcind.vend.Sed illam expreſsè improbauit Anto. Burgenſ.in d.c.cum dilecti,nu.15.Dec.in d.l.pe.num.11. Cag.in d.l. num.20.vbi Pinel.par.2.c.2.nu.34.quia,vt dicit pract. Papien. in forma libelli in cauſa venditionis, verſic.pro retro lex tàm bonos,quàm iniquos comprehendit.

114 Conſequitur etiam ineptam fuiſſe differentiam,quam plures conſtituerunt inter eccleſiaſticos, & laicos quaſi in eccleſiaſticis minor læſio emendanda ſit auctoritate glo.in cap.hoc ius porrectum 10.q.2.verſi.& pluſquàm, ibidem ſequitur Archidiac.& eam commendat,& dicit ſingularem Rom.ſing.758.tu ſcis.quod res eccleſiæ cum alijs.de quibus per Tiraque.de ll.connubia.leg. 9 num.11.verùm hanc differentiam rectè improbat Anton.Burgenſ.in d.cap.cum dilecti.Dec.in d.l.penul.num.8.vbi Curt.Iun. Cagno.in d.l.2.num.10.

115 † Vanum quoque erit,quod multum ſignanter,ſecundum aliquos tradidit Ancha. in d.reg.peccatum,num.21.vbi credidit deceptionem tolli,& contractum reſcindi etiam ſi læſio non excedat dimidiam iuſti pretij,quando quis ob neceſsitatem vilius vendit,vel charius emit, quorum duo exempla conſtituit, & de eo, qui ne familia fame periret,vel vt ſe ab hoſtibus redimeret,vilius vendit; Et de eo quoque,qui ob vitandam communionem,aut vicinitatem ſocij,vel vicini rixoſi carius emit, in quib. caſibus ſubdit ipſe,etiam in foro exteriori,& ciuili ſuccurrendum fore, idque ad forum canonicum refert: & multis comprobat Nauar. in d.cap.nouit 6.notab.num.92. Similiter ad forum contentioſum eandem traditionem refert,& extollit Lauren.Calcan.coſi.27.ad fi.cuius conſilio ſub ſcripſerunt viri doctiſsimi,vt patet ex conſilio ibi ſequenti,& eius fine, & in exemplo redimentis vexationē ſocii,aut moleſti vicini.doctrinam Anch.ſequitur,& extollit Iaſ. in §.ſed iſtæ quidem,num. 107.inſt.de actio.Alex.ad Bar.in Litem ſi pretio,§.vlt.ff.loca.Pet.Gerar.ſing.22.ad fin.

Sed hanc opinionē Anch.nullatenus in iudiciis admitti debere, rectè oſtendit Pinel.in d.l.2.par.2. cap.2.nume. 36.& quò ad primum exemplum mouetur per tex.vbi Caſtren.& alii adnotant in l.non idcirco.C.de reſcin. vend.diſponentem venditionē factam minori pretio ob vrgentem neceſsitatem non reſcindi,alterū verò exemplum reprobat per alterū text.in l.ſi cui fundus.56.ff.de leg.2.ibi confines fundos etiā ſupra iuxtam æſtimationē intereſt

acquirere

acquirere, concordat etiam ad hoc. l. 1. verſic. ſed rem. ff. ſi quid in fraud. patro. ibi oportunitatis, vel uicinitatis.

Illud ergò cõcludendũ eſt, cui piam bono & honeſto uiro cõuenire, ut uendat atque emat rem iuſto pretio, ut ex ſupra relatis
116 apparet. † Ad explorandum autem iuſtum rei pretium, hæc nobis à Theologis & Canoniſtis affertur regula diſtinctionis, uidelicet, ut aliud ſit legitimum, aliud naturale, & quod iuſtum legitimum cõſiſtat in indiuiſibili. Naturale verò, ſeu arbitrariũ nequaquã, ſed in latitudine diuiſibili, & quòd iuſtum legitimum ſit illud, quod lege Principis, uel ab habente auctoritatẽ poſitum ſit, de quo in l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. præfect. urb. Naturale autem, ſeu arbitrarium currat, quãdo per legem non eſt conſtitutum, atque diſtinctio hæc colligitur ex Ariſtot. 5. ethic. cap. 7. Sed ad conſtituẽdum rei iuſtum pretium à ſtatuente debet penſari atq; attendi rerum neceſsitas, mox copia, aut inopia, deinde negotiationis labor cura, induſtria & pericula, præterea ſi merces in melius mutatæ ſunt uel in deterius, uenditorumq; atque emptorum frequentia, & id genus alia, quæ prudentiſsimus quiſque ſpeculari deberet. Sed quia conſideratio hæc in omnibus rebus adhibenda impoſsibilis eſt, ideò pretium ſtatuendum relinquitur uendẽtium, atque ementium arbitrio, quod tunc uocatur naturale, quia ſecundum rerum naturam uſui accõmodatam currit. Vbi autem pretium lege poſitum eſt, nempe, ut modius tritici uini, olei, aut ulna panis uendatur 10. unius oboli acceſsio illicita, atque iniuſta foret. Vnde eſſet peccatum ſub nexu reſtitutionis, & ideo hoc pretiũ legitimũ dicitur conſiſtere in puncto indiuiſibili, & illud eſt, quod loco citato Ariſtoteles inquit, iuſtum legitimũ eſſe, quod licet ante quã poſitũ ſit, nihil referat, refert tamen poſtquam poſitum eſt. Illud uerò pretium, quod haud legitimum, ſed arbitrarium, aut naturale dicitur, nequaquã conſiſtit in puncto indiuiduo, ſed in latitudine quadã per triplices gradus diſtincta, ut uidelicet cuiuſq; rei pretium patiatur in ſupremũ, ſeu rigidum, infimum ſeu piũ. Similiter & in medium ſeu moderatum, ita ut non poſsit cõtingere rem quandam preciſè 10. ualere, quin ualeat plus & minus, Nã res, quæ moderato pretio uendit puta 10. iuſtè quoque uendi poteſt pretio ſupremo undecim, & pretio infimo nouem, atque ratio, ea eſt, quia prudentia humana, quæ ſupradictas conſiderationes ad ſtatuendum iuſtũm rei pretium penſare debet, nequit punctim attingere metã, unde remanet in hoc arbitrio, quemadmodũ 2. ethic. cap. 6. de uirtute ait Ariſtoteles, quod conſiſtat in medio,

Sequitur

Sequitur ergo, vt infra extremos illos limites latitudinis, liceat carius vendere etiam pecunia credita, ſecus autem ſi illius latitudinis gradus contrahentes excederent in vendẽdo & emendo, quia tunc iniquè, & malè agerent. Atq; hæc regula colligitur ab vniuerſa Theologorum ſchola à Canoniſtis quoq; recepta, de qua habetur per Sotum in 4. ſen. diſ. 15. q. 2. vbi Ioan. Maior. q. 29. & 40. Conrad. de contract. 3. par. q. 56. conclu. 5. Ioan. Metin. de reſti. q. 31. & ſeq. Nauar. in c. qualitas, de pœn. diſt. 5. nu. 45. & in Manual. confeſſo. ſub 7. præcep. c. 17. num. 228. & c. 23. nu. 78. & 81. & in commen. de vſu. nu. 4. & 26. omnium luculentius Sotus lib. 6. de iuſt. & iu. q. 2. ar. 3. & colligitur ex D. Tho. 2. 2. q. 77. ar. j. vbi Caieta. Syl. in Sum. ver. vſura. 2. §. j. Atq; e noſtris tradit Anto. Burgen. in c. cum cauſa, num. 5. de emp. & vend. Cępol. conſi. ciuil. x. col. 4. Dec. d. conſi. 111. Moder. Pariſienſ. de contract. q. 14. col. 2. Cou. lib. 2. var. reſol. c. 3. nu. 1.

Dicitur modo in his duabus conſtitutionibus, quòd ſi quiſpiã cynamomum, pannos, granum, vinum, oleum, & alias merces carius vendiderit ſtatuto emptori termino ad ſoluendum peccatũ
117 vſuræ incurrat. † Vnde adnotatur, quòd in his reſponſis agitur tantummodo de rebus conſiſtentibus numero pondere, & menſura. Quamobrem ſi venderentur carius ob dilatam pretii ſolutionem res aliæ, quæ non eſſent de conſiſtentib. pondere, numero, & menſura contractus non eſſet cẽſendus vſurarius, ita Bal. in Rub. C. de vſur. col. 2. Anto. Burg. in c. ad noſtram, num. 18. de emp. & vend. Couar. lib. 2. var. reſol. c. 3. nu. 7. Bal. Nouel. de priu. dot. par. 7. priui. 3. nu. 3. in fi. licèt tunc de iniquitate & iniuſtitia argui poſſet per ſupraſcripta, atque hoc modo intelligendus, & accipi debet Dec. cum Doct. ab eo relatis d. conſi. 111. in prin. & facit ratio ad tex. ſuperius aſsignata.

Excipiuntur etiam ab huiuſmodi Conſtitutionibus plures caſus, primus eſt, quem expreſsit Pont. ipſe, videlicet quando adeſſet dubitatio, nunquid merces illæ venditæ plus minuſve ſolutionis tempore eſſent valituræ, quo caſu dicendum videtur.
118 † Mercatori tunc licere rem vẽdere ob dilatam pretii ſolutionem carius iuſto pretio, quàm res ipſa valeret tempore venditionis. Emptor etenim & venditor tali caſu commodum & incommodum ſperare poſſunt, cum ſoleat pretium cuiuſq; rei lapſu tẽporis augeri rurſus & minui, facit ad hoc, nam quãdo pactum poteſt ſe habere ad lucrum & damnum, propter dubium euentũ ſu-
119 ſpicio vſurarũ remouetur & cõtractus licitus reputatur tradit

Bal.

Bal.poſt Cy.in l.ſi pater puellæ.C.de inoff.teſt.& in l.ſi ea pactio-
ne.C.de vſu.Hoſt.in ſum.eod.tit.§.in aliquo,circa ſi.ver.quid de
his Laur.Rodul.in d.c.conſuluit,par.2.q.15.Caſt.& alii, in l.de fi
deicommiſſo,C.de tranſac.cum aliis,ut per Dec.d.conſi.111.nu.
6.Et in tali caſu cum pretium augeatur ex dubio futuri tempo-
ris conſiderandum eſt arbitrio boni viri ad iuſti pretij taxationẽ,
quid in his mercibus ſeruandis, aut cuſtodiendis, venditor eſſet
expenſurus,vt ſentit Io.Maior.in 4.ſent.diſt.15.q.32.col.3.Sylu.
in Sum.ver.vſura,§.2.Couar.lib.2.varia.reſol.c.3.num.6.Sotus
lib.6.de iuſt.& iur.q.4.ar.2.col.2.

Sed aduertendum eſt,quia traditur hanc ſolam conditionẽ nõ
ſufficere ad iuſtitiam huiuſmodi contractus.Si quidem Gregor.
IX.Pont.ut vides,expediendo eandem ſpeciem caſus, quæ expé-
dita fuerát ab Alex.III. Pont. addit aliam conditionem, videlicet
120 † dummodo venditor tempore contractus merces non eſſet a-
liàs venditurus.his etenim duobus concurrentib.licita iſthæc vẽ
ditio iudicatur,prout hic & ibi tradunt Abb.Anan.& communi-
ter Doctores,Hoſt.in Sum.eo.ti.§.an aliquando, verſi.4. quando
quis vendit.Dec.d.conſi.111.num.2.ad ſi.Anto.Burgenſ.in d.c.ad
noſtram.Cępol.conſi.ciuil.10.col.vlt.Syluest.in Sum.ver.vſura.§.
12.Ioan.Maior.in 4.ſenten.diſt.15.q.32.Ioan.Metin.de reſti.q.38.
cauſa.5.Sotus lib.6.de iuſt.& iu.q.4.art.vlt. Et licèt D.Tho.2.2.q.
78.art.2.ad ſeptimum, nitatur oſtendere priorem illam conditio
nem,de qua per Alexan.III.abſque illa poſteriori de qua p Greg.
ſufficere ad iuſtitiam contractus, quia vt ipſe credit, ſpecies illa
tradita in c.hoc nauiganti,eſt diuerſa ab ea, quæ expeditur in hoc
c.in ciuitate.nam dicit ipſe,quòd in hoc c.nauiganti,exigitur vtra
que cõditio,cum inibi venditio haud fiat pecunia credita, ſed ſta
tim ſoluto,quod ſecus eſſet,ſi uenditio fieret pecunia ad certum
diem numeranda:quia tũc ſola ratio dubii ſatis eſſet ad perfectio
nem contractus,vt per eum,quem ſequi videtur Conrad.de con-
tract.q.61.Caiet.ſuper 2.2.q.78.art.1. Sed quicquid illi dicant,à
præcedenti opinione magis communiter recepta non arbitror re
cedendum,vt per Cou.lib.2.var.reſo.c.3.nu.6.ex quo ſenſus D.
Tho.huic c. accommodatus nullatenus conuenire poſſet, de quo
etiam per totum,vbi ſupra,col.pen.

Deducitur modo à priori illa conditione dubii,contractũ illi-
121 citum eſſe,quando res,videlicet frumẽtum † vel alię merces,vẽ
derentur pretio quo pluris valerent à tempore cõtractus,vſq; ad
terminum datum ad ſoluendũ,puta Ianuar.vel Febr.conſtituitur

etenim tunc venditor in tutum; quippe qui frumentum aut ſimi-
les merces vendit pretio quo iuſtè valeant tempore vēditionis, & deinde quo pluris valebunt ad diem dilatæ ſolutionis, quo pactò vſura cenſetur. Hoſt. in d. §. an aliquo, ver ſi. quid ſi Laur. Rodulf. vbi ſupra. q. 30. Anan. in hoc cap. nauiganti, num. 12. Coua. vbi ſupra, Alex. conſi. 72. in prin. lib. j. Crauet. conſi. 145. num. 23. Scot. in 4. ſent. diſt. 15. q. 2. art. 2. col. 4. Sylueſt. in ſumm. ver. vſura. §. 2. q. 2. ver. ſextum.

122 † Deducitur etiam a poſteriori illa conditione, mercatorem, vel alium poſſe vendere frumentum, vel alias merces pretio, quo valebit die, vſq; ad quem erat ſeruaturus, nec tamen exiget pretiū maius illius diei, vel menſis, ſed mediocre aut commune, vt per D. Bern. ſerm. 34. art. j. col. 3. Et tradit Sylu. in Sum. ver. vſura. §. ij. ver. 3. venditorem, qui merces eſſet ſeruaturus, poſſe illas vendere ea conditione, vt cum ei libuerit eligat commune pretium, modo eo ſemel cōſtituto variari nequeat. Tradit etiam Scot. in 4. ſen. diſt. 15. q. ij. art. ij. in fi. venditorem, qui merces eſt ſeruaturus ad Cal. Martii, non poſſe eas vendere Cal. Octo. pretio quo valebunt Cal. Maii. ſequitur Couar. vbi ſupra.

123 † Et ab his duobus conditionibus ſimul iūctis deducitur, cuiquam licitum eſſe dare frumentum vetus in permutationem noui recipiendi tempore colligēdarum meſſium, modo dubium ſit an frumentum nouum ſit plus, vel minus valiturum, quàm vetus; vel qui dat frumētum vetus, illud eſſet ſeruaturus in tempus meſſiū colligendarum. ſecus aliter tradit Couar. vbi ſupra, nu. 6. ver. 3. ſaciugt tradita per Iaſ. in l. cum quid. ff. ſi cer. pet. & melius Lau. Rodulf. vbi ſupra, par. ij. q. 45. nu. 63. tradit Guid. Pap. in tract. de cōtract. illici. nu. 24. Nauar. in Manual. Confeſſo. ſub 7. præce. c. 17. nume. 224.

Deducitur etiam ab his duab. conditionib. iniuſtos, & iniquos eſſe illos contractus, ſeu potius illud latrocinij genus, quo nōnulli homines ſemper rapinis arteq; pyratica terreſtri aſſueti vti interdum audent in eorum dedecus atq; infamiam, nec non animi perniciem cum illis turpiſsimis commertiis, quæ apud nos verna-
124 cula lingua † Scrocchi Barocchi ſeu Retrangoli nuncupantur, nomina certè furiarum atq; dęmonū, quæve hoc alioq; ſimili modo inter eos tunc celebrari dicuntur, quando aliquis improbiſsimus mercator, ſeu mauis prædo aut harpia pecunia credita vēdit vt plurimū, indigentib. & aliqua egeſtate oppreſsis merces carius quàm valeant, & per ſe, vel per alias ſtatim eas merces iterū emāt

ab

ab iiſdemmet emptoribus, ſed uiliori pretio, ob id, quod ſtatim pecuniam numerant, quod latrocinij genus ſeu ſcelus, & nequitia eſt maximè execranda, cum plus triplo uſura grauior, & deteſtabilior ſit: & huiuſmodi pernitioſos cõtract⁹ Moderni Pariſ. tũ doctè, tùm eleganter latius improbant in tract. de cõtra. in prin. nu. 14. & Couar. lib. 3. uar. reſo. c. 3. nu. 6. ver. 3. refert, & ſequitur. Et de Barocchis ſeu Retrãgolis tradit Lauren. Rodul. ubi ſupra, par. 3. nu. 2. in quibus ita conſtituit exemplum, puta, quòd mercator uendat alicui pannos ad terminũ unius anni pro pretio quingentorum: & quòd ueniat ex trãuerſo Titius egens pecunia, qui cum illo emptore pannorum cõueniat, ut de præſenti tradat ſibi 450. ipſe uarò ſatisfaciet in die termini mercatorem de illis, 500. qui contractus poteſt eſſe illicitus tàm ex parte mercatoris, quàm etiam illius emptoris: ex parte mercatoris, ſi uendidit carius data dilatione ad ſoluendum nõ adhibitis qualitatibus, de quibus ſupra: ex parte uerò illius ementis, Laurent. ita concludit, quòd ſi uẽdidit Titius mox pannos ad rationem quingentorum, & eſt illicitus: aut ad rationem 450. & tunc ſecus circunſcripta praua intentione. ſequitur D. Antonin. in Sum. tit. de vſur. par. 3. cap. 5. numero 9.

Sed aduertendum eſt: nam quo ad iſtum ementem pannos credo ſemper contractum illicitum eſſe: nam ſiue poſtea illos uẽdat pro 500. aut 450. illud certum eſt ꝙ pro illis 450. datis Titio cũ illa conditione, quòd ſatisfaciat mercatori de 500. emptor ille pãnorum in toto lucratur 50. unde miror patres iſtos tantæ auctoritatis atque doctrinæ hoc non conſideraſſe, quando iſthæc efficitur uſura merè lucratoria.

125 † Solent itaque exercentes impuriſsimos contractus illos ſiue potius latrocinium, à Principibus interdũ puniri: & in Dominio Ser. N. M. D. Het. per legem editam de anno 1545. die 14. Aprilis, iſti homines nequam puniuntur pro prima uice, ultra refectionẽ damni, in quo pars fuiſſet læſa, pœna ſcutorum centum: alijs autẽ uicibus duplicantur pęnę pecuniariæ cum augumento corporalium, ob refrenanda huiuſmodi inhoneſta commercia, quibus in hac urbe facinoroſos ac ſordidiſsimos quoſdã viros credo tum aſsiduè atq; fædiſsimè cõtaminari pro expellenda illa inexhauſta diuitiarum ſiti, argumẽto nobis eſſe poſſunt tot leges cõtra ꝓbrũ huiuſmodi ꝓmulgatę in ea tã optimè inſtituta. Reformatio enim ad eſt ibi edita de anno 1438. die 20. Decembris, altera autẽ de anno 1429. ſub die 29. Decembris: altera vero de anno 1473. die 16.

Februarij, puniunt quoque Romæ ſecundum formã bannorum, quorum alterum fuit editum de anno 1555. ſub die 27. Auguſti; alterum uerò de anno 1564. die 17. Februarij.

126 † Sed quid de illis mercatoribus, quos frequẽtisſimè uidemus numerata pecunia uilius emere, ſeu potius corradere nomina debitorum, nunquid eos licitè atque honeſtè dicemus agere? Pro cuius reſolutione ſciendum eſt prius, quæſtum huiuſcemodi apud priſcos Romanos in uſu extitiſſe, quẽ credo factitaſſe illos, quos coactores argentarios uocabant, de quibus ſit mẽtio in l. antepe. ver. argentarius. ff. de ſtatulibe. Iſti enim, And. Alciato interprete lib. 1. Parergon iur. ca. 24. erant emptores nominum: quippe ſi accidiſſet, ut argentarij in exigendo reliquatores aliquos haberent, vel propter paupertatẽ, aut aliqua cauſa difficiles exactu, huiuſmodi nomina ſolebãt per licitationem uilius uendere, quo caſu emptores illi dicebant coactores, cum cogere Latinè etiam ſignificet corradere & exigere, ut legitur apud Terent. Heautontimoru. Quaſi talenta ad quindecim coegi. & Seneca Epiſtola 82. inquit: Poſt naufragium maria teſtatur feneratorem nõ fugat à foro coactor. Tranquillus etiam de Veſpaſiani patre, coactiones ait argentarias factitauit. Item etiam Horatius oſtendit patrem ſuum coactorem fuiſſe Satyra 6. in his verbis: Si præco paruas aut (& fuit ipſe) coactor mercedes ſequerer. quo in loco Acron diffusè interpretatur, argentarios eſſe diuites ipſos, qui ſummam rerum poſsident, à quibus foranei accipiant: coactores uerò ipſorum argentariorũ mercenarios, qui à foraneis exigũt, qui & collectarij dñr. & ibi Porphiryon exponit humile fuiſſe ac turpiſsimum q̃ſtus genus, & ſic coactores quoq; accipiebantur, qui nomine alieno exigebant, & exacti centeſimam ſibi retinebant, auctore Tullio pro C. Rabirio, dum poſthumus pecuniã cogeret, ait, ex decimis Imperatorũ, pecuniã ſibi coegiſſe: nõ intelligo hoc quale ſit, utrũ acceſsionẽ decumæ, ut noſtri facere coactores ſolẽt, centeſima, an deceſsionẽ de ſumma fecerit. Idem pro A. Cluentio coactores accipit pro his, qui in auctione rerũ minutarum aliquas emunt, ut cariore deinde pretio uendant. Modo quò ad huiuſcemodi contractus propoſiti iuſtitiam attinet, uideo totũ ab hac diſtinctione pendere, ut ſi nomẽ illud debitoris, nulli erãt prorſus periculo ſubiectum, ſed abſque ullo ſumptu & labore certiſsimè & liquidò ſperabatur ſoluendũ, & tunc neutiquã licitũ eſſet tale debitũ minoris emere, quamuis longũ eſſet tẽpus expectandum. reputãt enim hoc Doctores non ſolùm palliatum, uerum & detectũ ab fenebre

mutuum, ex quo ratione dilationis temporis plus accipere, quàm tribuas, vſura eſt, & vt ſupra oſtenſum eſt, numerata pecunia non debet pluris æſtimari, quàm illa in futurum exigenda, quando in caſu iſto nullum conſideratur intereſſe ex parte ementis, ex quo id vltrò facit, neque etiam mora ex parte debitoris, ex quo conuenit expectato tempore ad ſoluendum, nec intereſt quòd creditori nomen illud vendenti, commodiora ſint nunc 10. quàm poſt annum 12. quoniam hoc non releuaret ementem, quando hæc non emptio, ſed mutuatio iudicaretur. Si autem nomen illud debitoris in periculo verſaretur, & tunc conſentiunt omnes, quòd liceat viliori pretio emere, quàm ſit debitum illud. Atque periculi ipſius debiti, nec non diſpendiorum & expenſarum, quas fortaſſe antequam illud recuperet, facturus eſt, talia ponuntur exempla, vt quia debitor ad paupertatem redactus fuiſſet, aut aufugiſſet, vel quia eſſet fraudulentus, aut quauis alia ratione malefidus, & durus in ſoluendo, vel quia debitori illi, cum ſit miles, ſtipendium regium debeatur, quòd creditor timet, aut non totum, aut non ſine magno negotio & moleſtia, aut non ſine expenſis recepturum, in quo caſu nulla eſt ratio mutui, neque in forma, neque in virtute, ſed eſt emptio illius nominis, & actionis, quod tanto vilius atque minoris emi poterit, quanto maius periculum debiti, laboris, ſeu expenſarum timebitur, & eo maximè, ſi quis rogatus emerit. Atque cum hac diſtinctione video pertranſire omnes Teologos, de quo per totum lib. 6. de iuſt. & iur. q. 4. ar. 1. colum. pen. Ioan. Metin. in tract. de reſti. q. 38. in fin. Nauar. in Manual. confeſſo. ſub 7. præcep. cap. 17. num. 230. ex quo infero non videri tutum, quod docuit Caietan. in ſum. verſic. vſura exterior. cap. vlt. dum tradidit abſque ſuprad. diſtinctione, vilius atque minoris emi poſſe reditus illos montis in diem, puta triennium
127 ſoluendos, quos † vocat pagas acerbas in maturas, ſeu virides, reſoluit enim contractum huiuſcemodi iuſtè & abſque vſurarum labe celebrari, ex quo emptionem & venditionem continet, non autem palliatum aut implicitum mutuum, cum non vendantur pagæ, ſed ipſarum ius & actio, ad quod comprobandum citari poterat. l. minus. 204. ff. de regul. iur. diſponentem minus eſſe habere actionem, quàm rem, præterea, vt ipſe inquit. Pecunia triennio ſoluenda rationabili cauſa eſt minoris pretij, quàm præſens & hodierna, cum ius illud pagarum acerbarum magis inutile ſit vſque ad tempus maturitatis, quàm illud iam maturum, non ſecus ac de terra euenire ſolet, quæ ſterilis vſque ad triennium minoris eſt valoris, quàm hodie fructuoſa. Vnde iuſtitiam contractus huiuſmodi confirmat ipſe

his & ſimilibus rationibus, quem à Nauar. doctiſsimo magnique cõ ſilii viro receptum admiror, vbi ſupra num. 231. quando talem con tractum non ſolum de iniuſtitia, ſed de vſura argui poſſe credo. Si enim, vt ſupra oſtendimus, pecunia abſens & in futurum ſoluenda haud minoris æſtimatur, quàm præſens, dum ex parte debitoris nulla eſt mora, neque ex parte creditoris intereſſe aliquod, ideo vilius emendo redditus illos, quantumuis immaturos, erit iniuſtũ, & non ſine fenoris crimine, cum vendatur pecunia, in qua regulariter cadit mutuum, quamobrem venit tunc ſub diſpoſitione huius cap. in ciuitate. Nec obſtat quòd pagæ haud vendantur, ſed ius, & actio, quod minus dicitur, quàm res ipſa: quia, vt probat glo. in d.l. minus procedit illud, quando in id perſequendo ſumptus mora, aut alia difficultas interuenire deberet: vnde his ceſſantibus idem eſſet habere actionem ſicut rem: in quo concordat l. qui actionem 15. ff. de re. iu. Modo in caſu noſtro, quę mora debitoris, aut quod intereſſe creditoris apparet? quando emptor ſponte conuenit de exigenda ad tempus pecunia, quo ſtante negatur pecuniam in futurũ ſoluendam minoris tunc valere, quàm præſentaneã. Minus obſtat argumentum factum de terra ſterili ad tempus, quia de illa ad pecuniam inferri non poteſt, cum diuerſa ſit pecuniæ & terræ ratio: pecunia enim de ſui natura eſt infructuoſa, & inabilis ad fructificandum, vt hoc apertè demonſtratum fuit in l. curabit. C. de actio. emptio. Quamobrem ad iuſtificandam emptionem horum redditũum in diem ſoluendorum, adhibenda erit ſupraſcripta communis atque vera diſtinctio. omiſſo Caietani eloquio; alioquin ſuis rationibus attentis neceſſarium eſſet aliud concedere abſurdum, quo ipſe Nauarr. admiſiſſe videtur, vt his de cauſis debitor ipſe licitè poſſit ſuum ipſum debitum in annum puta ſoluendum minori pretio anticipato redimere, quod omnes tanquam iniuſtum, & vſurarium improbarunt, cum qui non quantum debet, ſoluit æquitatem iuſtitiæ minimè ſeruare dicatur, de quo per Gabriel Biel. in quarta diſtinctio. 15. q. 11. artic. 3. dubio quarto eundemmet Caietan. in Sũ. ver. eod. in capitu. incip. de vſura, 3. caſu, omnium melius Sotus vbi ſupra.

128 † Alius modò, & ſecundus caſus, qui excipitur ab his cõſtitutionibus, eſt, quando venditor ex eo quòd pretium ſtatim non fuerit ei ſolutum, damnum patitur, vel ceſſat lucrari, quod eius induſtria & pecunia ſibi ſtatim ſoluta veriſimiliter lucratus fuiſſet: habetur enim in mercatore, & inſolito negociari conſideratio huius intereſſe damni, & lucri, vt de hoc dicitur in d. l. curabit. Et quòd ratione

huius

huius intereſſe merces poſsint carius iuſto pretio uẽdi data empto ri dilatione ad ſoluendum tenent Abb. & Anan. hic, ille num. 13. hic num. 16. Saly. in d. Auth. ad hæc. q. 9. Deci. d. conſi. 111. num. 4. uer. 3. generaliter. Sequitur Conrad. de contrac. q. 59. conclu. 3. D. Tho. 2. ſec. q. 72. art. 2.

Sed aduertendum eſt, quia ut dictum eſt modò, non arbitror ratione intereſſe lucri poſſe quem ad tempus carius uendere: & Doctores præcitati accipiendi ſunt in eo caſu, ut puta quia mercator ſtatim pecunia ſoluta potuiſſet eas merces uẽdere, & emptores earum præ manibus habuiſſet. cæterum ſi emptores earum non haberet pretio ſtatim numerato nullum conſideraretur intereſſe, & per hoc uenditor committeret uſuram carius uendendo ac tempus, Prout tenet Syluest. in Sum. uer. uſur. 2. §. 1. ſequitur Couar. lib. 2. uar. reſol. cap. 3. nu. 6. uer. 3. Et ratio eſt, quia tunc non dicitur fieri hoc ratione intereſſe lucri, ſed damni, quod paſſus fuit uenditor, dum non uendidit numerata pecunia, quemadmodum rectè oſtendit Sotus lib. 6. de iuſt. & iur. q. 4. ar. 1. col. 3.

129 † Tertius caſus, qui excipitur ab his conſtitutionibus, eſt ueluti, ſi in nundinis, aut in alio loco non inueniantur emptores, qui merces pecunia ſtatim ſoluta emant, ſed in terminũ: tunc enim, ſi mercatores carius illas uẽderent, quàm ſi ſtatim pretium numeraretur, peccatum non incurrerent, neque uſuram committerent. Idem ex diuerſo, ſi quis numerata pecunia uilius illas emeret, atque hoc uoluit, Saly. in d. Auth. ad hæc, q. 9. & 11. Deci. d. conſ. 111. num. 4. uerſ. his præmiſsis. Et licèt Ioan. Meti. de contract. q. 37. cauſa 6. ſatis urgentibus rationibus opinionem hanc euertere conetur, & ob id contrarium tutius eſſe affirmet: attamen præcedentem opinionem tuetur Couar. lib. 2. uar. reſol. cap. 3. nu. 6. tenuit Nauar. in Manual. confeſſo. ſub 7. præcept. cap. 17. nu. 228. atque huius caſus patent exempla ſuperius modò aſsignata ex mente Dom. Soto lib. de iuſt. & iu. ar. 1. col. pen. & ſeq.

130 † Quartus caſus, excipitur, eſt, quando uenditio in ementis utilitatem cederet, ut quia emptores mercium uellent dilationem & terminum ad ſoluendum cauſa commoditatis & utilitatis eorum: nam ſi mercatores tunc illas uenderent maiori pretio, quàm ſi ilico pecunia numeraretur, abſque uſurarum labe id facerent, ita Saly. in d. Auth. ad hæc q. 11. uer. an verò. ubi ait, quòd quando quis uendit rem ementi, ut illam rem mercalem habeat, & per hunc modum negotietur, non uidetur uſura, tum quia in talibus mercibus pretium quotidie creſcit, & decreſcit: ac etiam quia ille, qui ad

tempus eas recipit, facit cauſa ſui lucri, & interim cōmodi habendi: uenditor autem conſiderat, quòd ſi rem teneret, uериſimiliter eſſet carius uenditurus. hęc ille, quem ſequitur Anani. in hoc cap. in ciuitate. Dec. d. conſ. 111. num. 4. uer. quia in puncto, quod comprobari poteſt ratione, de qua per Ariſtote. 9. Ethicor. dum inquit, quòd lex amicitiæ ea eſt, ut rei utilis repenſatio ſecundum utilitatem fiat, quam, qui beneficium ſuſcepit, conſequutus eſt. Sed aduertendum eſt, quia caſum huiuſcemodi atque præallegatos DD. accipi debere arbitror, quando commodum quod ementi accreſcit, ueniret in detrimentum ipſius uendentis: ſecus ſi ratione utilitatis, quā emptor recepit, uenditor nullū ſentiret damnū, quia tunc ratione illius commoditatis non liceret rei pretium augere. facit ad hoc, quia uenditor nō poteſt niſi quod ſuum erat, uendere: commodū aūt ementis, non erat res uendentis, ſed ſua ipſius neceſsitas, vel ars cauſa illius exiſtit: alioquin ſi utilitas emētis pretio accreſceret liceret pharmacopolis medicamenta tanti uendere, quanti ualeret ſalus in infirmo. Nec obſtat ratio illa ex Ariſtotele ſūpta. Quia, ut reſpondet Sotus lib. 6. de iuſt. & iu. q. 3. ar. 1. col. 2. Aequalitas rerum tantùm penſatur in commutatiua iuſtitia, in amicitia verò utilitas, quæ per donum gratificum rependitur, ſeu per illam obligationem antidotalem, quam noſtri dicunt. Concluditur ergo per huiuſmodi caſum non limitari haſce conſtitutiones, niſi quando commoditas ementis cederet in damnum ipſius uendentis, ut quia non fuiſſet aliter uenditurus, & merces ſtatuto termino ad ſoluendum potuiſſent pretio augeri: qui caſus, ut uides, cadit ſub conditionibus in hoc tex. expreſsis.

131 Quintus caſus qui excipitur, eſt quando res † uendita fuit in melius immutata per uenditorem ratione rei, ut quia emerit ferrum, de quo fecerit inſtrumentum, uel lanam de qua fecerit pannum, uel etiam fuerit mutata ratione loci, vt quia emerit in loco, in quo res erat uilior, & tranſtulerit in alium locum ubi erat carior: aut fuerit mutata ratione temporis, ut quia tēpore quo uendidit, erat carior. in huiuſmodi enim caſibus traditum eſt mercatori licere merces carius uendere dato termino ad ſoluendum. ita uidetur tenere Calderi. hic. q. 9. ſequitur Abb. col. 4. ver. vlterius. Anani. colum. 4. verſ. Quintò principaliter ponit. Sali. in d. Auth. ad hæc q. 21. Anchar. in Reg. peccatum. car. 5. q. 5. in princ. verſ & primò utrum peccet. de reg. iur. in 6. & in ca. 1. uerſ. 5. iuſta prædicta. de vſur. in 6. Laureot. Rodul. ubi ſupra. par. 2. q. 43. firmat Deci. conſi. 111. num. 6. ver. 5. concordat D. Thom. ſec. 2. q. 77. ar. 4. circa fin. inquiens, licet nego-

ciationis

ciatiationis gratia merces carius uendere quam emptæ ſint, ratione impẽſarum, laborum ac temporum, nam iuſtum rei pretium uel in melius, uel in locum uel tempus mutatæ excreſcit. facit ad hoc cap. eiiciens. 88. diſt. ubi traditur, quòd emens rem, non ut integram & immutatam uendat, ſed ut materia ſibi ſit inde aliquid operandi, ille non eſt negociator: qui uerò rem comparat, ut integram & immutatam uendendo lucretur, ille eſt mercator, qui de templo Dei eijcitur: atque in caſu illo lucrum uidetur quæſitum ex opera & artificio, quod licet etiam clericis. 90. diſt. cap. clericus uictima, gloſ. in Summ. 14. q. 3. notatur in cap. 1. ne clerici, uel mona. Sed aduertendum eſt, quia non credo per hunc caſum limitari cõſtitutiones, & præcitati DD. loquuntur de illis mercatoribus, qui uilius emunt ut carius uendant, de quo per Roma. ſingul. 220. fui heri interrogatus. Guid. Pap. de contrac. illici. num. 22. Lauren. Rodulf. ubi ſupra, d. q. 43. num. 61. in quibus caſibus mercatoribus licet uilius emere, ut carius uendant: de quo tamen uideas per Sotum lib. 6. de iuſt. & iur. q. 2. ar. 2. Sed in caſu noſtro quantumcunque res effecta eſſet melior, & mutata opera & induſtria ementis, non per hoc arbitror illum poſſe eam carius, quàm ualeat tempore contractus, uendere ob dilatam pretij ſolutionem, ſed putarem commiſiſſe tunc in haſce conſtitutiones: atque per hoc uideas Pariſium conſi. 54. num. 34. & ſeq. lib. 1. incip. in pręſenti. Bẽuenut. Strac. in tracta. de Mercatori. par. 1. num. 34.

S V M M A R I V M.

132 *Commodantes pecuniam mercatorib. ad pompam, licitè recipiunt mercedem.*

133 *Commodantes pecuniam ad pompam, illicitè faciunt ſi recipiunt mercedem.*

134 *Collegium diſtribuens ſuas pecunias ſingulis de collegio cum onere aliquid recipiendi annuatim, illicitè facit reiecta Rom. Sententia.*

135 *Recipientes in pignus domus, prædia, ſi percipiunt fructus, tenentur in ſortem computare.*

136 *Recipientes in pignus domus & prædia, tenentur in ſortem computare non ſolum fructus perceptos ſed qui percipi potuerint.*

137 *Recipientes fundum in pignus, tenentur non ſolum ad fructus perceptos, ſed ad æſtimationem deteriorationis.*

138 *Recipientes fundum in pignus, tenentur ad fructus, perceptos, etiam ſi ſuperſint ultra ſatisfactionem ſortis.*

Singularis

139 *Singularis ſucceſſor creditoris, qui recepiſſet rem in pignus, tenetur ad fructus.*

140 *Creditor habens pignus prætorium, tenetur ad fructus, & quales.*

141 *Creditor tenetur ad fructus pignoris, etiam ſi conueniſſet de illis lucrandis.*

142 *Creditor tenetur ad fructus pignoris etiam ſi debitor iuraſſet de illis non repetendis.*

143 *Fructus conſumpti extenuant ſortem ipſo iure.*

144 *Fructus non dicuntur conſumpti, licèt ſit commixti cum alijs fructibus.*

145 *Fructum conſumptio debet probari, cum non præſumatur: & in quibus intelligitur.*

146 *Creditor tenetur ad illos fructus qui ſuperſunt, deductis expenſis.*

147 *Creditor non tenetur ad fructus, quãdo ratione pecuniæ numeratæ ſubijſſet notabiles labores.*

148 *Creditor non tenetur ad fructus ſi res pignorata ſpectet ad eum ratione proprietatis, uel directi dominij.*

§. 6.

132 QVAERITVR modò de quadam lucri ſpecie a DD. conſtituta, uidelicet, in illis perſonis, qui dum ponunt ſeu commodant, ut ipſi ſupponunt, pecunias ſuas in aliqua menſa, non ut menſarij illas expendant, ſed, quemadmodum dicit Iuriſconſ. in l. 3. §. ulti. cum l. ſeq. ff. commoda. illas accipiant ad pompam & oſtentationem dictiores apparendi cauſa: unde ſi ob id quæſtus ſeu merces aliqua ab argentarijs daretur, tradũt DD. commodatores licitè facere, ita determinauit Abb. in Rub. de uſur. num. 3. & prius glo. in cap. conqueſtus. in fin. illo tit. Bald. in l. ſi nauis. in prima lect. ff. de rei uendi. Caſt. in l. 3. §. ult. ff. commoda. Roma. conſ. 500. num. 4. & Dec. in l. 2. in princ. in 2. lec. num. 3. ff. ſi certum peta. dicens ibi hanc eſſe ſpeciem commodati: quod etiam admiſit Franc. Purpura. in d. l. 2. §. 1. colum. 9. poſt Scot. in 4. ſent. diſt. 15. atque de hoc Sotus lib. 6. de iuſti. & iur. q. 1. ar. 1. colum. 3. poſt D. Thom. quem ibi citat: quod ab uniuerſa Theologorum, Canoniſtarum, necnon Iuſtarum ſchola uideo receptum exceptis ſolummodo, quos potuerim uidere, Archidiaco. 14. q. 3. cap. ſi fœnerauerís. Alexan. conſi. 80. circa primum. lib. 3. necnon Moder. Pariſien. de contract. q. 87. num. 666. cum quib. pertranſire prorſus uanum atque temerarium uidere-

tur

133 tur.Verum †ſi unicuique in traditione huiuſcemodi ſententia ſua libera eſſe debet, illud auderem perſuadere, mercedem, ſeu quæſtũ hunc non ſine fœnoris labe retineri, ſi diligentius rē ipſam intueamur, cunctaque fundamenta DD. examinemus. Tradunt enim ipſi in caſu hoc nullum interuenire mutuum, cum in argentarium pecuniæ dominium haud tranſeat, ex quo ad pompam & oſtentationē gratia ditioris apparendi, accipiant. Quamobrem reſoluunt illud eſſe potius commodatum, auctoritate d.l.3.§.ult.cum l. ſequē. quod negari haud poteſt. Sed commodatum ex quo debet eſſe gratuitum, ut eademmet glo. fatetur in d. cap. conqueſtus.& in cap.1. de commoda.& eſt tex.in l.ſi tibi inſpiciendam rem.ff.de præſcrip. uerb.eo ipſo, quo merces ex illo percipitur, dicitur fieri contra naturam actus; quamobrem illicitum atque uſurarium eſt. Sed fac commodatum huiuſmodi tunc in aliam formam negocij cadere, & ſic ut intelligatur contracta locatio, & conductio, ut dicit tex. in §.ult.Inſt.manda.quem citat gloſ.in d.cap. 1. de commoda. atq; ita hoc effici ſpeciem locationis: & tunc cum ſit locata pecunia, quæ dicitur infructuoſa, prout clarè oſtenditur in l. curabit. C.de actio.emptio.neque etiam uſu conſumitur, ut patet; ſi aliquid caperetur lucri, ueniret illud ex induſtria aliena, quamobrem iniuſtum; atque uſurarium eſſet: atque hoc eſt quod uoluit Archidiac. ubi ſupra, quem refert & ſequitur Alex. d. conſil. 80. Aut uerò hæc eſt ſpecies depoſiti, & tunc credo minimè percipi poſſe lucrum aliquod ſine uitio uſuræ. ut enim dicitur in Commentario primo. Depoſitarius etiam tempore I.CC.tenebatur ad uſuram in eo caſu, videlicet, quando pecuniam, ſiue in ſacculo occluſam & ſignatam, ſiue ad numerum depoſitam conuertiſſet in uſus ſuos, & tunc illæ uſuræ dicebantur uenire ex mero iudicis officio. l.diem.§. qui pecuniam.ff.depoſi. uel etiam ex depoſitio iure actionis.l.Lucius. 24. & l.Publia. §.1. & l. Quintus. ff.de poſi. Aut verò tenebatur ad uſuras depoſitarius, ſi eius mora interueniſſet.l.die. §.1.ff.depoſi.Extra hos caſus depoſitarius ad uſuras non tenebatur, ut ubi cōcluditur. Modò cum in caſu iſto ſupponatur argentarium in ſuum uſum nō conuertere, neque ullam moram interuenire, aut aliud accidens, propter quod uſuræ debeantur, ſi quidem pactum eſt tantummodo, non ut expendantur pecuniæ, ſed ut ad pompam in menſa remaneant, & ſic conuentum eſt, ut eadem nummorum corpora reddantur, meritò uidetur dicendum non poſse lucrum aliquod licitè capi. Videtur hoc quoque ſenſiſse Saly. in Rub. C.de vſur.dum dicit omne quod datur pro uſu pecuniæ, ſiue mutuatæ, ſiue non

mutuatæ

mutuatæ vſuram eſſe, quem ſequitur Alex. vbi ſupra num. 5.

134 Ex quo infero Romanum non ſine optima ratione argui † poſſe, dum in d. conſi. 500. incip. ſummarius. qui per ſupraſcripta tradidit de illo collegio Ciuium & Mercatorum illius ciuitatis Bebemen, quod Confratriam vocat, quæ ordinauit, vt pecuniæ communes Collegij & ad Confratriam, vt dicit, pertinentes, diſtribuerentur ſingulis confratribus. de collegio vt ipſe ait duntaxat in commodum & licitã ipſarum pecuniarum negociationem cum onere ſoluendi collegio annuatim ſolidum pro libra qualibet dictarum pecuniarum. vbi ſtatim ipſe reſpondit hanc ordinationem, ſiue potius ſtatutum valere cum illa diſtinctione, videlicet ſi actum ſit, vt pecunia eadem reddatur; & tunc ſit licitum, quaſi non ſit mutuum verum vel fictum, ſed depoſitũ, cum dominium non transferatur: ad quod allegat d. l. Lucius. Secus, vt ipſe dicit, ſi actum fuiſſet, vt tantundem redderetur, quia tunc cum aſſumat naturam mutui, ſapit vſuram. Vnde non valeret ordinatio, ſeu ſtatutum, & illum refert & ſequitur Franc. Rip. in d. l. 2. in prin. num. 8. ff. ſi certum pet. Sed prout oſtendunt Moderni Pariſi. de contract. q. 87. num. 667. ſententia huiuſcemodi in ſecundo caſu recipi poteſt, ſecus autem in priori, nam in d. priori caſu nullum poteſt conſiderari depoſitum, ſed potius mutuum, cum diſtribuatur pecunia confratribus in eius adminiſtrationem, & ſic, vt quiſque conuertat in vſum ſuæ negociationis, vnde egreditur depoſiti notiſsimos fines, & tranſit potius in mutui formam, in quo caſu etiã tempore. I. CC. non debuiſſet vſura à depoſitario, quando ipſe in vſum ſuum ex voluntate deponentis conuertit, nulla eius intercedente mora.

135 Quæritur etiam de his, qui † data pecunia, poſſeſsiones, vel domus, aut aliam rem fructuoſam recipunt in pignus, nunquid vſuram committere dicantur, ſi fructus aliquis ex re ſic accepta percipiant, vt illos teneantur in ſortem computare. & Alexander in l. 1. C. de pignora. actio. conſtituit fructus per tales creditores perceptos debiti quantitatem releuare, atque vſuram committit, ſtatuit Alexander eiuſdem nominis 3. Pont. in cap. 1. de vſur. & tradit ibi Abb. Bald. in l. cum pignoris. C. de pignora. actio. & demum ſanctio huiuſmodi tradita eſt pro regula, de qua per Soc. in tract. fallẽ. Reg. 3. Mantua ſingu. 230. Et propterea aduertendum eſt, quòd ſi creditor inhabitauerit domum acceptam in pignus, tenebitur fructus, quos potuerit percipere abſoluendo in ſortem computare, nam inhabitando quis dicitur fructus percipere. leg. ſi is qui, §. 1. ff. de pignor. vbi Barto. Sed fructus d. habitationis erunt tot, quot ipſe

fuiſſet

fuiſſet expenſurus in conducendo aliam domum, vt ibi ſubiungit gloſ. Vnde non tenebitur ad penſionem, pro qua alius d. domum conduxiſſet. Specul. in tit. de pignor. verſi. quid ſi obligaſti. Alexa conſ. 141. nu. 7. lib. 5. Anto. de Fano in tract. de pigno. in 3. memb. 6. par. nu. 7. reprobando Bald. in Auth. ei qui in rat. col. antepe. C. de bon. auto. iudi. poſ. dum tenebat eiuſmodi in habitantem non computare illos fructus in ſortem.

136 Ampliatur primò, Regulam procedere non ſolùm in † fructibus perceptis, ſed etiam in his qui percipi potuerint, vt habetur in l. 2. C. de pignora. act. ſequitur Abb. in d. c. 5. de vſur. ſuper gl. 1. & hoc intelligitur de fructibus, qui percipi potuerant ab ipſo creditore, non aũt à debitore domino rei, vt per Bal. in d. l. 2. Ale. in l. apud Iulianum. §. fructus. vbi Iaſ. in prima limit. ff. de leg. 1.

137 Secundò ampliatur, rem pignoratam extenuari per fructus perceptos, ſi deteriorata fuerit dolo vel culpa creditoris: quia æſtimatio d. deteriorationis detrahi debet de d. ſorte. gloſ. & Sal. in d. l. 2. Anto. de Fano vbi ſupra in 3. memb. 6. par. num. 2.

138 Tertiò ampliatur, vt etiam ſi fructus aliqui ſuperſint vltra ſatisfactionem ſortis, nihilominus illi debeant reſtitui debitori vnà cum pignore. cap. cum contra. de pignori. Bal. & Saly. in d. l. 2.

139 Quartò ampliatur, procedere non ſolum in ipſo creditore percipiente fructus, ſed etiam in ſingulari ſucceſſore, vt per Bal. in d. l. 1. C. de pignio. actio. de cuius veritate habes per Anto. Neguſan. vbi ſupra, in 2. memb. 7. par. nu. 1. & ſeq.

140 Quintò ampliatur, procedere non ſolùm in † pignore cõuentionali, ſed etiã prætorio, vt. ſ. fructus percepti ex pignore prætorio extenuent ſortem. Bar. in l. Titia. ff. de ſolutio. & l. ſi is qui. §. 1. ff. de pignori. Benè verũ eſt, quòd talis creditor differt ab eo, qui habet pignus cõuentionale: ille enim, vt ſupra dicitur, tenetur de fructibus per eum percipiẽdis: hic autẽ qui habet pignus ex primo decreto, non tenetur de fructibus percipiẽdis, niſi in eo caſu, quãdo eos omiſiſſet percipere dolo, vel lata culpa: de quo per Deci. in l. contractus. nu. 27. ff. de reg. iur. Ant. Neguſan. vbi ſupra, in 3. memb. 6. par. nu. 5. licèt Specula. in titu. de primo decreto. §. iam de effectu verſi. miſſus ergo, &c. abſolutè exiſtimet talem creditorem habentem pignus prætorium, non teneri vnquam de fructibus percipiendis. Quando autem in dolo & lata culpa dicatur eſſe talis creditor, tradit glo. in d. l. ſi is, qui. §. 1. Neguſ. vbi ſupra.

141 Sexto ampliatur, procedere etiã ſi fuiſſet pactio inita, vt talis creditor lucretur fructus pignoris: quia nihilominus fructus debe-

rent

rent ſortem extenuare: ita Bald.in l. 1. C.de diſtract. pigno. Abb. in c.1.in primo notab.de vſuris. Et ratio eſt: quia paria ſunt promittere creditori ſoluere vſuras,& paciſci quòd fructus non cõputentur in ſortem.cap. 1.de vſur. Alexan. conſi.3 1.viſo themate.nu.4.ver.& hanc partem.lib.6.Quæ ampliatio intelligitur dummodo non eſſemus in vno ex caſibus,in quo vſurę prędmittuntur, de quibus habes in commentario primo. tunc enim tale pactum valeret.& hoc modo debet intelligi l. 1.§.pacto.& ibi gl. ff.de pig. & gl.in l. 1.C.de diſtract.pig.& alijs de quibus per Boer.deciſ.44. nume.34.& ita intelligit Cacchera. deciſio. Pedemonta.143.nume.2.& ſeq.

142 Septimò † ampliatur, procedere etiam,ſi debitor iuraſſet ſoluere creditori,vel etiam cum iuramento non moleſtare creditorem ſuper repignorata & eius fructibus: quia tunc nihilominus debitor,ſoluto prius debito,repetere poterit à creditore pignus vnà cum fructibus perceptis & percipiendis, iuxta ſuperius dicta.facit c.ad noſtram. vbi Abb.de iureiur. Socin.vbi ſupra, in 2. caſu.Anton.de Fan.vbi ſupra,limit.5.in fin.Bene verum eſt,quòd in iſtis duobus caſibus per debitorem non poteſt opponi compẽſatio: ſed debet prius præciſè ſoluere,prout iurauit, licèt Bar.in l.amplius.ff.rem rat.habe.exiſtimet in eo caſu, quando videlicet debitor ſimpliciter iuraſſet ſoluere abſq; alia promiſsione,quòd per eũ poſsit opponi compenſatio: quod latè diſputant Soc.in l. Iulianus.ff.de condi.& demon. Tindar.in tract.de compenſatio. car.5.col.2.Sed contra Bar.tenuit Alex. conſi.9.viſis actis. col.2. lib.2.& communiter contra eum tenent Canoniſtæ in d.c.ad noſtram,vt teſtatur & ſequitur.Negu ſan.vbi ſupra.& Lauren.Rodul.in d.ca.conſuluit, par.2.q.122.tradit per hũc debitor prius peti debere abſolutionem à iuramento.

143 Limitatur nunc primo,ſupraſcriptam † Regulã procedere,quãdo fructus eſſent conſumpti:tunc enim extenuarẽt ſortẽ ipſo iure,vt per Abb.in d.c.1.de vſur.in 2.notab.intelligendo tamen oppoſita compenſatione ab homine, prout intellexit gl.in d.l. 1.ver. ipſo iure.C.de diſtract.pigno.§. ſequitur ibi Bal.& Sali. Soc.in d. Regu,38.caſu.ſi enim non eſſent conſumpti, tunc non extenuarent ſortem,neque in eam computarẽtur: quia de ſpetie ad quãtitatem non admittitur compenſatio.Benè verum eſt, quod tales fructus tacitè eſſent obligati in ea.cauſa in qua res principalis ex qua ſunt percepti,eſt obligata.l. 3.C.in qui cau.pig.taci.cont.diſtinguendo tamen,vt per Sali.ibi.Et iſtam differentiam inter fru-

ctus

ctus conſumptos,& non conſumptos, vltra præallegatos DD.memorat alios Alex.in l.diuortio.§.j.num.3.& ſeq.& ibi Iaſ.ff. ſolu.
144 matr. Neque per hoc † fructus dicuntur conſumpti, licèt ſint commixti cum aliis fructibus,ut per Alex.conſi.102.num.x.lib.6. alle.Bal.in l.ij.in ij.col.C.de fruc.& lit.exp. Sequitur Ant. Neguſ. vbi ſupra in 3.memb.6.par.nu.12.Debebit ergo conſumptio probari per allegantem,cum in dubio nõ præſumatur.gl. in l.creditor.§.ſi inter.ver.negetur.ff.mand.Alex.vbi ſupra,num.9.Et hoc niſi a tẽpore perceptionis eſſet elapſum triẽnium, quia fructus conſiſtentes in vino,oleo,frumento,& ſim.non præſumuntur durare vltra triennium;de quo per Alex. in l.pe. in prin.col.vlt.ff. ad leg.Falc.gl.in l.j.& ibi communiter DD.C.ſi aduer.vſucap.quicquid ibi dixerit Bal .qui ait relinquendum hoc eſſe arbitrio iudicis.Sed opinionem communem ſequitur Corn. conſi.104. lib.2. Neguſan.vbi ſupra.Idem etiam, niſi fructus conſiſterent in pecunia,prout ſunt penſiones,quia perinde ac ſi cõſumpti eſſent: nam ſtatim extenuãt debitũ.Bal.in l.quãuis.C.in qui.ca.pig.taci.cõtra.
146 Secundò limitatur procedere tantùm † in illis fructib. qui ſuperſunt deductis expenſis,vt per Neguſa.vbi ſupra.& facit,quia regulariter fructus intelliguntur deductis expenſis factis ꝓ illis recolligendis.l.fructus.& ibi no.ff.ſol.mat.propter quod dicebat Soc.vbi ſupra,nu.3.caſu, ꝙ iſta nõ erat ꝓpriè limitatio ad regulã.
147 Tertiò limitatur, † niſi creditor ratione pecuniæ numeratę ſubiiſſet notabiles labores:quia tunc lucratur fructus contemplatione laborum,dictum fuit Hoſt.in Sum.eod.tit.§.an aliquo,ver.13. refert,& ſequitur Rom.ſing.542.Abb.in d.c.conqueſtus,num.8. Soc.vbi ſupra,caſu.12.Beroius in d.c.j.col.7.in prima limitat. de vſur.Boeri.deciſ.44.quo ad ſecundum.num.24.
148 Quartò limitatur,niſi res pignorata ſpectaret † ad creditorem ratione proprietatis vel directi dominii,ratione autem poſſeſsionis,vel vſufructus ſpectaret ad debitorem:quia tunc fructus non computarẽtur in ſortem.& ponitur exemplum in clerico,qui acciperet in pignus beneficium à laico:de quò in c.j.de vſu.in fi.Idẽ de domino,qui reciperet rem feudalẽ in pignus a vaſſallo, de qua in d.c.conqueſtus.Abb.in c.at ſi clerici.nu.23.de iud.Idem de domino,qui reciperet rem emphyteoticam ab emphyteota: de quo notatur in d.c.conqueſtus.tradit Roma.in l.diuortio.§.ob donationes.ff.ſol.mat.& ſing.529.

Idem etiam de proprietario,& domino locatore,quĩ reciperet abuſufructuario,& conductore,de quo Soc.ubi ſupra.in 5.caſu

Neguſan.

Neguſan. vbi ſupra nu. 135. & de omnibus videas Couar. lib. 3. Variarum reſolu. cap. j. num. 4. vbi aliter hanc limitationem exponit ſimiliter, & Nauar. in Manual. Confeſſo. ſub 7. præcep. c. 17. num. 215. Sotum lib. 6. de iuſt. & iur. q. j. art. ij. col. 7. Limitatur generaliter, ſupradictam regulam non procedere, ſi per creditorem fructus perciperentur ratione vſuræ recompenſatiuæ vel reſtauratiuæ, de quibus habes caſus, & exempla tradita in Commentario j. Et ſub iſta limitatione cadent quamplures cõſtitutæ per Soc. vbi ſupra. Sylu. in Roſa aurea. caſu 28. Naua. in Manual. Confeſſ. ſub 7. præcep. cap. 17. num. 217.

Commentarÿ Tertÿ, Finis.

IOAN. BAPTISTAE LVPI GEMINIANI I. C. CLARISSIMI.

De Vſuris, & Commercijs illicitis.

COMMENTARIVS QVARTVS In cap. Quamquam, de vſur.

SVMMARIVM.

1 *Gregorij X. Pont. vita, ſeu elogium.*
2 *Pœna infamiæ ad vſurarios ſtatuta.*
3 *Vſurarius hæres inſtitutus præterito fratre, priuabitur hæreditate.*
4 *Vſurarius non poteſt eſſe teſtis, ſed repellitur à teſtimonio.*
5 *Vſurario denegatur iuramentum ſuppletiuum, & in litem.*
6 *Clericus vſurarius, ipſo iure infamis.*
7 *Vſurarius præſentari, nec eligi poteſt ad beneficium.*
8 *Clericus uſurarius, deponendus eſt ab officio, & beneficio.*
9 *Iniuria irrogatur uocando uſurarium, & iniuriarum agi poterit.*
10 *Vſurario denegatur Communio altaris. Item & Sacramentum Confeſſionis.*
11 *Vſurario denegatur eccleſiaſtica ſepultura.*
12 *Vſurarius non admittitur ad oblationem faciendam.*
13 *Vſurarius non prohibetur facere eleemoſynam.*
14 *Vſurarius non poteſt agere ad uſuras, niſi prius ipſe reſtituerit perceptas: per ſe, vel eum, cuius ſit hæres.*

15 *Vſurario denegatur appellatio.*
16 *Vſurario denegatur aduocatus.*
17 *Vſurarius tenetur edere actori.*
18 *Vſurarij nunquid alia pœna criminali puniri debeant.*
19 *Lex ciuilis contra crimen eccleſiaſticum, pœnam ſtatuere poteſt.*
20 *Statuta, & leges laicorum, tribuentes facultatem Iudicibus ſecularibus decidendi in materia uſurarum, ualent.*
21 *Pœnæ impoſitæ uſurarijs nunquid intelligantur ipſo iure, an uerò circa eas requiratur ſententia hominis.*
22 *Vſurarius manifeſtus eſt, qui palam, & publicè fœnus exercet. Idem etiã domi.*
23 *Vſurarius manifeſtus, probatur per eius confeſſionem in iudicio.*
24 *Confeſſio extraiudicialis, non conuinceret quem uſurarium manifeſtum.*
25 *Vſurarius manifeſtus probatur teſtibus deponentibus, ſe pluries uidiſſe illum fœnerantem.*
26 *Teſtes aſſerentes ſe pecuniam recepiſſe ſub uſuris, nunquid probent uſurarium.*
27 *Teſtes ſingulares, nunquid probent quem uſurarium.*
28 *Teſtes, ſi non probant, quòd quis uſuram receperit, non concludit, & ideo inſtruitur aduocatus ad articulandum.*
29 *Teſtes deponentes, quem ſolitum fœnerari, non conuincunt uſurarium.*
30 *Vſurarius manifeſtus probatur fama, & communi opinione.*
31 *Vſurarius probatur ex libro ipſius.*
32 *Vſurarius ad hoc, ut probetur manifeſtus, neceſſe eſt ſequi declarationem & ſententiam Iudicis.*
33 *Vſurarius manifeſtus, qualis eſſe debeat.*

PRAEFATIO.

VSVRARVM ergo labem vidimus quàm maximam, & execrabilem fieri, ipſamque ab omnibus gentibus prorſus reiici, atque improbari, poſtquam homines à Deo Optimo Maximo, nulla re longius arceantur, quàm huiuſmodi facimus exercendo, per hoc enim ſcelus traditum eſt ipſum Deum, naturamque offendi, iura, præceptave, tum diuina, tum humana violari, atque contemni, necnon viros in ſuis facultatibus

cultatibus conſumi, & prorſus abliguriri, vt ex ſupra relatis colligere potes,& paſsim a DD.reperimus inuehi in probrum huiuſcemodi,quorum nomina longum eſſet recenſere. Vt hinc mirari non debeamus,ſi vitium hoc tot patrum dogmata,ſanctioneſve fuerint deteſtatæ,contraque illud inſurgant armati canones,leges, omniaq; iura ſingula feriendo varijs,& illis quidem grauibus pœnis, de quibus modo referam, & pro quarum faciliori explicatione duxi aggrediendam conſtitutionem firmatam in generali Concilio Lugdunenſi,poſitam ſub titul.de vſur.lib.6.incip.Quamquam, &c. quam ſtatuit Gregorius,illo nomine X.ſed 190. in ordine Pont. Max.pa-
1 tria Placentinus, † antea Thebaldus nuncupatus, è familia Vicecomitum,vir certè præclarus, atque per omnes vitæ gradus ſummè laudatus,ob egregias animi ſui dotes,quæ in eo magis, ac magis elucebant exornatæ magno conſilio,humilitate, ſanctimonia, pietate, religione,cæterarumque virtutum genere,quibus Chriſtiane Reip. euaſerat bonus, ſanctiſsimusque ciuis, deque ea optimè meritus, quod tum ex hoc dicere poſſumus,quando inter Chriſtianos ſacro illo fœdere icto,vt Edouardus. Henrici Angli filius, cum inſtructa claſſe in Syriam, ob varios paganorum inſoltus, tunc inclinantem traiiceret,dum Ludouicus Franchus Africanos edomaret,ipſe Leo dicoſis tantum Archidiaconus,Caroli Siciliæ, Hieroſolymorumq; Regi, atque Eccleſiæ vacante Pontifice tutoris, necnon omnium Principum iudicio, Apoſtolicæ ſedis Legatus fuit in illam ſacroſanctam Syriacam expeditionem declaratos, atque aſſumptus, qui dum in Ptolemaide, Syriæ vrbe,rem Chriſtianam cum Edouardo maxima ingenij ſui prudentia curabat,& dum apud Viterbium, ob Clementis IIII.optimi,ſanctiſsimique Pont.mortem ibi ſequutam, non ſolum inter Principes,verum etiam inter Cardinales diſcordia fuiſſet orta de creando nouo Pont.qui illo dignus videretur, vt ob id in tertium annum ſedes vacaret, meruit Theobaldus, nondum Cardinalis, & abſens, ad hoc ſummum rei faſtigium euehi, anno tunc agente a Chriſto nato 1271.qui, dum Italiam magnis vndique in itinere donatus muneribus. egregioque comitatu aduentaret, apud Viterbium obuia, nec non multorum Principum honoribus fuit exceptus, ibique Pontificatum ſumpſit, quem dum per quatuor annos, totidem menſes, ac dies incredibili religione, & ſapientia rexit, continuò ad rem in Syria iuuandam animum adiecit conciliatis prius Venetis, ac Ianuenſibus inter ſe tunc valde deſsidentibus,quorum diſcordias plurimum huic incepto obſtare didicerat,hic inſimul Lugduni Concilium patrum indixerat, atque ad

 id cele-

id celebrandum quia cum Græcis inſtabat certamen, de Spiritusſancti proceſsione, doctiſsimi quique accerſebantur, inter quos Thomas ille Aquinas, qui tamen, antequam eò perueniſſet, diem ſuum obijt. Adſuit Bonauentura Balneoregius, Franciſcanæ familiæ ornamentum, Eboracenſis Antiſtes. Ianuenſium ope adfuit Paleologus Imperator, cũ Ioſepho, Patriarcha Cõſtantinop. magnoq; comitatu, qui ut Græci Imperij iura adipiſcerentur à Pont. Max. & reclamantibus Balduino Imperatore, & Carolo Siculorum Rege, id obtinuit, quando cum alijs Græcis, utrinque almum Spiritum procedere profitebatur, plures etiam conſtitutiones, atque dogmata in Chriſtiana Repub. ſaluberrima fuerunt in hoc generali concilio firmata, & inter cætera, ad euitandas longas illas ſedis uacationes, qui antea in maximam Eccleſiæ perniciem extiterant, inductus fuit egregius, & nunquam ſatis laudatus ordo, atque uſus congregandi, necnon in loco claudendi Cardinales, ob creandum Pont. qui mos deinceps conclaue nomen fuit nuncupatus, modus, atque nomen in æuum duraturum, quando antea publicè Cardinales ſoliti fuerant conuenire apertis illis congregationibus ad illum eligendum. Similiter Gregorius, nullis meritò infenſior, quàm fœneratoribus exacerbatus, ꝙ poſt edicta Concilij Lateranenſis, improbiſsimi homines nihilominus præſumerent circumire prouincias, & alienas urbes proficiſci ad exercendam huiuſmodi uſurariam, ſiue potius depredationem, ibique ad hoc domos conductas habere, cum propoſuiſſet edictum in generali Concilio Lugdunenſi firmatum, quo iubebat conſtitutionem Lateranenſis Concilij contra uſurarios editam ſub diuinæ maledictionis in terminatione inuiolabiliter obſeruari, eoſque uſurarios infra tres menſes urbibus, prouincijſque excedere, & quòd, nec collegium, nec alia uniuerſitas, uel ſingularis perſona domos locent, uel ſub alio quocunqne titulo concedat, quinimo eos infra illum terminum præfixum de terris ſuis appellant, nunquam aliquos tales de cętero admiſſuri, ſub graui cenſurarum periculo, prout in præcedenti ſanctione huius tituli expreſſum reperitur, his non cõtentus addidit in eorum odium hanc conſtitutionem, quòd teſtamenta manifeſtorum uſurariorum non ualeant, ſed ſint irrita ipſo iure, & ꝙ nullus ipſis debebat interuenire: idque hac formali epiſtola ſtatutum fuit.

Quamquam uſurarij manifeſti, de uſuris, quas recęperint, ſatis fieri expreſſa quantitate, uel indiſtinctè in ultima uoluntate mandauerint, nihilominus tamen eis eccleſiaſtica ſepultura denegetur, donec de uſuris ipſis fuerit, (prout patiuntur facultates eorum) plenariè ſatisfactum

ſtum, vel illis, quibus facienda eſt reſtitutio, ſi præſto ſint ipſi, aut alij, qui eis poſſit acquirere, vel eis abſentibus, loci ordinario, aut eius vices gerenti, ſiue Rectori parochiæ, in qua teſtator habitat, coram aliquibus fide dignis de ipſa parochia, e quibus quidem ordinario Vicario, & Rectori prædicto modo, cautionem huiuſmodi eorum nomine liceat præſentis conſtitutionis auctoritate recipere, ita, quòd illis perinde actio acquiratur, aut ſeruo publico de ipſius ordinarij mandato, idoneè de reſtitutione facienda ſit cautum. Cæterum, ſi receptarum vſurarum ſit quantitas manifeſta, illam ſemper in cautione prædicta exprimi uolumus, alioquin aliam recipientis cautionem huiuſmodi arbitrio moderandam: ipſe tamen ſcienter non minorem, quàm ueriſimiliter creditur, moderetur: & ſi ſecus fecerit, ad ſatisfactionem reſidui teneatur. Omnes autem religioſos, & alios, qui manifeſtos uſurarios contra præſentis ſanctionis formam ad eccleſiaſticam auſi fuerint admittere ſepulturam, pœna Lateranenſis Concilij, contra uſurarios promulgatæ, ſtatuimus ſubiacere. Nullus manifeſtorum uſurariorum teſtamentis interſit, aut eos ad confeſſionem admittat, ſiue ipſos abſoluat, niſi de uſuris ſatisfecerint, uel de ſatisfaciendo pro ſuarum viribus facultatum præſtent, ut præmittitur, idoneam cautionem. Teſtamenta quoque manifeſtorum uſurariorum aliter facta, non ualeant, ſed ſint irrita ipſo iure.

Hactenus conſtitutio. Et antequam ad eius ſeriem deueniamus, præmittendum eſt, priſco illo iure in vſurarios pœnas fuiſſe indictas, prout ad hoc recenſeri poſſent multæ authoritates Liuii, aliorumque, de quibus dicitur in l.curabis.C.de actio. empt. Similiter
2 de iure quoque Cæſarum in vſurarios pœnæ fuerunt indictæ: † nã Diocletianus, & Maximianus AA. ſtatuerunt improbum fœnus exercẽtes, infamiæ pœnam ipſo iure foro irrogandam. l.improbum fœnus.C.ex qui.cauſ.infam.irroga.& ibi gloſſ.& Bart. & Auguſtus prius notauit aliquos, quòd pecunias leuioribus vſuris mutuati, grauiori fœnore collocaſſent, ut teſtatur Suetonius in eius vita, ca. 39. Quæ pœna infamiæ recepta, confirmataque fuit a iure Pontificio, cap.infames.§.porrò.3.q.7.Abb.& alii in cap.inter dilectos. nume.2. de exceſ.Prælat.Matheſi.notab.196. Et hodie irrogatur infamia, ſiue uſurarii exceſſerint modum, & limites definitos.in l.eos. C.de vſur. ſiue fœnerarentur intra illum modum & limites, ſed reprobatos, licèt hoc Abb.in d.capit.inter dilectos. nume.2. cogitandum relinquat: verum tenuit hoc Guil.de Cun.Petr. Iacob. Butrigar.Saly. & alii in d.l. improbum. Matheſi.notab.49. Et quamuis gloſſ.in d.l.improbum. contrarium ſenſerit, & uideatur ſequi Gemin.conſi.77.col.pen. tamen hæc opinio glo. communiter reii-

citur, vt per Couar.lib.3.var.reſol.cap.3.

Inferunt modo ex hoc DD.quòd cum iſte vſurarius ſit infamis
3 & ſic † uilis, & turpis perſona, ſi quis illum hæredem inſtituerit, p̄terito, & exhæredato fratre; ille frater ſic præteritus, & exhæredatus poſſit rumpere eius teſtamentum per querelam inofficioſi, :originalis illatio fuit Ant.de But.in c.Raynutius.de teſta.ſequitur Matheſila.d.notab.49.& 196.tradit Iaſ.in l.fratres.nu.18.C.de inoſ.teſta.Marſil.ſing.273.nu.4.

4 Infertur etiam, quòd † vſurarius non poſsit eſſe teſtis, ſed repellitur à teſtimonio, Bald.in l.1.q.7.C.de teſtam.Lauren.Rodul. in d.c.conſuluit.par.2.q.vlt.Iul.Clar.de teſtam. §.vſura.ver. punitur.Et qui unum teſtem examinaſſet, qui eſſet uſurarius, non poſsit obtinere iuramentum ſuppletorium, Caccialup.in l.admonendi. car.18.ver.26.ff.de iureiur.

5 Infertur etiam. quod † uſurario non debebit deferri iuramentū ſuppletiuum, quando is probaſſet per vnum teſtem: quia in hoc iuramento ſibi deferendo fungitur vice teſtis, qui ratione infamiæ repelli deberet.Cyn.in l.in bonæ fidei.q.7.C.de re.credit.Curt. in d.l.l.admonendi.num.73.Craue.conſi.73.numer.6.Iacob. Menoch.in pract.de arbit.iudi.lib.2.cenſu.2.caſu 190.num.14.Marſi.ſing.273.nume.2.Idem etiam, nec iuramentum in litem, de quo latè poſt alios per Ioann.Bapt.Plot,in l.ſi quando.§ 13.nume.7.& §.50. num.1.& nume.15.C.vnde vi.Pet.Ioan.Anchara.in ſuarum qq.lib.33.numero 17.

6 Similiter eodem modo, & clericus vſurarius † eſt ipſo iure infamis, text.in d.c.inter dilectos.vbi Abb.de exceſ.prælat.& ideo procedent in eo, quæ de laico vſurario inferuntur. Vnde traditum eſt eum repelli debere ab obtinẽdo beneficio.gl. in c.præterea. de vſu. prodatur in c.infamib.de reg.iur.in 6.

Et per iſta Cæſar Lambertin.in tract.de iure pat.lib.2. art. 21.9. q.princi.1.par.poſt Firmianum, quem allegat in tract.de epiſco.in 2.
7 lib.in 1.par.q.33.inferebat uſurarium † non debere præſentari, nec eligi:& ſi præſentetur, & de crimine vſurario opponatur, & probetur, tunc debeat degradari, & deponi. Tradit tamen gloſſ.in dict. capitulo præterea, quòd Epiſcopo permiſſum eſt hanc, infamiæ notam tollere, & abolere ab vſurario, poſt pœnitentiam, & ſatisfactionem ab eo factam, & illum diſpenſare ad effectum retinendi beneficia eccleſiaſtica obtenta: nam his ob infamiam, etiam iuris, minimè eſt priuatus. Secus quo ad obtinenda de nouo beneficia, quæ infames aſſequi non poſſunt abſque Roma.Pont. indulgentia, vt tradit

vt tradit gloſ.in d.capitul.inter dilectos. Infamia enim, quò ad hæc, ab alio, quàm a Principe tolli non poteſt, Geminian. conſil. 77. colum.vlti.

8 Quinimò clericus vſurarius deponendus eſt † ab officio, & beneficio, not.Abb.in cap.1.num.4.vbi Ioan.And. & Rauen. de vſur. Alexan.conſi.72.in princip.libr.1. Et hoc intelligendum, vt primò quidem ſuſpenſione ſit punitus, & poſtea ſi in eodem errore vſurariæ prauitatis perſeueret, tunc ab officio & beneficio ſit deponendus, quia vſurarius abſque illa proterua contumacia, & perſeuerantia, ſuſpenſione tantùm eſt puniendus. Hoſtien.in ſum.eodem titu. de vſur.§.vlt.verſic.alia a Iudice. Ioan.Epiſc.Calagurritan.in ſumm. pract.criminal.cap.82.& faciunt verba tex.in cap.1.& cap. præterea.de vſuris.

9 Inferunt etiam DD. quòd † cum vſura infamiæ notam tribuat, maxima erit iniuria, quem vocare vſurarium, vnde iniuriarum agi poterit, per ea, quę tradit Old.conſi.53.Roma.conſi.96.Ludoui.Bolog.in addit.ad conſi.Ioan.Ana.conſi.44.Socin.conſ.118.& 146.lib. 1.& in terminis ponit Craue.conſi.145.lib.1.

Reperiuntur etiam multæ aliæ pęnæ in vſurarios excogitatę, & quidem Alexan.illo nomine III.& Pon.Max.in Concilio Lateranenſi edito, ſtatuit alias, & illas tres grauiſsimas pęnas, relatas in capitu. quia in omnibus.eodem titu. Quarum prima eſt, vt ipſi non admit-

10 tantur † ad Communionem altaris, quem Innoc.ibi exponit, id eſt, vt non poſsint ſuſcipere corpus Chriſti. Sed Abb. in ca.cum tu.eodem tit.aliter eam interpretatur, id eſt, vt non admittantur ad eccleſiam, quando celebrantur diuina, quia aſsiſtentes in eccleſia debent admitti ad Communionem altaris, quæ expoſitio magis placet Panormi.ind. c.quia in omnibus.nu.2.& magis communiter recipitur, & ſic vſurariis excommunicationis cenſura infligitur. Abb.& DD.in cap.præterea.de vſur.

Interdicta quoq; illis fuit cõfeſsio, poſtquam ſancitũ eſt, vt nullus eos ad confeſsionem admittat, ſiue ipſos abſoluat, vt in hac cõſtitutione dicitur, & gl.inter ver.abſolua.exponit ẽt ab alijs peccatis, alle. c.legatur.24.q.2.Nauar.in Manua.Confeſ.ſub 7.prę.c.17.nu.279

11 Alia & ſecunda eſt pœna, vt talis vſurarius manifeſtus decedens in hoc peccato, careat chriſtiana ſepultura, & ſic non debeat ſepelliri in cemiterio eccleſiaſtico, nec clerici debeant interuenire ſepulturæ, tradit gloſſ.in authen. qui domirum. C.de ſepulc. viola. Quinimò, ſi aliqui vſurarios manifeſtos ſcienter ſepelliri præſumant, ipſo facto ſententiæ excommunicationis ſubiacere decretum

fuit, in clem. eos. de ſepultu. & confirmatum eſt per hanc conſtitutionem. in uer. omnes autem. tradit Lauren. Rodul. in d. capi. conſuluit. q. 102. nume. 134. & gloſ. in d. clem. in uerſi. ſepellire. declarat, qui dicantur ſepellire, an clerici tantùm, an clerici aſſociantes, an foueam facientes, ſeu proprijs manibus in foueam tradentes. Nec talis uſurarius decedens in peccato ad eccleſiaſticam ſepulturam deberet admitti, etiam ſi eius hæredes reſtituerent, uel cauerent de reſtituendo uſuras, quia huiuſmodi cautio non liberaret animam ſuam, ex quo mortuus eſt in tali ſcelere. Oportet ergo, quòd ipſemet reſtituat, uel caueat de reſtituendo, ita quòd appareat illum nõ deceſsiſſe in peccato. Hoſtien. in ſum. eod. tit. §. alia imponitur. notatur in d. clem. eos. per glo. ibi. in uer. manifeſtos. & in hac conſtitutione, ſuper qua tradunt DD. quod etiam ſi fuerit ſepultus, nihilominus erit exhumandus. Abb. conſ. 81. Card. conſil. 2. Quinimo etiam ſi tempore ſepulturæ fuiſſet occultus, neque aliter apparuiſſet uſurarius manifeſtus tamen ſi poſtea detegeretur, & conſtaret illum deceſsiſſe in tali peccato, ſine aliqua confeſsione, & ſigno contritionis, deberet exhumari in eo caſu, quando ab alijs eius cadauer, & oſſa diſcernerentur. ſecus aliter, vt per Geminian. hic, nume. 11. decidens hac ſua notabili diſtinctione huiuſmodi caſum ualde ab antiquis diſputatum, de quo per eum.

12 Tertia eſt pœna, ut non admittãtur ad oblationẽ faciendam, ſed eam clericus debet reſpuere: & ſi aliquid habuit ab uſurario offerente, tenetur hoc ei reſtituere, ad ſui in uerecundiam. Hoſt. in ſum. eod. tit. §. alia pęna imponitur. & ultra hoc clericus tenetur ſatiſfacere de delicto, ut per Abb. in d. c. quia in omnibus. nume. 6. Quæ pœna fuit ſtatuta in maximum odium uſurariorũ. Nam omnes alii peccatores, & homines uitę quantumuis ſordidæ, extra illos expreſſos in cap. oblationes. 90. diſt. & per glo. ibi, & in cap. minor. 17. q. 4. ad oblationem faciendam non prohibentur admitti, ut uidetur concludere gloſ. illa, & ſequitur Abb. in d. cap. quia in omnibus. nu. 5. reiecta opin. Hug. Benè uerũ eſt, ꝙ iſte uſurarius poterit facere eleemoſynam: nã, ut cõcludit Io. And. in c. cum uoluntate. de ſen
13 tent. excomm. prohibitus facere oblationem, † non prohibetur facere eleemoſynam de illicitè acquiſitis, & ſubiacentibus reſtitutioni, licèt huiuſmodi eleemoſyna non placeat Deo. cap. eleemoſynã. 14. q. 5. habes de hoc gl. in cap. ex tranſmiſſa. de decim. cap. non ſine 14. q. 5. Et Abb. in d. ca. quia in omnibus. diuerſitatis rationem adducit, quia de ſui natura oblatio fit in publico, eleemoſyna uerò in occulto. Vlterius fuit ſtatutũ, quòd clerici admittentes uſurarios manifeſtos

nifeſtos ad communionem, uel eccleſiaſticam ſepulturam, uel recipiẽtes eorum oblationes, ſint ad officio ſuo ſuſpenſi. Quæ omnia fueruntpoſtea in Cõcilio Lugdunenſi confirmata, & iuſſa obſeruari ſub diuinæ maledictionis in terminatione, ut dicitur in conſtiutio-
14 ne præcedenti hoc. eod. tit. noſtro. † Offert etiam ſe nobis alia pœna in uſurarios ſtatuta, de qua in cap. quia fruſtra. & cap. Michael. eod. tit. uidelicet, uſurarius repetens uſuras ſibi debitas, uel agens, ut fructus computentur in ſortem, non audiatur, niſi prius reſtitue rit uſuras, quas ab alijs apparebit extorſiſſe per ſe, patrem, vel defunctum, cuius, ſit hæres: & ſic in hoc caſu admittitur qui allegans de iure tertij: quòd fit in uſurariorum odium, quo ſcilicet purgato, prius crimen, quàm odium de ipſo arguat, ut tradit Abb. in dictis iuribus. Et quamuis Lapus allega. 55. uidetur limitare in eo caſu, quando eſſet coram iudice delegato, prout dicit loqui citatus textus. 6. capitu. quia fruſtra. ſecus ſi cauſa penderet coram Iudice ordinario, quemadmodum tenet quoq; Alc. in l. viro. ff. ſol. mat. Nihilominus reſtrictionem huiuſcemodi reijciendam puto, de quo per Roman. ſingul. 340. & conſ. 180. omnia. ut in d. l. uiro. quamuis & ipſe in hoc parum ſibi fuerit conſtans, & traditis per eum conſ. 238. pro honoranda, colum. pen. uerſi. 2. & iſta. & in urbe hac floret. Video hanc difficultatem ceſſare, quando per conſtitutiones ſynodales ſub Leone X. Pont. Max. editas, iam deciſum fuit exceptionem hanc admitti debere in quocunque iudicio tam ordinario, quàm delegato, ipſamque opponi debere ante litem conteſtatam, niſi poſt litem conteſtatam perueniſſet ad ipſius rei notitiam, declaratumque fuit exceptionem huiuſcemodi probari debere infra 10. dies utiles, poſtquam fuiſſet admiſſa.

15 Rurſus, contra † uſurarios ſtatuta eſt pœna, de qua in c. quàm pernicioſum. de uſur. uidelicet, ut ipſa appellare non poſſint ad ſubterfugiendam reſtitutionem: & ſic denegatur eis appellatio, quod ſpeciale eſt in odium uſuræ, prout adnotant Abb. & alij.

16 Traditum † eſt quoque a DD. quòd cum propter delicti grauitatem accuſato denegetur aduocatus, l. per omnes. C. de defenſori. ciuita. ita per hunc tex. uſurario manifeſto erit denegãdus, ut refert Barbat. in l. 4. §. Cato. col. 38. ff. de uerb. obli. ſe audiuiſſe illum tex. allegatum fuiſſe ab egregio quodam aduocato corã Eugenio Pont. in publico Conſiſtorio. Ad hoc, quòd manifeſto uſurario erat denegandus aduocatus, recenſet, & latius tenet Andr. Tiraq. de pœn. ff. natu. tempe. cauſa 49. num. 30.

17 Similiter eſt alia pœna aduerſus uſurarios ſtatuta, per clem. 1. §. cæterùm

cæterum. de uſur. ut videlicet eccleſiaſtica cenſura compellantur edere actori codices ſuarum rationum. Et quamuis communis,& illa uulgata regula ſit, quòd reus inſtrumenta, ſeu rationes actori non cogatur edere,de quo Bal.in l.j. §.editiones.col.4. ver. venio ad exempla.ff.de edend. & ordinariè DD. in l. prima. C.de edend. Attamen hæc regula in odium uſurariorum limitatur, ut, uidelicet ipſi teneantur edere. d. §. cæterum. & hoc, ut dicit ille tex. cum de uſuris agetur: unde ſi ageretur contra uſurarium ad alium effectum,quàm ad reſtitutionem uſurarum, non teneretur edere: ita exponit ibi Ancharan.& Cardinal.poſt Lap.tradit Bald.in cap. clerici.col. ult. uerſ. ſed nunquid. de uit. & honeſta. cleric. cum alijs, de quibus per Dec.in cap.1.num.24.de proba.

18 Exoritur nunc illa †difficilis, & ualde controuerſa q. uidelicet, nunquid vſurarij præter ſupradictas pœnas alia criminaliter puniri poſsint. Et quòd nulla alia ſint pœna afficiendi ſuaderi uidetur ex eo:quia,ut concludunt Bar. & DD.in l.1. C.de ſum.Trin.Vſuræ de iure ciuili non prohibentur, ſed permittuntur. ideo quod fit l.permittente,pœnam non meretur,uulgata.l.Gracchus.C.de adult.Praeterea non reperitur iure cautum, quòd uſurarius puniatur aliqua pœna criminali: ergo pœna imponi non debet, niſi ubi lex expreſsè dicat.§.cum igitur.de non.eligi ſecun.nub. Bal. in authen. ex teſtamento.col.pen.C.de ſecun.nup.

Et de iure canonico ſunt prohibitæ, inſpecta ſalute animæ tantùm:qua de cã,ut euitetur peccatũ uſurarius punitur ſolum ad earum reſtitutionem cenſura eccleſiaſtica, ut dicitur per cap. cum tu.de uſur.Et quando ius canonicum uoluit punire uſurarios ultra reſtitutionem,proceſsit ulterius, prout diſpoſuit in alijs pœnis, de quibus ſupra. Similiter Deci. in conſil. 170. allegat fœnetorem ob paupertatem excuſari a reſtitutione uſurarum. d. cap.cum tu.§.illi. Si ergo ob paupertatem,quis excuſatur à reſtitutione, nec aliter puniri debet, quanto fortius debet exire impunitus, qui uſuras reſtituit: & per iſtas rationes ita opinatus fuit Bal. in d. l. improbum fœnus.ſequitur ibi Sali.tradit Dec. in l.rogaſti.§.ſi tibi.in fi.ſi cer.pe. & latius d.conſ. 170. Iaſ. conſ. 153. in 2. dubio. lib. 4. cum alijs de quibus Hieronym.Gratus conſ. 38.colum. 2. & conſ. 49. col. 2.& ſeq.lib.2.Soc.Iuni. conſ. 83. colum.2. lib. 2.& defendit latè Craue. conſ.6.num. 101.& ſeq. Roland. à Val.conſ.75.lib.1.ubi nume.29. dicit hanc opinionem magis communiter receptam, pro qua allegat aliam rationem, de qua etiã per Craue. uidelicet, quò ubi dolus commiſſus contra aliquem, purgari poteſt actione ex contra-

ctu,

ctu,in quo dolus interuenit,ceſſat actio de dolo,nec criminaliter punitur.l.& eleganter.in prin.ff.de dolo.Bald.conſi.15.ad euidentiam. lib.j.Caſt.conſi.411. col.2.lib.j. Sed vſuræ repeti poſſunt conditione indebiti.c.Michael.de vſur.Abb.conſi.34.in fi.lib.1.& conſi. 81. in fi.lib.2.vel agi poteſt ex contractu,vt declaretur nullus,& vſurarius.ceſſat ergo actio de dolo,& ſic pœna.

Sed aduertendum eſt,quia contrarium tenuit Iacob.Butrigar.in d.l.improbum fœnus, tradens ibi fœneratorem puniri ſtellionatus crimine cuius pœna eſt arbitraria,vt oſtendit poſt alios Iacob.Menoch.in tract.de arbit. iudi.lib.2. cenſur.4. caſu 38. ſequitur Caccialup.in l.j.num.49.C.de ſumm.Trinita.Corne.conſi.19. videtur prima fronte.lib.3.Alciat.in cap.1.nume.76.de offic.ordina. vbi fatetur hanc opinionem receptam eſſe,& iſtam de conſuetudine ſeruari teſtantur Moder.Pariſi.de contract.q.10.num.156.videlicet in caſu, quando eſſet exceſſus magnus, vel enormis, alioquin dicunt ſufficere nullitatem, vel moderationem contractus: ſequitur Rubeus conſi.65.Couar.in epito.de ſponſali.par.2.capitu.6. in initio. nume.19.& lib.3.variarum reſolu.cap.3.nume.2.Iul.Clar.libro.5. ſenten.§.vſura.ver.& ex hoc.Cacchera. deciſion. Pedemonta.137. nume.11Videtur ſentire Archidiaco.Ioan.And.& Geminian.in capitu.1.in prin.hoc eodem titu.dum concludunt, quòd punitus de tali crimine in foro eccleſiaſtico,& in foro ſeculari puniri poſsit, & pro hac opinione allegantur multa. Sed iſta potiſsimum, ratio mihi videtur augeri, quia,vt modo dicebamus,fœnerator tranſgreditur mandatum Dei,offendit naturam, & contemnit Principum leges, & conſtitutiones: merito ergo ſequi debet pœna inobedientiæ,quæ extraordinaria eſt, & arbitraria, vt oſtendit Menochi. vbi ſupra,lib.2. cenſur.4. caſu 364.& 398. vbi hac ratione vſus eſt in iſtis terminis, quàm potuit habere à Maranta in ſuo praxi iudiciat. par.6.titu. de inquiſi. num.121.& diſputatio.5.numer.10.in fin.His ſic ſtantibus non obſtant rationes in contrarium eductæ.Nõ enim obſtat primò, dum dicitur,vſuras de iure ciuili permitti: quia hoc eſt falſum, vt latè de hoc traditur in Commentario 1. ubi oſtendimus, vſuras lucratorias eſſe omnino de illo iure damnatas, atque ita etiam punitorias, & recompenſatiuas, quando ſint vltra legitimum modum, de quo in l.eos.C. de vſur. & l.curabit.C. de action. empt.Non obſtat etiam, dum dicitur pœnam aliquam a lege non eſſet inductam,ergo nec a iudice inducenda: Quia & ſi lex pœnam aliquam ordinariam haud induxit, attamen non ſequitur quin à Iudice in odium iſtius criminis ſtatui poſſit aliqua extraordinaria.

Minus

Minus obſtat, dum dicitur, vſurarium de iure canonico non puniri, niſi ad vſurarum reſtitutionem: quia verum eſt, ius canonicum non punire pœna ordinaria: ſed non ſequitur, quin per hoc ſentiat vſurarium eſſe puniendum aliqua extraordinaria: exemplum in furto, & falſo, de quo in c. j. de furt. & cap. ad falſariorum. de falſo. vbi dicitur, quòd per reſtitutionem ſolū eſt ſatisfactum peccato, quo quis læſus fuit: non autem ſatisfactum eſt peccato inobedientiæ. Et ſi vera eſſet illa ratio contraria, ſequeretur, quòd in cauſis, in quibus nulla fit reſtitutio, ſola pœnitentia peccatum tolleret. Vnde totus titu. de pœn. veniret abrogatus: quod non eſt dicendum. Non etiam obſtat, dum dicitur, ius canonicum alterius proceſſiſſe, quando voluit punire vſurarios, prout diſpoſuit contra manifeſtos: quia hæc argumentatio non concludit, cum ſit ſumpta à contrario ſenſu, & ob id non valet, quando reſultaret prauus intellectus: prout in caſu noſtro, de quo ordinariè in l. 1. ff. de offi. eius. Nec d. cap. quia in omnibus, vel alia iuris Pontificij conſtitutio limitatè loquitur in vſurario manifeſto, ſed ratione criminis notorii: non tamen ſequitur, quin & ſimplices, occultique vſurarii, ſi detegantur, puniri debeant, alioquin præberet anſam fœnus exercendi: quod non eſt dicendum. Non obſtat, dum dicitur, fœneratorem ob paupertatem excuſari, d. c. cum tu. §. illi, ergo multo magis, qui reſtituit. Nam, prout reſpondit Corne. d. conſi. 19. lib. 3. quem probauit Maran. d. 6. par. de ordin. Iudi. titu. de inquiſitio. numer. 111. Verum eſt, fœneratorem ob paupertatem excuſari a pœnis, nempe inductis ad reſtitutionem vſurarum, quæ per Lateranenſe Concilium ſunt ſtatutæ contra non reſtituentem, de quibus ſupra. Sed non per hoc tollitur, quin vſurarius puniatur extraordinariè in odium huiuſmodi criminis. Præterea d. cap. cum tu. §. illi. loquitur de manifeſto vſurario, prout tenet Deci. in d. conſi. 170. & Rolan. d. conſi. 75. nume. 22. & tamen ipſi firmant, talem vſurarium criminaliter puniri. Minus obſtat ratio allegata per Crauet. d. conſi. 6. quam etiam refert Rolan. d. conſi. 75. videlicet, quòd ubi dolus commiſſus contra aliquem, purgari poteſt actione ex contractu, ceſſat actio de dolo, nec criminaliter poteſt puniri. quia prout reſpondet Caccialup. in d. l. j. ratio illa procedit, quando dolus remaneret in puris terminis contractus, & materia non eſſet apta ad crimen inducendum: quod ſecus eſt in caſu vſuræ, quæ eſt aptiſſima crimen producere, cum ſit contra præceptum Dei, & bonos mores. Vnde à partibus non poteſt tolli ius fiſci, ne delicta remaneant impunita; & quin Iudex pro illo iure valeat vſurarium punire, Bar. in l. j. §. vſq

adeo.

adeo.ff.de iniur. Ange. Areti.in §.1.nume.5. Inſtitu.de obliga. quæ ex delic.naſcun.& in tract. malefici.verſic.contra voluntatem Dei. Deci.in l.nemo fraudare.in fin. vbi Cagno.nume. 7.ff.de regul. iur. Petra ſancta ſingul.55.nota bene. in fine. Marſil.ſingul. 22.confeſſio, &c. Non obſtat etiam, dum Roland.d.conſi.75.nume.29.dicit contrariam opinionem magis communiter receptam: quia iure optimo ſibi tribui poteſt illud vitium, quod in Alciat. dicebat, videlicet, quòd non rectè in hoc ponderauerit authoritates DD. quæ pro hac parte numerantur, cum etiam aliqui ex DD. per eum relatis, non teneant illud, ad quod eos allegat, pro vt ſunt Bertrand. Ripa, & Maranta. Concludas ergo ex his, quemlibet vſurarium, ſiue manifeſtum, aut ſimplicem, poſſe de iure & Cæſareo, & Pontificio, per Iudicem, tam eccleſiaſticum, quàm laicum indiſtinctè pœna ſtellionatus puniri. Et hoc etiam, quando exegiſſent vſuras intra modum conſtitutum à Iuſtiniano A.in d.leg.eos. Neque huic concluſioni aduerſabitur opinio Menochij in tract.de arbitr. iudi. lib.2.cenſur.4.caſu 398.numer.28.vbi poſt alios à ſe relatos, firmauit talem fœneratorem in foro ciuili puniri non poſſe. Quia & ſi verum eſſet, quòd de illo iure olim, & præcipuè tempore Iuſtiniani, autoris illius l.& donec non fuit ipſi derogatum, haud potiſſet talis fœnerator exigens vſuras intra illum modum conſtitutum puniri aliqua pœna. hoc ideo factum fuiſſet, quia is non diceretur exercuiſſe actum illicitum, vel damnatum, neque potuiſſet dici vſurarius. Sed poſtquam per Canonum conſtitutiones fuit illi legi derogatum,& ad alium modum vſuræ redactæ, prout traditur in Commentario 2.talis exigens intra illum modum conſtitutum in d.l.eos. non diceretur amplius actum licitum exercere, ſed contra Canonum conſtitutiones, & ſic reputaretur delinquens, quo caſu puniri deberet, etiam de iure ciuili, per iudicem laicum, vt ſentit Couar.in epito.de ſponſali.Part.2.capi.6.in initio.numer. 20. dum ſe-
29 quens concluſionem per nos firmatam, ait legem † ciuilem contra crimen eccleſiaſticum pœnam poſſe ſtatuere; neque eſſe inconueniens, quòd aduerſus id crimen committentes, pœnæ temporales à ſæcularibus Principibus ſtatuantur, & ſic ad laicam poteſtatem pertineant, probat hoc authoritate Romano.conſi.512.nec non Alphonſi à Caſtro, libr.2.de iuſta hæreti.puni.cap. 26. & latius tenet ipſe Couar.hoc lib.3.variarum reſolu.cap.3.nume.2.vbi poſt alios dicit hanc opinionem communiter receptam. Leges etenim, cùm fuerint ordinatæ, vt inſtruantur, & cogantur homines ad benè viuendum.ca.factæ ſunt.4.diſtin.ſequitur, quòd cum ius canonicum

declarauit per vſuræ exercitium offendi ius diuinum; & naturale, vt qui talem actum vetitum fecerit, puniri per leges ciuiles a laico poſsit. Leges etenim hac in re ſubſeruire debent apud Chriſtianos prohibitioni iuris Pontificij. Hinc videmus ius ciuile punire contrahentes inceſtas nuptias, etiam ſi quis contraxerit illas in gradu non prophibito de illo iure, cum tamen de iure canonico prohibeantur, ita Cardi. Abb. & Præpoſi. in cap. & ſi neceſſe. de donatio. inter virum, & vxorem. Alexan. in l. ſi auiæ. C. de ſucceſſ. edict. in fin. Dec. in ca. 2. colum. 2. de teſti. & conſi. 158. vbi aſſerit hanc opinionem communiter receptam. ſequitur Couarru. in d. cap. 6. §. 8. nume. 18. reiecta in hoc ſententia Anchar. conſil. 391. Geminia. conſi. 71. Calder. conſi. vlt. de conſanguin. Deci. ſibi parum conſtantis, conſil. 268. nume. 5. Alciat. in cap. cum contingat. nume. 53. de iureiurand. qui in hoc contrarium tenebant. Et ſi hoc procederet in tali caſu, vbi pęna de iure ciuili erat certa & ordinaria ſtatuta, per Authen. inceſtus. C. de inceſt. nup. multò magis in hoc caſu vſuræ procedere debet, vbi nulla certa & ordinaria pęna eſt inducta per leges, ſed tantum extraordinaria per interpretationem. DD.

20 Ex quo infertur valere ſtatuta, & leges laicorum, quæ † facultatem tribuant Iudicibus ſecularibus cognoſcendi, & diffiniendi ſuper materia vſurarum, & certam pęnam indicendi contra fęneratores, quod ſtatutum extare Brixiæ, refert Menoch. vbi ſupra, numer. 45. & in Regno Neapolitano, atteſtatur Mara. vbi ſupra, extare conſtitutionem, quæ pęnam publicationis bonorum fęneratoribus indicit. Similiter ait Crauet. d. conſil. 6. numer. 105. certam eſſe pœnam conſtitutam pro vſuris, per ſtatuta Delphinalia. quamplurium etiam locorum ſtatuta refert Cacchera. vbi ſupra. nume. 12. Et in hac vrbe tributa eſt iuriſdictio Magiſtratui nũcupato Conſeruatores, legum conoſcendi, & decidendi ſuper vſuris, & per leg. S. M. D. N. Het. mulctandi eos vſque ad ſummam ſcutorum centum. Iudices ergo, ſecundum magis communem ſententiam, criminaliter punire poterunt vſurarios, quinimò contra eos in defectũ probationum ad vſuras eruendas poterunt procedere ad torturam, vt voluit Soc. conſi. 219. colum. vlti. verſicul. circa tertium. libr. 2. & Modern. Pariſi. vbi ſupra. q. 10. nume. 156. teſtantur Parlamentum Pariſienſe vſurarios torturæ ſubieciſſe, refert quoque Iul. Clar. vbi ſupra, per Senatum Mediolanenſem factam fuiſſe ſpecialem delegationem, vt contra vſurarios inquireretur. & Couar. libr. 3. variarum reſolutionum, cap. 3. numer. 1. verſ. tertio apparet. dici Iudicem cognoſcere poſſe, non ſecus ac de homicidio, adulterio, furto,

& ſimili

ſimil.& ſequitur etiam Caccheral.ubi ſupra.

21 Sed quæritur, nunquid pęnæ impoſitæ uſurarijs † intelligantur ipſo iure impoſitæ; an uerò circa eos requiratur ſententia hominis. & glo.2.in cap. cum tu. de uſur. tenet, quòd canones ſtatuentes pęnas contra uſurarios, non ſint latæ ſententiæ. mouetur per illum tex. ſequitur Goſ.& Hoſtien.

Sed contrarium tenet Innocen. in d. cap. quia in omnibus. ſequitur ibi Abb.num.9. tenuerunt gloſ.Cyn.Alberi.& Salyce.poſt Azon. in ſum.in d.l.improbum. cum alijs, de quibus per Couar.lib.3.uariarum reſolu.cap. 3. num.2. Facit ad hoc, quia in d.cap.quia in omnibus, dicitur, quòd maneant ſuſpenſi: ergo denotat canonem latæ ſententiæ, cùm illud uerbum, Maneat, ſit directum, prout dicit Abb. & latius de hoc Tiraq. in l. ſi unquam. in uerſic. reuertantur. nume. 205.C.de reuo.donatio. quod nullam in ſe continere debet difficultatem, ut apparet in hoc tex. ubi ſtatuitur, quòd teſtamēta uſurariorum ſit ipſo iure irrita: quod uerbum latæ ſententię exiſtere nemo dubitat, de quo per gloſ. in l. criminali, & ibi Ange. C. de iuriſdict. omnium iudi. cum ſexcentis, de quibus per Tiraq. ubi ſupra, nume. 144: quem libenter in hoc, prout in alijs cito: nam in d. loco num. 20. cum multis ſeq. omnium latiſsimè & melius de more ſuo congerit, & refert, quando lex, aut ſtatutum dicatur eſſe latę ſententiæ, aut ferendæ.

Oportet nunc exponere quis dicatur uſurarius manifeſtus, & quomodo declaretur, ut ei conueniant prædictæ ſanctionum pœnæ. Et primis, manifeſtus uſurarius altero ex duobus modis ſummi po-
22 teſt. Altero, cùm † palam, & publicè, fęneratitiam artem exerceret, adeo, ut euidentia patrati ſceleris non indigeat clamore delatoris, ut dicitur in capitu. euidentia. de accuſatio. & in hoc conueniunt DD. omnes inferius cittandi. Et licèt quis publicè omnibus uidentibus non feneretur: ſi tamen domi uſuras aſsiduè, frequenterque exerceat, uſurarius manifeſtus nihilominus dicetur, ut per Bartol. & Angel. in l. 2. ff. de furt. Angel. in diſputa. Aſtenſis miles colum. 2.Abb.conſi.2. num.3. & conſi. 81. num.2.in fin. lib. 2. Anton.Burgenſ. in cap.ad noſtram. num. 2. in fin. de emptio.& uenditio. Anani.in d.cap.quia in omnibus.colum.7. vnde ſequitur, quòd non erit ſufficiens probare aliquem eſſe fœneratorem ſimpliciter, ſed cum iſtis qualitatibus ad hoc, ut conuincatur manifeſtus uſurarius, ita Bald.conſi.447. ad euidentiam pręmittēdum eſt. col.1.lib.5.Iaſ.conſil.78.col.2.lib. 3. cum concordantibus, de quibus per Menochi. in tract.de arbitr.iud.lib. 2.cenſur. 3. caſu. 235. nume.4.& prius Deci.in

ci.in l.j.nume.17.C.de eden.& in l.eius, remiſſiuè,nume.2.ff.ſi certum peta.

23 Et ad probandum quem manifeſtum vſurarium,traduntur† plures modi,quorum primus eſt per confeſſionem ipſius vſurarii,veluti quando crimen ipſum in iudicio eſt confeſſus, hoc eſt ſe publicè,& palam fœnus exercuiſſe.gl.in cap.1.verſic.manifeſtos, hoc notat.quam ibi DD.ſequuntur,& in d.cap.quia in omnibus, vbi Abb. Anchara.Cardina.& alii. Quamobrem ad hoc, vt quia conuincatur de manifeſta vſuraria prauitate, neceſſe eſt, quòd confeſſio cum iſta qualitate fuerit in iudicio emanata, alioquin non ſufficiet fateri ſimpliciter ſe vſuras extorſiſſe.Fel.in cap.in preſentia,num.13.de probatio.Abb.conſi.2.colum.2.verſi. 2.quia lib.3.Iaſ.conſi.78. volum.4.lib.3.Anton.Burgenſ.in d.c.ad noſtram.num.26. Debebit ēt iſta confeſſio eſſe, quòd ſub vſuris publicè ſæpius, vel domi frequenter mutuo dederit,vt per Menoch.vbi ſupra.nume.20. qui eā rationem aſſignat, ne illa ſimplex confeſſio in uno actu verificetur qui ſolus non eſſet ſufficiens,vt vſurarius dicatur, cum per ſolum actum,quis non probetur malus, vt per Rip. in cap.1.nume.96. de iudi.vbi poſt Pari. de Puteo in ſpecie de hoc fœneratore ſcribit: & de his ſimilibus latè Tiraq.in tract.de pœn.ff.ſtatuto.tempera. cauſa 51.num.159.

24 Et per hoc ſequitur, quòd † confeſſio extraiudicialis non conuincat quem vſurarium manifeſtum,ut tenet Abb.ex mente Feder. in d.c.quia in omnibus in fi.

Benè verum eſt.quòd ſi tali confeſſio fuerit facta cum ſupradictis qualitatibus, puta coram Sacerdote,aut teſtibus,vel publicè adeo vt in plurium notitiam deuenerit,dicitur quis ex illa confeſſione vſurarius manifeſtus: ſecus ſi fateretur clanculo,& taliter,quòd non publicaretur in populo,quia tunc nō diceretur manifeſtus, gl. hic in uer.manifeſti,& ſequitur Gemin.nu.9.allegans Bal. in l.j.col. 4.C.de ſacroſanct.eccle. Lauren. Rodulf. præceptorem ſuum in d. cap.conſuluit.q.88.num.13.Abb.in d.cap.quia in omnibus,& in d. conſi.2.col.2.lib. 2.Felyn.in c.auditis.col.pen.de præſcrip.Soc.d.cō ſi.127.col.2.lib.3.Couar.lib.3.varia. reſolu.cap.3.num.4. Simpliciter tamen vſurarius dici deberet,propter,quod teneretur ad vſurarum reſtitutionem.

25 Aliter,& ſecundo modo probatur huiuſmodi vſurarius † teſtibus,qui deponant ſe pluries vidiſſe hunc fœnerantem. Abb.conſi. 81.nu.1.lib.2.Fulgoſ. conſi.138.colum.2.Anton.Burgenſ.in dicto capit.ad noſtram. nume.28. Neque in hoc caſu maior teſtium numerus.

merus,quàm in cœteris delictis probandis requiritur,ut per Menochi.ubi ſupra, reprehendentem Ange. Areti.in §. ex maleficiis.nume. 3.Inſt.de actio.dum uolebat ſeptem teſtium numerum requiri ad hoc delictum probandum. Bene uerum eſt, quòd in tali caſu prout in probandis alijs delictis exiguntur teſtes omni exceptione maiores : quamobrem Iudæi ſoli in hoc non reciperentur contra Chriſtianum.ca.Iudęi.de teſti.& ibi DD.Afflict. deciſio. 214. Craue.conſ.73.nu.2.

26 Et adnotandum eſt, quòd in hac uſurarij manifeſti probatione non cenſentur legitimi teſtes, qui aſſerant ab accuſato ſub uſuris mutuam pecunia recepiſſe, ſi quidem hi ſuſpecti cenſentur.Federi.conſi.93.Roma.ſingul.360. Feli.poſt Abb.in cap.perſonas.de teſti.Crauet.conſi.73.nume.4.Couar.lib. 3.uaria. reſolut.cap. 3.nume.4.in fi.& ratio eſt,quia ubi teſtes commodum aliquod,uel principaliter, vel in conſequentiam ſperare poſſunt,idonei non ſunt, ut per eos.

Sed quòd imò teſtes huiuſmodi cenſeatur legitimi tenuit Calderi.conſi.pen.ſub titu.de teſti.Angel.in diſput.Aſtenſis miles. col. 15.& alij,quos refert Socin. Iuni.conſi. 19.nume. 18.& ſeq. lib. 2. Craue.conſ.73.num.31. Zaſi.conſ. 11.num. 15. Vtcumque tamen ſit,a præcedenti opinione haud cenſeo recedendum, ut oſtendit Caccher.deciſ.Pedemonta.72.nume.5.Menoch. ubi ſupra, nume. 23.qui dicit,illam eſſe magis communiter receptam. Verùm Crauet.conſil.6.num.102.nititur conciliare iſtas contrarias opiniones videlicet,ut relata communis ſententia procedat in criminalibus, contraria uerò in ciuilibus. Sed ad hoc melior eſt diſtinctio tradita per Bald.in l.dictantibus.C.de teſtam.uidelicet, quòd quando iſti teſtes nullum commodum poſſent ſentire, uel ſperare, ut quia hoc fuiſſent proteſtati, eique renunciaſſent, tunc eſſent legitimi teſtes : ſecus aliter,quem ſequitur ibi Alex.Soc.in tract. fallen. regula 422.limit. 1.Lauren.Rodul.ubi ſupra par.2.q. 117.nu. 153.Ferrat.cau.40. & ſequutus fuit poſtmodum alibi ipſe Craue.conſ.73. nume. 29.

27 Similiter teſtes ſingulares non debent admitti ad huius criminis probationem,nempe cum unus teſtis teſtificatur de uno actu,alter autem de alio,Abb.conſ.42.lib.1.Alexan.conſ.72.num.4.lib.1.Craue.conſ.73.num.5.Iaſ.conſ.78.colum.3.lib. 3. Purpura. in l. 1.col. 12.ff.ſi cer.pet.

Quod intelligitur niſi cũ illa teſtium ſingularim depoſitione cõcurrerent aliquot aliæ coniecturæ, uidelicet multitudo teſtifican-

tium, aliaq; præſumptio, quia tunc eſſet ſufficiens teſtimonium hu iuſmodi teſtium ſingularium, prout adnotant Moderni Pari. in d. conſi. Alex. & ſentit ipſe Alex. conſi. 100. num. 50. lib. 1. Caccheta. ubi ſupra, nu. 5. Sola ergo teſtium ſingularium depoſitio non ſufficit. Quinimò ſtatutum uel conſtitutio facta ab epiſcopo diſponente quòd uſurarum crimen probari poſſit per teſtes ſingulares, cenſeretur nulla & inualida, Feder. conſi. 17. Bal. conſil. 276. lib. 4. Lanfranch. in clem. diſpendioſam, col. ult. de iud. Caccialup. in l. omnes pop. col. 46. de iuſt. & iu. communem aſſerit Abb. in d. c. cum in diœceſi, col. ult. de uſur.

Bene uerum eſt quòd ſi ageretur de probando quem uſurarium in genere, ideſt conſuetudinem fœnerandi exercuiſſe, non autem actum particularem fœnerationis. Tunc teſtes ſingulares ſufficerent, & hoc quando ipſorum depoſitio fuiſſet eius qualitatis, de qua ſupra. ita Alex. in locis præcitatis, & in conſ. 141. col. 2. lib. 1. & conſ. 93. colum. 4. lib. 5. Bar. in l. de quibus, nu. 24. ff. de ll. Bald. in l. 1. q. 8. C. de teſta. & in l. rogaſti. §. ſi tibi. colum. 2. ff. ſi cer. peta. Cœp. conſi. ciuil. 3. ad fin. Lanfranch. in cap. quoniam contra. §. teſtium, nu. 30. de probatio. Caſtren. in l. Lucius. ff. de his qui not. infam. Socin. conſ. 95. lib. 3. in fi. Crauet. conſ. 73. nu. 32. & conſ. 78. num. 6. cum alijs de quibus per Couar. lib. 3. uar. reſol. cap. 3. num. 5. Anto. Gabriel. lib. 1. commu. concluſ. tit. de teſti. concluſ. 2. nu. 28. Et in probando crimine in genere & in ſpecie declarat modum Simmacas Praxi hæreſos, cap. 62. nu. 24. Iul. Clar. li. 5. ſenten. §. ult. q. 53. uerſ. dixi etiam.

28 Aduertendum eſt quoq;, quia teſtes non concluderent ſi deponant ꝙ quis publicè & palam, & domi frequenter dederit mutuo ſub uſuris, & non dixerit quòd vſuram receperit: tunc enim non haberent locum conſtitutiones & aliæ pœnæ ſtatutæ contra uſurarios & manifeſtos, ut aduertit hic Geminian. poſt Ioan. And. num. 4. vbi inſtruit Aduocatos quatenus non forment ſimpliciter articulos, uidelicet quòd quis mutuo dederit ad uſuram, ſed addat quòd ille etiam uſuras receperit, ut per eum.

29 Similiter non concluderent deponentes ſolum quem ſolitũ eſſe fœnerari: non enim ſequitur, quis eſt ſolitus fœnerari, ergo contractus ille de quo agitur, eſt fœneratitius, uel ille uſurarius, cum uſurarij quoq; poſſint facere contractus veros & licitos, unde alia requiſita exigentur, Caſt. conſi. 66. In cauſa quæ vertitur. colum. 2. & conſi. 109. Viſa petitione, col. 1. lib. 2. Abb. conſ. 113. colum. 2. lib. 2. Bald. in l. 1. C. de probat. cum alijs, ut per Crauet. conſi. 73. nu. 3. & uide

vide illum ibi, num.8. vbi ponit requiſita quæ ſufficiant pro tali probatione.

30 Tertio modo probatur hoc crimen vſurarij manifeſti fama & communi opinione, & de fama tradit Federig.conſi.62.Abb.conſil. 81.num. 1.& 4.lib. 1.Ange.in l.2.ff.de furt.Anan.in d.c.quia in omnibus, colum.2.Anton.Burgen.in d.cap.ad noſtram. Fulgoſ.conſil. 138.colum. 2.de communi opinione ſcribit Bald. in l. 1.in 1.lectu. colum.3.verſ.quid de teſtamento vſurarij.C.de ſacroſ.eccleſ. Abb. conſ.2.nume.3.verſ.ſextum ponit, libr.2.Et iſta fama & communis opinio teſtibus probabitur, prout in cæteris caſibus, de quibus in c. qualiter & quando, el 2.de accuſa. & in leg. plurium §.tormenta, de quæſtio. Conſiderandum eſt tamen quòd fama, & communis opinio idem reputatur, vt dicit Menoch. vbi ſupra, nu. 27.& Abb. in d.cap.cum in diœceſi.num.2.de vſur. ſcribit quòd ſola fama non ſufficit ad probandum quem vſurarium manifeſtum, ſed vltra famam requiruntur alia argumenta & indicia, quibus probabitur vſurarius, vt per Abb.in d.conſ.81.num.4.lib.2. Iaſ.in l. licet Imperator, numer.11.ff.de leg. 1.Burgens in d.cap.ad noſtram, & de indicijs, & coniecturis traditur in comentario 2. Circa quod notabis, quòd ſi fuit ibi concluſum per illa indicia quem non probari vſurarium ſimpliciter, multò minus probabitur & manifeſtus, quamobrem reſoluas per iſta non probari, ſed magis detegi vſurarium.

31 Quarto modo probatur hoc crimen ex libro vſurarij, Imo. in clemen. 1.de ſepult.ratio affertur, quia liber rationem probat contra ſcribentem, de quo ordinariè traditur in l.1.C.de eden. Vnde notatur quòd ſi quis in ſuo teſtamento dixiſſet, relinquo de bonis meis pro reſtitutione vſurarum illis perſonis, de quibus in libris meis ſit mentio vſque ad illam quantitatem, quæ apparet per me ibi fuiſſe receptam ab eis, tunc probaretur vſurarius manifeſtus, Lapus allegat.29.num. 2. Et hoc quando in ipſo libro legatur plurium actuum frequentia, vt ex mente Bald.in l. 1.num.15.in fi.C.de falſ.cauſ.adiec.leg.credidit Menochi.vbi ſupra, nume.30. Alioquin ſi ſemel, aut bis legeretur quem ad vſuram dediſſe, non conuinceretur niſi vſurarius ſimpliciter. atque in hoc caſu procedeat doctrina Anan.in d.cap.quia in omnibus, colum.2 uerſic.tu conſidera. Quinimò ſi non legeretur, vel aliter non probaretur eum vſuras extorſiſſe, uſurarius etiam ſimplex dici non poſſet, neque confeſſio huiuſmodi præiudicaret, Caſtrenſ.conſ. 31.clarum uidetur, col. 1.lib.1.quem refert & ſequitur Craue.conſ.48.num.7.ubi.tradit quod

confeſsio ſuper vſuris non præiudicat niſi appareat de veritate vſurarum. Si autem appareret & confeſſus fuiſſet quis, puta in teſtamento ſe eſſe vſurarium & ignoraretur per quod tempus ſuæ vitæ fænus exercuiſſet, ad totum vitæ ſuæ tempus confeſsionem iſtã referri concludunt DD. prout reſpondit Anchar. conſi. 179. incip. Prima facie. ſequitur Felin. in c. dudum. col. 5. in prin. de præſcrip. Marſil. ſingul. 151. Concludendum eſt modò, quòd etſi præceſſerint ſupradictæ probationes, tamen non poterit dici vſurarius manifeſtus, ſed neceſſe erit quòd ſequatur ſententia & declaratio Iudicis. Abb. poſt Hoſtien. in d. cap. cum in diæceſi. nume. 5. Feder. conſil. 64. Gemin. conſ. 59. Abb. conſ. 2. lib. 2. & conſ. 34. libr. 1. Iaſ. conſi. 78. nume. 3. lib. 3. Couar. vbi ſupra reiecta opinione Abb. conſil. 8 1. libr. 1. contrarium ibi ſentientis prout etiam ſenſit Sal. in l. in probum. quæſt. 3. nume. 4. C. ex quibus cau. infam. irroge. Et quando probatum eſt quem publicè & palàm exercuiſſe vſuras, adeo quòd conſtet per ipſam facti euidentiam, tunc ſuper hoc euidenti & notorio crimine ſequitur ſaltem quædam Iudicis pronunciatio, quæ non ſententia, ſed pęnę executio potius dicetur, vt tradit Imo. in cap. ex parte, el j. de verb. ſigni. Roma. conſi. 324. Grammat. deciſ. 36. numer. 44. Si autem appareret quòd talis, qui probatur manifeſtus vſurarius, poſſet habere aliquam excuſationẽ, vt puta quòd alieno nomine, non autem ſuo exercuiſſet vſuras: nam licet ſuper notorio non ſit procedendum ſeruato iuris ordine, tamen ſuper hoc, quòd aliquam excuſationem in ſe continere poteſt, procedendum eſſet, vt per Arc. conſ. 163. nu. 6. Gramma. d. deciſ. 36. num. 45. Iu. Clar. libr. 5. ſenten. §. vlt. q. 9. verſic. quæro nunquid in notorijs. Quando verò probaretur domi quem vſuras frequenter exercuiſſe, tunc cùm non conſtaret notoriè per ipſam facti euidentiam, in hoc caſu procedendum eſſet per Iudicem ſeruato ordine iudiciario vt per Menoch. vbi ſupra, num. 19. qui tradit in hoc caſu probationem vſurarij manifeſti, quemadmodum & alias eſſe arbitrariam ipſi Iudici, prout etiam ſcriptum reliquit Bal. in addi. Specul. in titu. de appell. verſ. nota quòd.

33 Illud tamen non cenſeo ommittẽdum ſupradictis modis quempiam vſurarium manifeſtum dici, aut eorum altero, ſi tractetur quò ad ſubiiciendum eum pęnis ſtatutis in d. Concilio Lateranenſi, de quibus in d. ca. quia in omnibus. atque in hoc ſenſu accipiendus eſt text. in d. cap. cum in diœceſi. Cæterum ſi tractetur de alijs pœnis & de illis ſtatutis in Concilio Lugdunenſi, de quibus in hac conſtitutione, quò ad has pœnas ille tantum haberi poterit manifeſtus

feſtus vſurarius, qui publicè tabulam & menſam paratam tenuerit ad mutuandum ſub vſuris, & ſic quòd ſit manifeſtus ratione manifeſti exercitii, & negocij ut credidit Couar. ubi ſupra, & ante eum uoluit Abb. in d. c. cum in diœceſi, nu. 6. quod probat ratione & autoritate ut per eum, cui adde tradita per Dec. in l. j. numer. 17. C. de eden. Et per iſta redditur falſa opinio eorum qui cenſent pœnas etiam ſtatutas per hanc ſanctionem habere locum in eo qui plus vendiderit ſuas merces ad tempus, quàm ſi pecunia ſtatim pēderetur, talis enim vſurarius reputatur, vt dictum eſt in commentario 3. Sed non per hoc veniet ſubiiciendus pœnis de quibus in hoc tex. vt per Dec. in d. l. j. num. 17. C. de eden. & in l. eius. nume. 2. ff. ſi cer. peta. Caſt. conſi. 160. ad primum quæſitum, verſi. ad tertiũ, lib. j. Iaſ. conſi. 78. Viſis depoſitionibus, col. 3. lib. 3. Stracch. de Mercat. par. j. nu. 34. reiecta opinione contrarium tenẽtium, prout fuit Abb. in c. ad noſtram. in j. not. de empt. & vendi. & in conſi. 22. quanquam conſultor, lib. j. And. Sicul. conſi. 67. col. 5. lib. 4. Ioann. Dilect. de arte teſtan. tit. j. caute. 7. Iaſ. ſibi contrarius, in d. l. eius, col. 2. vbi quadam ratione mouetur, à Dec. ibi refutata. Aduertendum eſt tamen, quia contraria opinio retinenda eſſet quando uſurarii manifeſtè, emptionis & venditionis titulo uſuras exercerent prout inferius dicitur.

S V M M A R I V M.

34 *Vſurarius manifeſtus de iure ciuili non prohibebatur teſtari.*

35 *Teſtamenta uſurarij manifeſti de iure canonico damnata.*

36 *Teſtamentum uſurarij manifeſti nullum, etiam ſi tempore ipſius conditi uſurarius dimiſiſſet fœnerari, & non reſtitueret.*

37 *Teſtamentum uſurarij manifeſti nullum, etiam ſi cautionem præſtiterit, & tamen ſecretè continuet in fœnerando.*

38 *Teſtamentum uſurarij manifeſti conualidatur, ſi poſt illud conditum cautio præſtetur.*

39 *Legata piæ cauſæ in teſtamento uſurarij manifeſti an ualeant.*

40 *Vſurarius manifeſtus prohibetur codicillari.*

41 *Vſurarius manifeſtus prohibetur cauſa mortis donare.*

42 *Pœna in uſurarios ſtatutæ nunquid comprehendant Iudæos.*

§.

REASSVMENDO nunc huius noſtræ Conſtitutionis ſeriem in tex, ibi, *teſtamenta quòque*, colligitur pœna illa in vſurarios manifeſtos ſtatuta; uidelicet vt eorum teſtamenta non valeant, ſed ſint ipſo iure irrita tradit Zabarel.conſil.91.vſurarius. Quæ pœna indicta eſt ab huiuſ
34 modi canone. Si quidem iure ciuili vſurarius manifeſtus non vetebatur condere teſtamentum, Iaſ.poſt Alberi.& Roma.in d.l.eius in prin.ff.ſi cert.petat.facit, quia infamis non prohibetur teſtari.l.1.C.de ſecund.nup.Bar.& communiter DD.in l.is cui.§.ſi quis ob carmen.ff.de teſta.Bal.in l.vlt.in fi.C,ſi a non compet.iud.iure ergo Pontificio teſtamentum huiuſmodi vſurarij eſt ipſo iure nullum,
35 vt in hoc tex. Quinimò non poſſet lex Principis ſecularis ſtatuere quòd talis vſurarij teſtamentum valeat, Bal.conſi.334.lib.2.& huiuſmodi conſtitutio loquitur non ſolum aduerſus vſurarius manifeſtus ex cauſa mutui, ſed etiam contra eos qui manifeſtæ venditionis,& emptionis titulo vſura exercent, de quibus dicitur in l.2. C.de pact.inter emp.& venditor.tradit hoc Abb. in c.ad noſtram, de empt.& vend.vbi Ant.Burg.nu.7.idem Abb.conſi.22.lib.1.Iaſ. in d.l.eius in prin.col.2.Barbat.conſi.67.lib.4.quæ opinio eſt attendenda,& ſi contradixerit Dec.in l.1.nu.17.C.de eden.ſed hoc ſuperius declaratur.
36 Et teſtamentum factum ab vſurario manifeſto irritum erit non ſolum ſi fiat ab eo, qui tempore conditi teſtamenti manifeſtus eſt vſurarius, ſed etiam ſi d.tempore huiuſmodi improbum exercitiũ dimiſiſſet, tradit Angel.in diſput.incip.Aſtenſis miles.q.12. Ana.in d.c.quia in omnibus, Fely.in c.1.num.19.de probatio.communem aſſerit Socin.conſi.127.lib.3. Et hoc quando vſuras non reſtituiſſet, nam ſi reſtituiſſet.& deſiiſſet fœnerari, utique teſtari poſſet Clarus in §.teſtamentum,q.26.
37 Similiter irritum erit teſtamentum vſurarii manifeſti qui præſtiterit cautionem,& poſtea etiam ſecretè continuauerit in eodem crimine uſurarum tradit Ange.in d.diſputa.q.13.Federic.conſi.7. Abb.in d.c.quia in omnib.nu.10.& ibi Ana.nu.15.idem Abb.conſ.1.lib.2.Franch.in rub.de teſta.nu.38.Io.Cald.conſi.3.titu.de vſur. Gemin.poſt alios hic,§.vlt.in fi.Bal.in l.executorem.C.de exec.rei iud.num.21.Imol.omnium latiſs.in cle.j.de vſu.nu.36. Erit quoq; irritum teſtamentum illius, qui poſtea effectus fuiſſet vſurarius manifeſtus, cum tamen tempore conditi teſtamenti non eſſet, vt ad-

notat

notat Franchus in d.rub. de teſta.nume. 37. Gem. vbi ſupra. Fede. d.conſ.7.Imo.in c.2.num.25.de teſta.& in cle. 1.de ſepultu. Coua. lib. 3.var.reſ.c.3.nu.9.verſ.11.reiecta opinione.Ang.in d. diſpu.q. 12.& Ana.in d.c.quia in omnibus. nu.14. ver.2.cõtrariũ ſententiũ hanc quoq; cõtrariã ſniam ſequutus fuit Iaſ.conſ.78. Bernar.li. 3.

38 Verum ſi vſurarius manifeſtus condidiſſe teſtamentũ nulla pdicta cautione,& poſt illud condirũ cautionẽ pſtiterit, eius teſtamentũ vires aſſumeret & valeret.gl.Io.And.Gem.Anch.& Franch.hic, idẽ Franchus in rub.de teſt.nu. 38.Ana.in d.c.quia in omnib.nu. 12. Bart.& Imo.in l.filio prateterito,colu.vlt.ff.de iniur.teſta. Caſtrenſ. conſ.292.lib.2.Imol.in cap.2.num.26.de teſta.communiter receptam aſſerit Alex.in l.Gallus.§.ult.col.2.ff.de lib.& poſth.idẽ Fely. in c.cum dilectus,col.2.de accuſa.ſequitur Couar.ubi ſupra uerſi. 12.Et quamuis contrariũ de iure uerius aſſerat idem Alex. vbi Bald. in l.poſthumo,col.ult.C.de bon.poſſ.contatab.& in d.l.executorẽ, nu.22.Franciſ.de Rampon.in d.l.filio præterito,quem ibi recenſet Imol.col.ult.idem Franc.in conſ.incip.Alberi.R ip. 13. Reſpon.lib. 1.Attamen præcedentem opinione tanquam æquiorem tenendam eſſe in practica dicit Clarus in §.teſtamentum, q.26.Hanc quoque hodie communem eſſe teſtatur Ant.Gabriel.in 4.lib.commu.concluſio.3.concluſ.nu.1.ubi ampliat ſufficere etiam ſi dimittat procuratorem ad talem cautionem præſtandam, de qua per Ang.in diſput.incip.Aſtenſis miles.Fel.in c.ad hæc col.1.de reſcrip.Gualden. de arte teſtan.titu.de his qui non hab. teſta.factio. caute.7.nu. 2.& dicitur inferius, num.53.

39 Teſtamentum ergo uſurarij manifeſti eſt ipſo iure irritum, ut in hoc tex. Quod extenditur ut non ſubſtineatur etiam quo ad legata piæ cauſæ, ut Bart. & Bal.crediderunt in l.1.C.de ſacroſ.eccle. ille nu.30.hic nu.6.ſequitur Abb.in rubr. de teſta. col. vlt.Franch. in eadem rub. nu. 5.lib.6. Idem etiam non ſubſtineretur factum in fauorem filiorum Anton.Butr. conſil.25. Sed contrarium tenuit Geminia. hic in §. vlt.num. 5. in eo caſu quando teſtator pœnitens ſcelerum & contritionis ſignis deceſſiſſet & dicit ita conſuluiſſe Pet.de Anch.ut apparet conſi.430. citat etiam Lapum alleg.125.& alleg.29.nu.3.quam opinionem uti æquiorem ſequitur Couar.ubi ſupra in fi.tenet Anton.de But.conſ.28.ver.non obſtat.

40 Extenditur modò conſtitutio huiuſmodi ad codicillos & aliam vltimam uoluntatem, ut hi manifeſti uſurarj ſicut nec teſtari, ita nec codicillari ualeant ne ſanctio hæc reddatur eluſoria,ut per gl. hic, & ſequuntur Ioan. And. Gemin. & Franch, idem Franchus in

T 4 rubr.

rubr. de teſta.6.num. 34. Anan. in d.cap. quia in omnibus.nu.13. Lapus allegat.125.num. 2.Fely. in cap. translato, col. ult. de conſtitu. Burgen. in cap. ad noſtram, col.3. de empt. Barbat. conſil. 33.col.6. lib.2. Couar. ubi ſupra, nu.9. ver. 5.

41 Extendas etiam, ut nec uſurarii manifeſti poſsint cauſa mortis donare, ut per glo. hic, quam ſequuntur communiter DD. & fatetur Imol. in l. tam is. ff. de donat. cauſa mor. ſequitur Bald. in hoc ſibi parum conſtans, conſil. 294. lib. 2. Lapus allega. 125. Laurent. Rodulf. in d. c. conſuluit. q. 100. Anan. in d.cap. quia in omnibus, col.16. à qua opinione recedendum non eſſe ſuadet Socin. in l.2. nume.6. ff. de lega.1. & dicit Alexan. in l. diſcretis, num. 2. C. qui teſtame. face. poſſ. quòd ſententia iſthæc videtur magis communis, ſequitur Dilect. de arte teſtan. lib.1. caute.7. communem etiam dicit Cur. Iun. in l. eius qui. ff. ſi cert. petat. Couar. in rubr. de teſtam. part. 3. nume.11. Clarus in §. donatio. q.7. Vnde redditur falſa opinio contrarium ſententium, prout fuit Bald. in d. l. executorem. nume.11. Imol. licet dubius in d. l. tam Deci. conſi. 196. Probus hic, nume.5. Soc. in d. l. 2. num.9. vbi Ripa. nu.7. qui atteſtatur communiter illam receptam, & ſequuntur alij de quibus per Franciſc. Viuium in 1. lib. Recepta. opin. in uerſi. vſurarius maniſeſtus, in 2. Fallent. qui tamen in 4. Fallent. nititur oſtendere ſententiam huiuſmodi procedere poſſe in donatione inter uiuos. idem Dilect. ubi ſupra. Bal. conſi.198. quæritur, lib. 2. Illud quoque diſputatur nunquid conſtitutio hæc extendatur, ut comprehendat Iudæos ut ſic eorum te-

42 ſtamenta ſint irrita. uerſum quod pœnæ aduerſus uſurarios ſtatutæ nulla in parte afficiant Iudæos, exiſtimauit Alexan. coſi.6. libr.6. Aret. conſil. 158. Soci. conſil. 119. libr. 4. & conſil. 70. libr. 1. Alciat. libr 1. de uerb. ſigni. col. 21. Gualdenſ. de arte teſtan. titu. de his qui non hab. teſta. factio. cautel.7. num.2. Franc. Viui. in libr. 1. Recepta. ſent. uerſ. uſurarius manifeſtus, in 3. limit. Clarus in §. teſtamentum, in fin. quæſt. 26. mouentur ipſi, quia uerba ſanctionis non conueniunt Iudæis, quando de eccleſiaſtica ſepultura, quæ ad eos nihil attinet, tractatur, & ob id nec conuenire debet ipſa conſtitutio, l.4. §. toties. ff. de dam. inf. glo. in l. mancipia. ff. de ſeru. fug. Præterea Iudæi uidentur exempti à legibus eccleſiaſticis, cum hi extra eccleſiam ſint, c. gaudemus, de diuort. cap. omnis Chriſtianus. 11. q. 3. ca. multi. 2. q. 1. not. in c. 1. de conſtitutio.

Sed in contrariam ſententiam iuere Moderni Pariſ. in d. conſil. Alex.6. uidetur tenere Deci. licet dubius, in c.1. in 2. lect. num.8. de conſti. ſequitur expreſsè Couarr. libr. 3. uar. reſol. c. 3. nu.9. uerſi.7.

tenuerunt

tenuerunt hoc prius. Laurent. Rodulf. vbi ſupra, par. 2. q. 146. Anan. in c. quanto, col. 3. de vſur. Iaſ. in l. 1. colum. 4. ubi Dec. num. 14. C. de eden. Marſil. ſingul. 609. allegant ipſi, quia Iudæi in prouincijs Chriſtianorum habitantes ſubijciuntur Principibus ſecularibus & Eccleſiaſticis, non ſolum quo ad ſpiritualia, ſed ad ea, quæ ratione politica ad legis naturalis obſeruationem & tutelam conſtituuntur, vt colligitur ex tradit. per gloſ. in cap. ſæpe. 28. q. 1. Oldrad. conſ. 333. Deci. & alij in cap. 1. in 1. lect. num. 17. de conſti. & in cap. conſuluit 3. de appell. Socin. conſ. 119. libr. 4. facit etiam quod tradit Dec. in cap. 1. num. 20. de probat.

S V M M A R I V M.

43 *Cautio vſurarijs ad effugiendas pœnas ut reſtituant uſuras.*

44 *Reſtitutionis modus ab vſurario faciendus.*

45 *Reſtituere tenetur uſurarius, etiam ſi debitor iuraſſet de non repetendis uſuris.*

46 *Debitor iurans vſuras præſtare, tenetur illas ſoluere niſi peteret abſolutionem a iuramento.*

47 *Reſtitutio uſurarum cuius expenſis ſit facienda, & qualiter.*

48 *Debitor repetens ab uſurario uſuras, quas dicit præſtitiſſe ei ſecundum ſuam conſuetudinem & probat ſolitum ſænerari ad decem pro centum, nunquid vſurarius teneatur.*

49 *Vſurarius mentalis qualis dici debeat.*

50 *Vſurarius mentalis non tenetur ad reſtitutionem, & ad quid teneatur.*

51 *Donatio debitoris facta creditori occaſione mutui, nunquid ipſi proſit habenti prauum animum recipiendi aliquid ultra ſortem.*

52 *Vſurarius mentalis quando tenetur reſtituere, cui ſit facienda reſtitutio quæritur.*

§. 2.

43 IN tex. ibi, *plenariæ ſatisfactum*. Colligitur cautio pro vſurarijs ad effugiendas pœnas contra eos ſtatutas, illaq; eſt ut ipſi reddant uſuras, quas extorſerint, ad quarum reſtitutionem per Lateranenſe Concilium compelluntur, ut dicitur in d. c. quia in omnibus, & de hac reſtitutione traditur modus in c. cum tu, de uſur. videlicet, ut reddant his a quibus fuerint extortæ, uel eorũ hæredibus, quibus non extantibus debent pauperibus erogari, & de hoc

hoc uideas per Abb. ibi colum. ult. & in d. capit. quia in omnibus num.8.Gaſp.Calderin.conſil.2.tit.de vſur.Hoſtienſ.in ſum.eod.titu.,§.quæ pœna, col.3. uerſic. eſt autem uſura reddenda. Traditur quoque modus reſtitutionis faciendæ per Gaieta.in ſum.verſ.reſtitutio,cap.4. quem refert & ſequitur Nauar. in Manua. confeſſor. ſub 7.præcept.cap.17.num. 28. & ſeq. Ratio autem quare uſurarius teneatur ad reſtitutionem,procedit a Regula,peccatum,de reg.iur.6. quia,ut dicit Pont.in d.cap.cum tu, non dimittitur peccatum niſi reſtituatur ablatum. fuit enim receptio uſurarum iniurioſa proximo & iniqua,omniq; iure prohibita, ut dicitur in Commentario primo . qua ratione uſurarius non debet eſſe immunis a reſtitutione, etiam ſi quod extorſerit, perijſſet prorſus nihilque authoritatis ex eo habuiſſet, de quo D. Thom. ſec. 2. q.62. artic.6.

45 Similiter tenetur uſurarius reſtituere etiam ſi debitor cui mutuo dediſſet,iuraſſet de non repetendis uſuris, uel ſuperſolutis nullam quæſtionem mouere, quia hoc iuramento non obſtante vſurarius eccleſiaſtica cenſura compelletur ab exactione deſiſtere, & exactas reſtituere,ut dicitur in cap.tuas,ubi Abb. de uſur.& in cap. ad noſtram. 2. de iureiur. Laur.Rodulf.in d.cap.conſuluit,parte 2. q.8.num.19.

46 Quod ſecus eſſet in debitore, qui iuraſſet ſoluere uſuras, ille enim ſoluere teneretur niſi peteret ſe a iuramento abſolui, cap. cum contingat,de iureiuran. & tradit Laurent. Rodulf. ubi ſupra, par.2.q.122.& ſequen.num. 160. & hoc eſt quod voluit gloſ. in d. cap.ad noſtram, in verſicu. repeterent. ubi tradit iuramentum non ſeruandum etiam ſi iuraſſet non denunciare eccleſiæ, & ſic non petere abſolutionem à iuramento ; atque hoc tenuit Hoſtienſ. in ſum.tit.de uſur. §.quæ pœna,col.3. uerſ. ſed quomodo poteſt.dicit eam gloſ. ſingularem Cardinal. Floren. conſil. 120. Titius obligauit,ante fin.cum alijs de quibus per Tiraq.in 2.lib.Retract.ad fi. titu.num.152. Quod multò magis ſecundum prallegatos procedet,quando debitor abſque iuramento promiſiſſet, uel ſciens ſoluiſſet uſuras etiam cum ſorte principali, quia tunc eas poterit repetere propter turpitudinem recipientis cui lex reſiſtit, de quo etiam Bald. in l. conſtitutionibus, in fi. & ibi Salyc. C. de vſur. idem Bald.in auth, & qui iurat. colum. ult. C.de bon.autorita.iud. poſsi. Alex.conſi. 80. circa primum. col. ult.verſic.præterea dicit,libr. 3. Steph.Bertrand.conſ. 244.viſo, &c.paulo ante fin.lib.3. Atque hæc ſententia debet iure optimo accipi, quicquid in contrarium, &

male,

malè, tradant Bar. & Alex. in l. ſi non ſortem. §. j. ff. de condict. inde idem Alex. conſi. 221. ſuper titulo, col. 2. verſic. confirmatur, lib. 2. Caſtren. poſt Bal. in l. pen. in fi. ff. de condi. ob turp. cauſ. Quæritur modo cuius expenſio facienda ſit hæc reſtitutio, vt puta ſi ille, cui eſt reſtituendum, abiiſſet a loco vbi debitor habitat, & glo. in d. c. cũ tu. in verſic. non ſuperſtitibus concludit reſtitutionem faciendam eſſe expenſis creditoris abſentis, quo in loco Abb. nu. 9. Anan. Rauen. & communiter DD. idem Laur. Rodulf. vbi ſupra par. 2. quęſ. no. nu. 142. verum eſſe exiſtimant, quando ille debitor abeſt a loco vbi ſibi fuerint vſuræ extortæ, ſecus ſi vſurarius ipſe receſſerit, qa tunc ſuis propriis ſumptibus teneretur hanc reſtitutionem facere arg. l. cum res. ff. de leg. j. vbi fit ſimilis diſtinctio de re legata. Et quã do reſtitutio illa eſſet facienda expenſis debitoris ſuſpendi ac differri deberet, ſi plus vel tantundem eſſet expendendum in ea reſtitutione facienda, quantum res ipſa principalis valeret, vt dicit ſupradicta gloſſ. per DD. ibi communiter recepta, & probat Syluéſt. in ſumm. ver. reſtitutio. 4. §. vltim. Sed aduertendum eſt quia Do. Thom. ſec. 2. q. 62. art. 5. tenet ſupradictam diſtinctionem procedere, in eo, qui iuſtè & uoluntate domini eſſe debitor cæterum ſi iniuſtè haberet rem alienam, prout eſt fur, uſurarius & ſimilis iniquus acceptor, tunc is in reſtitutione ſubire debet onus, & omne damnum, quod proueniret ex illa reſtitutione, & ratio eſt, quia obligatur facere poſſeſſorem dominum rei propriæ. ſequitur Caieta. in ſumm. ver. reſtitutio. c. 4. Nauar. in Manua. confeſſ. ſub ſeptimo præcep. c. 17. num. 43. Vnde Ioan. Metin. in trac. de reſtitu. fol. 7. & ſeq. dicebat reſtitutionem hanc ita faciendam eſſe, vt debitori nullum damnum ſequatur ex iniqua acceptione uſurarii aut ſimilis acceptoris, & idcirco ita diſtinguebat, videlicet ſi debitor nullas ſubiturus fuiſſet expenſas in exportandis rebus, quæ ſibi fuiſſent ab uſurario extortæ, vt quia abſque ullis expenſis eas ſecum ferre potuiſſet, vel ante diſceſſum eas uenditurus eſſet, tunc uſurarius teneretur: ſecus ſi aliquæ eſſent expenſæ ſubeundæ, quia tunc ad neceſſarias, non autem ad maiores teneretur, quam diſtinctionem ex noſtris rectè probauit Couarr. in d. reg. Peccatum, in j. parte, nu. 7. explicans poſt D. Thom. quòd quando hæc reſtitutio erit facienda, vſurarius tenebitur certiorem facere debitorem huius ſibi debitæ reſtitutionis, quo ipſe debitor certus reſpondeat quid velit agendum eſſe de rebus reſtituendis. Quo ſtante ceſſabit quod ſupradicitur per glo. & DD. in d. c. cum tu, videlicet de illa ſuſpenſione, & dilatione facienda quando in reſtitutione eſſet expenden-

pendendum quanti res ipſa ualeret, poſtquam reſtitutio illa fit de uoluntate debitoris. Tenetur ergò, ut dicitur, uſurarius ad reſtitutionem uſurarum quas apparuerit uerè extorſiſſe. Ex quo infer
48 tur ad ſubtilem quæſtionem de illo debitore qui repetit ab uſurario uſuras, quas dicet ſibi ſoluiſſe ſecundum ſuam conſuetudinem, & mox probauit illum eſſe conſuetum fœnerari puta ad decem pro centum quolibet anno, ſed de ſuo ſolutionis actu non probaui debeat ad reſtitutionem, & quòd non teneatur, rectè oſtendit Bal. poſt Cy. in l. 1. C. de probat. per illum tex. ſequitur Calder. conſi. 6. tit. de vſu. Et licet Ioan. Andr. in cap. ex literis, de iureiu. contrarium tenuerit, & hanc opinionem de conſuetudine ſeruari teſtetur Roma. ſingul. 364. ubi quoque ait ſe neſcire quid ſibi eſſet conſulendum, nihilominus præcedens opinio ſecundum eum uidetur uerior, quam ipſe tenet conſi. 419. in primis. ſequitur Alexa. in addi. ad Bar. in l. 2. ff. de iureiu. latè Philip. Franch. hic in §. cœterum col. pen. & ſequen.

Sed quæritur de uſurario qui mentalis dicitur, nunquid teneatur ad reſtitutionem eius quod à debitore ultra ſortem abſque ulla conuentione tacita uel expreſſa habuit. pro cuius quæſt. perfecta
49 ſcieniæ oportet inuenire qualiter DD. intelligant hunc uſurarium mentalem. & Laur. Rodulf. in cap. conſuluit. q. 3. per illum text. ubi. alij tradunt, oſtendit illum dici, qui principali ſpe lucri ductus, & eo propoſito, ut aliquid ultra ſortem reciperet omni conuentione ceſſante mutuam pecuniam credit non aliter mutuo daturus. Vnde ſi quis mutuo daret pecuniam principali cauſa ob amicitiam alterius, & ut indigenti ſubueniret, ſed non minus principali ratione ob ſpem quam concepit aliquid à debitore ultra dandum accepturum, non per hoc diceretur uſuram mentalem committere ut tradit glo. in d. ca. conſuluit, in uer. ſperantes. & ſequuntur ibi Lauren. Rodulf. d. q. 3. & alij. quod procedit etiam ſi non concepta illa ſpe lucri non aliter eſſet mutuaturus, cum iſta ſpes aliquid ultra ſortem recipiendi non iudicetur cauſa finalis, ſed impulſiua, quamuis ea ſecluſa actus hic non fieret, atque hoc quando lucrum ſperatur ratione amicitiæ, cuius ille eſt dignus, ſecus ſi ſperaretur ratione mutui. colliguntur hæc omnia ex Caieta. ſuper ſec. 2. q. 78. arti. 1. ad 4. & in quolibet de uſur. cap. 2. Ioan. Medin. de reſtitu. fol. 124. Couar. in d. reg. Peccatum, in initio, nu. 8. & lib. 1. uar. reſo. cap. ult. num. 4. Soto lib. 6. de iuſt. & & iur. q. 1. arti. 1. colu. 3. & ar. 2. col. 1. & ſeq. Nauar. in Comment. ſuper c. ſi fœneraueris. 14. q. 3. nu. 12. Redeundo

50 Redeundo nunc ad q.propoſitum concludunt multi vſurarium mentalem, licèt ſemper in corde labem retineat nunquam tamen obligari ad reſtitutionem niſi dum re vera ſubſequitur uſuræ receptio, quinimo & ſi pactum interueniret, & mutuator iniquè contenderet uſuras exprimere, niſi recipiant nulla, aiunt, emergit reſtituendi obligatio: tunc enim nihil deberi inquiunt, niſi Deo ſatisfactionem pro culpa, ſed quòd debitori illas pactiones remittere teneatur eumque ab earum obligatione eximere, & ſic quod per Vrbanum 3.ſum.Pont.diſponitur, in d.c.conſuluit. vbi reſtitutio iubetur vſuræ mentalis hoc pacto ſit intelligendum prout hoc voluerunt Henr.in d.c.in ciuitate, de vſur.glo.in c.vlt.de Sim.& ibi Card. Anch.in reg.Peccati venia, de reg.iur.6.Lau. Rodul. vbi ſupra.d.q. 3.Car.in cle.vni.q.24.de vſur.Alex.conſi.93.lib.6.nu.7.& hanc opinionem ſequitur D.Ant.Flo.de vſu.c.35.nu.41.vbi dicit hanc teneri per omnes Canoniſtas, & Theologos, & de hoc rectè tradit Soto lib.6.de iuſ.& iu. q. 1.ar. 4.col.6.& ſeq.

Similiter ad hoc vt vſurarius mentalis ad reſtitutionem teneatur & ſic procedat diſpoſitio d.c.conſuluit, traditur quòd de eius praua corruptaque mente apparere debet, vt quia illam alteri inſinuauerit, ſecus aliter. atque hæc fuit ſententia Scoti, in 4.ſent.diſt.15.q. 2.arti.3. Ait enim quòd animus ſine vllo pacto verbali aut alio ſignò æquiualenti oſtendente debitori, quòd mutuans non mutuò daret ſine ſpe lucri, non facit illum recipientem ſine pacto habere alienum, & ideo non tenetur ad reſtitutionem. eiuſdem quoque ſententię apparet eſſe Richar.eadem diſt.arti.5.q.5.& ibi Gabr. Biel.q. 2.dubio pen.credidit hoc Sylueſ.in ſum.verſ.vſura, §.3. Caietan.in quolibet.de vſur.capitul. 3.facit ad hoc dictum Gregorij in Regiſtro quod habetur cauſa 1.quæſt.2.capit.ſicut Epiſcopum. vbi ait, eius oblatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ non ex ambienſe petitione proceſsit. atque ex noſtris illud videntur voluiſſe Bald. in l.pen.vbi Caſt.ff.de condi.ob turp.cauſ.Alexa. in l.ſi non ſortem, §.1.vbi Bartol.ff.de cond.inde.dum tradunt debitorem ſcienter ex cauſa mutui mercedem ſoluentem condicere non poſſe, dummodo abſque pacto proceſſerit, & ſequitur hoc Anto.de Butr. conſil.17. Occurrentibus. Cardin.Flo.in d.ca.conſuluit, Moder. Pariſ.de contracti.in princ.num.17.dicentes apud Theologos hoc eſſe communiter receptum, prout etiam teſtatur, & ſequitur Couar.in d.regu. Peccatum, in initio, part.1.nu.4.tradentes quod talis recipiens, etſi non oſtendat ſuam prauam intentionem, debeat nihilominus erga Deum agere pęnitentiam, per tex.in capitu.vlt.de Simon. facit text.

in

in l.inter omnes,§.rectè.ff.de fur.Inſtitu.de oblig.quæ ex delic.naſcunt.§.placet,in fine.

51 Et per iſta, prout hoc quoque fatetur Soto, vbi ſupra, colum.8. redditur falſa opinio eorum tenentium, quòd libera donatio debitoris occaſione mutui facta creditori nihil ipſi proſit habenti prauum animum, nempe recipiendi aliquid vltra ſortem ab ipſo debitore abſque ulla pactione dante,neque creditor aliter mutuaturus, niſi hac ſpe ductus, cuius ſententiæ fuerunt Innocent. Hoſtienſ. Abb.Ana.& alii, in d.c.conſuluit, ubi Laurent.Rodulf.part.2.q. . . nu.20.glo.in c.vlt.de Simon.Ioan.And.in d.reg. peccatum, Adrian. in 4.ſent.tit.de vſur.Iacob.Almay.in 4.ſentent.diſt.15.q.2.affirmantes,quòd à creditore ſub hac ſpe, ita receptum ſit omnino eſſe reſtituendum,& ad eorum concluſionem confirmandam allegantur notata per Bar.in l.j.ff.de donatio. videlicet dum aſſerit non eſſe veram & perfectam donationem quando quis ſciens ſoluit indebitum exiſtimans nullam ſubeſſe cauſam dandi, cum tamen recipiens credat ſe recipere debitum, & ſequitur ibidem Caſt. & in l.abſenti,in prin.ff.eod.tit.

Sed aduertendum eſt, quia iſte caſus Barto. plurimum differt à concluſione illa: nam cum vſurarius mentalis aliquid recipit vltra ſortem omni conuentione ceſſante, ob id ſcit ſibi illud non deberi, ſed gratuito dari, licèt hac ſpe ductus mutuo dederit, quòd diuerſum eſt à caſu Barto.Præterea, & ſi illa donatio non ſit vera, & perfecta,dicitur tamen irreuocabilis datio,l.cuius per errorem, ff.de reg.iur.vnde his qui dedit donatum repetens etiam re extante ſubmouebitur exceptione,Caſtren.in d.l.abſenti, & in l.ſi tibi, per illum tex.ff.de donat.Dec.in d.l.cuius per errorem,in princ.gl.Bar. Ang.Alex.& Dec. in l.ſi ego pecuniam, in verſi. conſumpſerit.ff.ſi cer.petat. Et licet ibi contrarium tenuerit Odofred. Oldrad. Bald. Fulgoſ.& Iaſ.credentes poſſe rem adhuc extantem repeti: à præcedenti tamen communi opinione gloſ. non eſt recedendum, quæ eſt magis communiter recepta, vt per Couarru. in d.reg. peccatum,in initio,par.j.num.4.

52 In eo tamen caſu, quando vſurarius mentalis tenetur reſtituere non conueniunt DD. inter ſe, quibus ſit illa reſtitutio facienda: nonnulli enim opinantur reſtitui debere pauperibus, & non ei qui dederit. uoluit hoc Rayner.in ſum.eod.tit.de vſur. verſi. ſed nunquid uoluntas, Iacob.Almay.d.q.2.Caieta.ſuper 2. ſecund.qu.78. artic.j.Guid.Pap.in tract.de contract.illi.nume.15.Quod tamen eſt falſum,vt apparet ex ſupra relatis, & latè improbat Couarru. in d.

reg.peccatum,in initio,nu.6.& ſeq.& lib.3.var.reſol.cap.2. num.5. ver.4.verò.

SVMMARIVM.

53 *Cautio alia vſurarijs pro effugiendis pœnis,vt caueant de reſtituendis vſuris,& qualiter ſit cauendum ab eis.*

54 *Fideiuſſor pro uſurario non tenetur ultra uires hæreditarias vſurarij.*

55 *Bona uſurarij nunquid ſint à iure tacitè hypothecata pro reſtituendis uſuris.*

56 *Vſurarius non tenetur reſtituere lucrum ex pecunia fœnebri acquiſitum.*

57 *Vſurarius ſi extorſerit pro uſura rem fructum ferentem, tenetur illam reſtituere cum fructu.*

58 *Hæredes uſurarij tenentur ad reſtitutionem uſurarum,& qualiter.*

§. 3.

53 IN tex.ibi, *cautionem huiuſmodi*, colligitur alius modus effugiendi pœnas contra vſurarios ſtatutas, tam in Lateranenſi, quàm Lugdunenſi Concilio, & talis eſt, videlicet vt vſurarius idoneæ caueat de vſuris per ipſum extortis reſtituendis, & in tex. traditur forma ipſius cautionis , & quomodo ſit præſtanda,& qualiter procedatur, de quo etiam traditur per Lapum,allega.125.nu. 3.& aduertendum eſt,quia gl.hic in ver.mandauerint, &c.& in clemen.eas, de vſur. voluit quòd ipſi vſurarii cauere debeant in vita, alioquin teſtamentum ſit ipſo iure nullum, quam ſequuntur communiter DD.hic,& in c.quia in omnibus,vbi Auguſ. Beroi.numer. 52.& ſeq. licet quo ad pœnam ſepulturæ contrarium velit gloſſ. in clem.j.ver. manifeſtos de vſur. Benè verum eſt, quòd etſi vſurarius deceſſiſſet nulla præſtita cautione, dimiſſo tamen procuratore ad eam præſtandam poſt mortem, ea præſtita iuſtificaretur teſtamentum,prout quamplures tenuerunt hic,Card.in cap.ſignificauerunt,de teſti.& in clem.1.q.23.de ſepult. dicens ibi,ita fuiſſe deciſum publicè Ferrariè,ſequitur Dilec.de arte teſtan.tit.primo caute.7.Fely.in c.ad hæc, col.j. de reſcrip. & in c.quoniam frequenter, col.4.vt li.non conteſt.communem dicit Franc. Viuius in j.lib. Recept.ſent.ver.vſurarius manifeſtus,poſt Cald.& Anch.per eum allegatos, & ex ipſa forma cautionis colligitur etiam non ſufficere ſimplicem cautionem, ſed requiri pignoratitiam, vel fideiuſſoriam

prout

prout hic exponit gl. in ver. idoneè, & ſequitur Gemin. num. 13. Gaſpar Cal. conſi. 17. de vſur. Fel. poſt gl. & alios, in c. ad noſtram, de iureiur. Iaſ. poſt glo. in l. ſancimus, col. 2. C. de verb. ſig. Soc. conſi. 127. nu. 3. lib. 3.

54 Et aduertendum eſt quòd fideiuſſor pro vſurario in omnem caſum reſtitutionis non tenebitur vltra vires hæreditarias d. vſurarii tempore cautionis factæ, nec etiam vltra propria bona ipſius, Ioan. And. in additio. Specu. de fideiuſ. §. j. ver. illud autem, ſuper ver. conſtitutus. Lau. Rodulf. vbi ſupra, par. 2. q. 73. nume. 99. tradunt etiam DD. quòd in tali caſu non ſufficiat hypotheca bonorum generalis, aut ſpecialis ab vſurario cõſtituta, ita poſt Io. And. & alios quos allegat, adnotat Gemin. hic, num. 13. Laur. Rodulf. vbi ſupra, par. 2. q. 77. num. 102. cum aliis, de quibus per Couaru. lib. 3. var. reſo. c. 3. nume. 4.

55 Ex quo ſuccedit quæſtio, nunquid bona vſurarii ſint à iure tacitè hypothecata pro reſtituendis vſuris. & glo. hic in verſi. facultates, tenuit bona vſurarii pro reſtitutione eſſe tacitè hypothecata, idem glo. in c. tua nos, de vſu. vbi Abb. num. 7. teſtatur hanc eſſe communem opinionem antiquorum, per tex. in c. cum tu, eodem titu. ſequitur Lapus allega. 74. Laur. Rodulf. cum diſtinctione vbi ſup. par. 2. q. 76. nu. 101. tenuit Bald. in l. executorem, col. j. C. de executio. rei iudi. & in l. vlt. C. de ſer. pig. da. manu. Albe. in l. pro officio. C. de adminiſt. tuto. Ripa in l. Senatuſconſulto, num. 9. ff. qui cau. pig. taci. cont. tradit latè Ioan. Lup. in rub. de dona. §. 65. num. 23. tradit Soto lib. 6. de iuſ. & iu. q. 1. art. 4. colum. 5. Sed aduertendum eſt, quia tex. in d. c. cum tu, non probat huiuſmodi concluſionem, cum ibi ſtatutum ſit, quòd bona empta ex pecunia vſuraria, & fœnebri ſi ſint penes tertium titulo lucratiuo, deficientibus aliis bonis vſurarii vendantur pro reſtituendis vſuris ſicut ibi adnotat gloſſ. vltim. quod tamen Abb. ibi, num. 13. videtur limitare, niſi talis res eſſet penes illum tertium ex cauſa dotis, vt quia vſurarius conſtituiſſet genero dotem ſine fraude in re empta ex pecunia vſuraria, licèt tamẽ hoc non firmet, ſed dicat deciſionem hanc eſſe ſatis dubiam, de quo etiam per Laur. Rodulf. vbi ſupra, par. 2. q. 72. num. 96. Ioann. And. in add. Spec. in tit. de execut. ſent. §. ſequitur, verſi. hinc legatus, tradit Iaſo. in l. ſi eum ſeruum. ff. ſi cert. petat. Apoſtil. ad ſingul. Matheſill. 146. num. 7. Nauar. in Manua. confeſ. ſub 7. præcep. c. 17. nu. 271. & ſequ. Ex quo patet bona vſurarii non eſſe tacitè hypothecata: quia ſi ita eſſent, vendi deberent etiam quando tertius ex poſſideret titulo oneroſo. uenduntur ergo potius in eo caſu ex quadam

benigna

benigna interpretatione, de qua in l. ſi me, & Titium. ff. ſi cer. peta. vt dicit Abb. in d. c. cum tu. nu. 12.

Et quòd huiuſmodi tacita hypotheca à iure fuerit inducta, nullibi reperitur cautum aut ſtatutum, quamobrem contrarium tenuit Ant. Butr. in d. c. cum tu, Abb. in d. c. tua nos, num. 7. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem Modernorum, tenet Ioa. Calde. conſi. 1. titu. de vſur. in eo caſu quando bona non eſſent pro vſuris aſsignata, ſecus aliter: & omnium latiſsimè tradit Geminia. hic nu. 13. poſt alios per eum allegatos, communiter hoc receptũ aſſerit Couar. vbi ſupra, num. 6. licet eam cum hac diſtinctione videatur ſequi, videlicet in eo caſu quando tertius poſſeſſor ignoraſſet tempore quo emit eum eſſe vſurarium, ſecus ſi ſciuiſſet, quæ tamen diſtinctio non eſt per eum abſolutè poſita, ſed pro ſubſtinenda opinione Caietani, vtcunque tamen ſit, mihi nullo modo placet: arbitror enim illum, qui oneroſo titulo bona vſurarij habuit, non poſſe conueniri actione aliqua ad uſurarum ſolutionẽ, etiam ſi eo tempore, quo bona illa acquiſiuit, vſurarius non haberet vnde poſſet reddere, & ipſe tertius poſſeſſor tempore quo emit, ſciuiſſet. & pro hac concluſione facit, quia res emptæ ex pecunia vſuraria ipſius ementis afficiuntur, argu. tex. in l. ſi ex ea, C. de rei ven. idem tex. in l. j. C. ſi quis alte. vel ſibi. l. quamuis ex ea, C. de pig. act. fatetur hoc Couar. lib. 3. var. reſol. c. 3. nu. 6. poſt Mod. Pariſ. a ſe relatos. in tract. de contract. q. 83. nu. 628. tradit hoc Soto, lib. 6. de iuſt. & iu. q. 1. art. 4. col. 4.

56 Et per hanc rationem reſoluitur quòd vſurarius non teneatur reſtituere rem, ſeu lucrum ex pecunia fœnebri acquiſitum, ſed ipſam pecuniam vſurarium reddere compellitur, prout viſum fuit quàm plurimis Canoniſtis atque Theologis, videlicet Ancha. in d. reg. peccatum, Lauren. Rodul. vbi ſupra, par. 2. q. 44. num. 62. vbi omnium latiſsimè examinat, Gemi. hic num. 6. vbi Franch. Abb. in c. vlt. ad fi. de vſur. ſufficit enim vt reſtituat id, in quo debitorem læſit, cum lucrum quod ex ſua induſtria ſibi accreuit, non eſſet alterius, atque hoc è Theologis ſequuntur D. Thom. ſec. 2. q. 74. art. 3. Scot. Gabriel Biel. & alij in 4. ſent. diſt. 15. q. 2. vbi Ioann. Maior. q. 18. Sylueſ. in ſum. ver. vſura. 6. q. 2. Amplius dicit Sco. quòd debitor recipiendo tale lucrum ab vſurario diceretur vſuram ipſe committere. refert & ſequitur Nauar. in Manua. confeſſ. ſub 7. præcepto. c. 17. nu. 25. & licet Bal. in l. 1. q. 10. C. pro ſoc. exiſtimet quòd vſurarius teneatur reſtituere vſuram, & omne id quod fuit lucratus ex ipſa pecunia, & ſequatur Deci. in l. certi condictio. §.

vlti.nu. 3.ff.ſi cer.pet.quaſi lucrum & fructus iſti prouenia nt a radice infecta. Tamen à præcedenti opinione non eſt recedendum, de quo per Couar.poſt Moder.Pariſ.de contract.q.83.num.628. vbi ſupra rectè oſtendit Dom.Soto lib.6.de iuſti.& iu. q. 1. arti.4. allegatur ad hoc vulgata illa regula, quòd res ex pecunia mea etiã immediatè,& mala fide acquiſita,non eſt mea,nec mihi reſtituenda.l. 1.C.ſi quis alteri,vel ſibi.l.quamuis ex ea.C.de pig. Quod procedit etiam ſi acquiſita ſit per eum, cum quo erat nobis contractus ſocietatis quæſtuariæ,ſi extra cauſam ſocietatis acquiſitio facta ſit.l.cum duobus.§.cum erant.ff.pro ſoc.DD.in l.ſi patruus.C. comm.vtr.iud. Pet.de Peruſ. in trac.de ſocieta. par.5.q. 1.facit.l.ſi ex ea.C.de rei vendi.

57 Quæ tamen concluſio limitatur niſi uſurarius pro vſura extorſiſſet rem aliquam germinantem, & ex ſui natura producentem fructum, vt puta agrum, vineam, domum, equum,& ſimil. tunc.n. reſtituere teneretur ipſam rem cum fructibus, vt tradunt præcitati DD. & ratio eſt quia dominium huiuſcemodi rei ſic pro vſura traditæ non transferturin vſurarium, prout è Theologis crediderunt D.Tho.Sec.2.q.78.art. 3.& Alex.de Hales Doc.irrefragabilis. 3.par.q.66.memb.4.Altiſsidoren. 3.par.trac.21.q. 1.de vſur.refert,& ſequitur Io.Maior.in 4.ſent.diſt.15.q.38.vbi D.Bonauen.nec non Riccar.q.4.art.5.Caiet.in opuſ quæſtionum.6. de vſur.c. 1.Syrueſ. in ſum.ver.vſura.6.q.1.Io.Met. in lib.6. de contract.c.de vſura §.j.in 3.arg.prin.eãdem ſententiam accipiunt quoque communiter Canoniſtę, videlicet Io.And.Lapus,Gem.Franc. & alii hic. Et licet gl.illius tex. Ambroſii.in c.ſi quis vſuram. 14.q. 4.ſenſerit in uſurarium transferri dominium rei ſic acquiſitæ, cũ qua conſentiat Scot.in 4.ſent.diſt. 15.q.2.art. 3.& Paluda. ibidem arti. 5.atque Hadri.in trac.de reſtitu.in q.de vſura §.ex his, qui ait eſſe hanc communem opinionem Canoniſtarum; vbi citat in eandem ſententiam Henri.Gandauenſ.in quolibet.4.quæſtio.27.immo,& D.Tho.in 4.diſt.15.q.2.arti.4.cum tamen D.Tho.non affeſrat illic niſi quoſdam hoc dicere,& ex noſtris, teneat Bal.in l. 1.nu. 3.C.de pig.actio. A præcedenti tamen opinione non eſt recedendũ quæ verior eſt,& communior prout rectè oſtendit Soto lib.6. de iuſ.& iur.q. 1.art.4.col. 3.

58 Vnde colligitur quod hæredes vſurarii coguntur vſuras reddere. tex.in d.c.tua nos.ubi Abb.gl.hic in ver.facultates. Gaſpar Calderi.conſ.2.titu.de vſu.Soto ubi ſupra, col.6.quod communi omnium conſenſu receptum aſſerit Couar.lib. 3.var. reſol.c. 3. nu.7.

Nec

Nec mirum, quia de iure canonico hæres tenetur ex delicto defun cti etiam ſi nihil ad eum peruenerit, nec lis fuerit conteſtata cum defuncto, cap. in literis, de raptor. cap. ult. de ſepul. ubi glo. Quod tamen ſecus eſſet de iure ciuili, ſecundum quod hæres non teneretur, ſi nihil ad eum perueniſſet, neq; lis fuiſſet conteſtata cum defuncto. l. 1. C. ex delic. defunct. Et ideo circa hoc diſcrimen conſtituitur inter ius Pontificium, & cæſareum, ut per gloſ. in d. cap. vlti. cuius opinio eſt communiter recepta, vt apparet ex traditis per Henric. ibi, Ant. Burgenſ. in c. 1. col. 4. de empt. Io. Fab. in §. pœnales, col. 3. Inſti. de perpet. & temporal. actio. Ruin. conſ. 20. lib. 4. Roderi. Xuares allega. 26.

Sed aduertendum eſt, quia Ab. in d. c. ult. nu. 6. de ſepultu. exiſtimat non hari huiuſmodi differentiam, & quòd ideo de iure canonico hæres teneatur ex delicto defuncti ad ſatisfactionem damni & læſionis illatæ per eum, quia apparet defunctum deceſsiſſe cum ſignis pœnitentiæ & contritionis, & tacitè mandaſſe ſatisfactionem hęredibus, cuius præcepti cauſa potius, quàm ex delicto hęres tenetur, cæterum vbi iſta ſigna defuncti ceſſarent, ut quia deceſsiſſet defunctus ſine confeſsione, aut alio ſacramento, putat quòd non poſsit agi contra hæredem ex delicto defuncti niſi quatenus poteſt agi de iure ciuili, idem repetit Abb. in d. ca. in literis. allegat glo. in cap. à nobis, in glo. vlt. de ſentent. excomm. quæ ab eo recipitur ibi, necnon à Fely. verùm iſta opinio Abb. nullo modo admittitur, poſtquàm ex d. c. tua nos, colligitur hęredes uſurarii teneri ad reſtitutionem uſurarium, etiam ſi defunctus deceſsiſſet impœnitens, & ſine ſignis contritionis, prout adnotauit Bal. in l. 1. num. 13. C. ex delic. defunct. Ioan. Fab. in d. §. pœnales. col. 2. Aret. in rub. ff. de acquir. hære. col. 3. Adrian. in quolibet. art. 1. Et ſic, vt vides, huiuſmodi ſententia Abb. non merctur recipi. neq; etiam admitti debet illa communis differentia conſtituta inter ius ciuile & canonicum, ſi quidem glo. communiter approbata in cap. Michael, de vſur. & in c. Epiſcopum. 16. q. 6. Abb. & Anan. in d. ca. tua nos, tradunt hæredem uſurarij haud obligatum eſſe ex delicto defuncti, ſed ex quaſi contractu, nempe condictione indebiti; quamobrem tenebuntur hæredes ad uſurarum reſtitutionem etiã de iure ciuili, ut per Bar. in l. 1. nu. 7. ff. de priuat. delict. non ſecus, ac hæredes furis, incendiarij, raptoris & ſimil. vt per Fab. & Aret. vbi ſupra. Reſoluas ergo breuiter hæredem uſurarij, furis & aliorum ſimilium, non teneri ex delicto defuncti, nec contractu, aut quaſi contractu, ſed quodam naturali iure ex cauſa damni proxi-

mo illati, diſtante hoc reg. peccatum, de reg. iur. 6. Vnde tenebitur talis hæres de omni iure canonico & ciuili ad ſatisfactionẽ huiuſmodi damni actione rei perſecutoria, quamuis nihil ex eo crimine ad eum peruenerit, nec lis fuerit conteſtata cum defuncto. neque ad hoc obſtabit regula, de qua in d. l. vni. C. ex delic. defun. quia illa intelligenda eſt quo ad pœnalem actionem, non autem quo ad damni illati perſecutionem, atq; hoc doctiſsimè adnotarunt Moderni Pariſ. in addi. ad Deci. in l. pupillum. §. in hæredes. ff. de reg. iur. refert & ſequitur non minus doctè quàm eleganter, Couarr. ubi ſupra, alia deducens ad corroborationem ſententiæ huiuſmodi. Tenebuntur ergo hæredes de omni iure ad ſatisfactionem læſionis proximo illatæ per defunctum, & ad hoc pro modo facultatum, quas ab eo recepiſſent ſiue confecerint, aut non confecerint inuentarium, prout colligitur ex tex. in d. c. cum tu, & hic. Nam ultra patrimonium defuncti in huiuſmodi caſibus obligari haud debent etiam in foro conſcientiæ, poſtquam contra omnes regulas iuris ex delicto defuncti conueniuntur. ita per hanc rationem tradit Federig. conſ. 21. Ioan. And. Franch. hic ſuper gloſ. in uerſ. Mandauerint. & omnium latiſsimè Geminian. nu. 13. Henric. in d. cap. vlt. de ſepultu. Areti. conſ. 148. col. vlt. & hoc communiter receptum aſſerit Anan. in d. cap. in literis, nu. 7. de raptor. idem teſtatur Ruin. conſi. 20. lib. 4. Sed Areti. in rub. ff. de acquir. hære. col. 3. limitabat hanc communem concluſionem procedere in omnibus ſupradictis criminibus præterquàm in uſura, ad cuius ſatisfactionem exiſtimat hæredem, qui non confecerit inuentarium, inſolidum teneri & vltra vires hæreditarias, & Abb. in d. ca. in literis, nu. 5. opinatur heredem non confecto inuentario tunc teneri inſolidum omnibus criminibus, quando defunctus cum ſignis pęnitentiæ & contritionis deceſsiſſet, & in uſura. ſequitur Caſtrenſ. in rubr. ff. de acquiren. hæred. num. 4. Soto lib. 6. de iuſti. & iu. q. 1. art. 4. col. 6. Verum his non obſtantibus, à præcedenti opinione non eſt recedendum, ut per Couarr. lib. 3. var. reſolut. cap. 2. num. 8.

SVMMARIVM.

59 *Cautio alia vſurarijs pro effugiendis pœnis ſi a debitore eſt ſibi facta remiſſio.*

60 *Debitor non obſtante remiſſione facta, nunquid vſuras poſſit repetere, ſi uſurarius mandat reſtitui.*

61 *Tranſigi*

61 *Tranſigi poteſt ſuper vſuris præteritis earumq; valet remiſſio.*
62 *Vſuræ futuræ nunquid donari, vel remitti poſſint.*
63 *Vſurarius excuſatur a reſtitutione propter paupertatem.*
64 *Vſurarius compelli poteſt, dummodo non egeat victualibus.*
65 *Vſurarij excuſantur a pœna ob cõſuetudinem, & qualiter intelligatur.*
66 *Vſurarum crimen, nunquid ſit merè eccleſiaſticum, vel temporale.*
67 *Theologis in materia vſurarum, nunquid ſit magis credendum quàm Canoniſtis, & Iuriſtis.*

§. 4.

59 EXTRA text. huiuſmodi noſtræ Conſtitutionis reperitur traditus alius modus vſurarijs ad euitandas pœnas licèt non reſtituerint. videlicet in eo caſu quando ipſis fuiſſet facta remiſsio ab illis, quibus tenentur vſuras reddere, tunc enim effugient peccatum abſque reſtitutione reali, ita glo. in d. regu. peccatum, vbi Anch. Franch. & Couar. in initio, Lauren. Rodulf. vbi ſupra, parte 2. q. 7. Alexand. conſil. 91. colum. 1. lib. 2. D. Anton. Florent. 2. parte, titu. 2. cap. 6. colum. 3. Federi. conſi. 22. & conſi. 18. Calderin. conſi. 10. titu. de vſur. Moderni Pariſi. de contr. num. 8. Ioann. Meti. de reſtitu. q. 3. caſu 2. Tiraq. in 2. lib. Retract. ad finem q. 28. num. 153. Quæ opinio vera & communis eſt, quicquid dixerint, Dyn. Ioan. And. in d. regula, peccatum, Lap. allegat. 137. num. 14. Abb. poſt Anan. in dicto cap. cum tu, ad fin. & in d. c. conſuluit. Qui omnes à præcedenti communi opinione diſcrepant quantum a crimine & in foro, quem dicunt conſcientiæ. diſcrepat etiam Roma. ſingu. 796. vbi tradit quod vſuræ vſurario remiſſæ ab Epiſcopo extorqueri poſſunt, & dari pauperibus. quod ſi verum eſſet, ſequeretur quòd remiſsio facta non teneret, quod tamen eſt falſum, & ideo hoc optimè per Franch. vbi ſupra, reprobatur.

60 Et circa remiſsionem factam vſurario a debitore, infert Lauré. Rodulf. vbi ſupra, parte 2. q. 62. num. 86. ad quæſtionem de illo vſurario, qui poſt remiſsionem ſibi factam a debitore iuſsiſſet vſuras nihilominus reſtitui, nunquid debitor poſsit illas repetere non obſtante remiſsione per eum facta. & in hoc poſt Ioann. Andr. in addit. Specul. huius titu. dicit recurri debere ad coniecturas per quas colligatur, nunquid illa remiſsio fuerit facta libera, & ſpontanea, vel aliter extorta ab vſurario, & in primo caſu non poſsit petere, ſecus in altero. & ponit exempla in quolibet, vt per eum

ibi, & q. 81. num. 106. vbi approbat primum caſum reiecta opinione Federi. de Sen. conſil. 179. in fin. Idem etiam ſi debitor remiſsionem, vel finem feciſſet vſurario nondum extincto debito ſortis, & in inſtrumento vocaſſet ſe ſatisfactum cum omnibus clauſulis conſuetis: nam ad hoc, vt debitor poſsit non obſtante huiuſmodi liberatione per eum facta, petere vſuras ſolutas, recurrendum etiam erit in hoc caſu ad coniecturas, vt idemmet Rodul. tradit vbi ſupra, q.78. nume. 103. licet multi DD. per eum relati voluerint in tali caſu debitorem non poſſe vſuras petere, atque de his omnibus videtis per Gaſpar. Calderin. conſil. 10. tit. de vſur. Similiter ſi per debitorem fuiſſet facta remiſsio, vel finis generalis, nunquid in eo caſu includantur vſuræ adeò quòd non poſsint a debitore peti. idem Laurent. vbi ſupra, q.80. num. 105. tradit recurrendum eſſe ad coniecturas.

61 Ex quibus ſequitur tranſigi poſſe ſuper vſuris præteritis, earumq; remiſsionem valere. ita tenent DD. dum tradunt dolum de præterito remitti poſſe, de quo in l. ſi vnus, vbi gloſ. in verſi. agat. ff. de pact. Dec. in l. contractus, num. 40. & ſeq. ff. de regul. iur. & in l. actione, in fi. & in l. cum donationis. C. de tranſactio. Afflict. deciſ. 220. num. 7. Pariſ. conſi. 49. num. 44. & ſeq. lib. 1. cum alijs de quibus per Caccheram. deciſ. Pedemonta. num. 143. num. 1.

62 Sed quæritur de vſuris futuris, nunquid illæ remitti, vel donari poſsint. & idem Cacchera. vbi ſupra, concludit vſuras illicitas de futuro non poſſe remitti, neque pactum valere de non computandis vſuris, & fructibus in ſortem, niſi illæ eſſent approbatæ & permiſſæ, de quibus habetur in Commentario primo in iſtis enim aliter obſeruaretur, vt ipſe dicit, quia remitti & donari poſſent, ſecus ſi illicitæ, atque ad hoc allegat vulgatam illam doctrinam, videlicet quòd dolus futurus remitti haud poſsit, de quo vltra præallegatas tradit Deci. conſi. 187. num. 3. & conſi. 192. nu. 4. uerſi. 2. principaliter, cum alijs de quibus per Menoch. in tract. Recuper. 15. remedio, num. 138. Similiter conuenit huc quod dicunt DD. videlicet ingratitudinem futuram remitti haud poſſe cum præſtetur occaſio delinquendi, vt per DD. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, vbi Socin. Iun. num. 103. ff. de verbo. oblig. Rom. conſi. 26. pro deciſione, colum. vlt. verſic. 5. poſſet dubitari, cum alijs de quibus per Deci. in l. vlt. nume. 23. vbi alij tradunt, C. de pact. latè Tiraq. in præfat. l. ſi unquam, num. 140. C. de reuoc. don.

63 Alio modo excuſantur vſurarij a pœnis, licet non reſtituant, videlicet in caſu inopiæ, & paupertatis: tunc enim quis non te-

netur reſtituere, cum non habeat in facultatibus vnde poſsit reſtitutionem executioni mandare,& in hoc limitatur d. regu. peccatum,iuxta verbum D.Auguſtini in epiſtola 54.tradentis, quòd hæc apud Deum ſufficiens ſit excuſatio, dum ipſe vſurarius, & debitor ab animo aliena detinendi abſtinuerit . & licet in l. etiam, §.vlt.in fi.ff.ſol.mat. videatur tenere vſurarium eo caſu non excuſare in foro conſcientiæ, tamen in hoc remittit ſe ad Theologos, vti etiam faciunt Ang.Imo.& Alex. ibi, & probatur hæc ſententia d.cap.cum tu,vbi gl.& Abb.eadem glo.hic in ver. facultates, & in d.reg.peccatum,vbi Dyn.& Ancha. col.9. D.Thom. Sec.2.q.62. art.vlt.Couar.in d.reg.peccatum,par.j. num.2. rationem aſsignat præcitati DD.quia nemo ad impoſsibile obligatur, iuxta tex. in l. impoſsibilium.ff. de reg. iur. nec tenetur ad id quod proprias vires excedit,cum ſit ſatis quoad diuinam maieſtatem, quòd quis faciat in emẽdationem criminis,& iniuriæ id quod iuxta proprias vires valet efficere,& hoc communiter apud DD. recipitur, & in tantum,vt etiam quis non teneatur alienum reſtituere,cum rebus alienis indigeat ad propria ipſius alimenta , quia in tali caſu extremæ neceſsitatis poſſet rem alienam inuito domino capere, cap.ſi quis propter neceſsitatem , de fur. & de hoc doctè more ſuo tradit Couar.in d.regu.peccatum.§.1.nu.3. Quinimmo, & ſi quis alienis rebus non indigeret ad propria ipſius alimẽta, tamen ſi eius reſtitutio fieri non poſſet abſque maximo debitoris damno, ut quia oporteret res proprias ad reſtitutionem vili pretio vendere, reſtitutio illa poſſet differri, cum ex ea creditor non dicatur pati detrimentum aliquod graue, vt oſtendunt Scotum, & alij in quarto ſenten.diſtinct.15.D.Anton.2.parte.titu.2. capitulo 8. Sylueſt.in ſum.in verſi.reſtitutio.5.quæſt.3.D.Thom. Sec.ſecundæ,quæſtio.62.articu.vlti.Ex noſtris Ioann.Lup.in rubri.de donatio.inter virum,& vxo.§.65.numer.5.Ancha.in dicta regula peccatum, colum.nona, & ibi Couar.vbi ſupra,tradens in hoc opus eſſe arbitrium iudicis in diſcernendo graui debitoris nocumento a leui creditoris iactura. Et licet Hadrian.in 4. ſenten. tract. de bello.cap.incipien. aggredior quæſtio.6. Ioann. Metin. in tracta.de reſtitution.quæſtion.quinta, videantur excipere ab obligatione ſtatim reſtituendi ipſam extremam neceſsitatem,quæ compelleret debitorem ad elemoſynam,quod quando fiat,tradit optimè Couar.libro tertio var.reſol.capitu. 14.numero quinto.A prę cedenti tamen opinione non eſſet recedendum , ut per Sotum lib. 4.de iuſt.& iu.q.7.art.4.vbi doctè, & melius hoc ipſum explicat,

64 Ex quibus redditur falſa opinio gl. in d. cap. cum tu, in verſicu. facultates dum credidit vſurarium, qui ſemel fuit immunis a reſtitutione propter inopiam, etiam ſi bonis ceſſerit, ſi ad pinguiorem fortunam redierit, teneri integras vſuras reſtituere abſque deductione alimentorum, & in hoc dicit limitari regulam de qua in l. is qui. ff. de ceſsio. bonor. ſequuntur ibi Abb. numero decimo. Cardinal. Rauen. & Anan. in eo caſu tantum, quando vſurarius non ceſsiſſet bonis, nam ita ipſe intelligit ſenſum dictæ gloſſ. Sed Couar. in dicta regula, peccatum. parte prima, numero ſecundo reijcit hanc opinionem, & indiſtinctè ſentit vſurarium ſemper conueniri debere, dummodo non egeat victualibus, quemadmodum, & alij debitores, qui bonis ceſſerint ſolent conueniri, de quo etiam ipſe tradit libro ſecundo var. reſolu. capitu. primo numero quinto.

Redditur quoque falſa opinio Abba. Cardinal. & Rauen. in dicto cap. cum tu. dum ex dicta glo. collegerunt, priuilegium, quod leges conceſſerunt his qui bonis ceſsiſſent, non eſſe admittendum in foro conſcientiæ, imo eos fore cogendos integrè reſtituere nullis deductis alimentis & ſequitur Hadrian. in 4. ſentent. tractat. de reſtitut. capit. aggredior. verſicu. ſexto dubitatur Ioann. Metin. de contract. quæſt. 5. quod ipſum improbat Couarr. in dicta regula, peccatum, vbi ſupra, & latius libro 2. var. reſol. capitu. primo, numero ſexto.

65 Excuſantur etiam vſurarij à pœna licet non reſtituant, videlicet propter conſuetudinem, vt quia actus ab illis geſtus communiter fieri conſuetum eſſet, tunc enim licitus reputaretur ad excuſandum tantummodo quem a pœna, quamuis rei veritate vſurariam ſaperet prauitatem, adnotat Barto. in l. quid ſi fugitiuus. § apud Labeonem, per illum text. ff. de ædili. edic. quem ſequitur Deci. conſi. 170. colum. penulti. omnium latiſsimè Tiraquel. in tracta. de pœn. ll. ſtatu. temperan. cauſa. 42. numero 8. tradit Oldrad. conſilio 207. vniuerſis, in fine. Bald. in l. vni. in 3. quæſtio. C. de his qui pœn. no. Iaſ. in l. prima in penultim. lectu. colum. antepenultim. in quarta quæſtio. C. de ſumma Trinita. Abb. conſilio 15. colum. prima ad fin. verſicu. quid vltra libro primo. Calder. conſi. 4. in fine, titulo de vſur. Roman. ſingula. 19. cum aliis de quibus per Grauet. conſilio 145. numero 11. refert alios Straccha in tractatu de mercatu. parte prima, numero 37. omnium latiſsimè Tiraquellus, in 2. libro retract. ad fin. numero 129. & ſequent. qui omnes allegant, & cumulant plura circa conſuetudinem præbentem excuſa-

cuſationem à pœna. Hoc tamen intelligitur, vt conſuetudo excuſet, & valeat, videlicet reſpectu pœnæ temporalis, non tamen in foro conſcientiæ, & apud Deum, quia tunc non ualebit tanquam contraria iuri diuino. ita declarat Iaſ. in l. tertia, §. iurari, col. penul. ff. de iureiu. Crauet. conſilio ſexto, numero 103. Alexan. conſi. 1. numero quarto, libro ſecundo. Plotus in l. ſi quando. §. ſexto, numero 54. C. unde ui. non ualebit etiam quin debeat reſcindi actus ille illicitus, & condemnari uſurarium ad reſtitutionem, ut dictũ fuit in Comm. 2.

Similiter intelligitur vt conſuetudo excuſet, videlicet in eo caſu quando actus in ſui forma non apparerent vſurarii, & in dubio: ſecus ſi ex tenore ipſorum conſtaret de vſuris, quia tunc non excuſaret, neque attenderetur illa conſuetudo vſurarum inductiua, ita tradit Deci. conſilio 170. col. pe. vbi dicit de hoc eſſe caſum in c. inter dilectos, de exceſſ. prælato.

66 Videndum nunc reſtat an pœna vel crimen vſurarum, ſit merè eccleſiaſticum adeo, quòd iudex laicus ſuper earum cognitione ſe poſsit intromittere. in quo articulo diu eſſet immorandum in referendis tantummodo dictis multorum interpretum, qui illum longè lateque pertractarunt: Sed quia in explicanda ſuperius q. illa de vſurario. nunquid pœna criminali puniri poſsit, aliqua traduntur cum iſto articulo communia; ideò breuiter cauſam perſtringam. Reperiuntur ergo circa hoc tres DD. ſententiæ, & quidem gloſ. vlt. in cap. ex literis, de iureiuran. firmauit cauſam vſurarum quaſi ſpiritualem & eccleſiaſticam eſſe, tenuit quoque eccleſiaſticam gloſſ. in capitu. cum ſit generale, de foro compet. vbi Abb. & alij, & in capitu. primo, de offic. ordinar. & in clementi. diſpendioſam, de iudi, ſequitur latè Deci. conſilio 170. Iaſ. conſili. 153. colum. vltima, libro 4. Rolandus à Valle conſilio 75. numero 14. & demum hanc opinionem communiter receptam teſtatur Alberic. in rubrica. C. de vſur. numero tertio. Ambroſ. à Vignat. in capitu. ſalubriter, numero 122. & ſequent. de vſur. & per hoc extat prima DD. ſententia, videlicet quòd iudex laicus de vſurarum labe minimè valeat cognoſcere etiam inter ſeculares, quemadmodum nec de hæreſis crimine, matrimonio, aut alia cauſa ſpirituali, ſed quòd ſemper de hoc cognitio ſpectet ad Iudicem eccleſiaſticum tantum, niſi eſſet quæſtio de ſolo calculo, ſuper quo tunc laicus iudex poſſet ſe intromittere. tenet hoc Bald. in l. quoties. C. de iudic. vbi Fulgo. & Iaſ. Ancharan. in clementina ſecunda, de iudi. Lapus allega. 56. Imo. & Roman. in l. Titia. ff. ſolu.

matrimo.

matrimo. Deci. in c. ſecundo, num. 24. de iudi. Gerardus ſingu. 96. ad quod allegantur multa, ut per eos, & de quibus ſupra in illo relato articulo, quæ non eſt opus recenſeri.

Quamobrem alia, & ſecunda circa hoc fuit ſententia, videlicet vt quando eſſet tractanda quæſtio iuris, vt quia partes concordarent ſuper forma contractus, tunc cognitio vſurarum ſpectet ad Iudicem eccleſiaſticum, quod ſecus eſſet vbi quæſtio facti incideret, vt quia partes diſcordarent in modo contractus, nam tunc tradunt Iudici ſeculari cognitionem de iure competi. ita Bartol. in l. Titia, vbi Alexand. ff. ſolut. matrimon. idem Bartol. in l. omni nouatione, vbi Caſtrenſ. C. de ſacroſanct. eccleſi. & in l. ſecunda. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum. & in dicta l. quoties. Alexand. conſilio nono, libro quarto, cum aliis de quibus per Felyn. in dicto capitulo cum ſit, numero primo, ubi teſtatur hanc opinionem communiter receptam, quam ſequitur Ripa in dicto capitulo ſecundo, numero 17. de iudic. Alciat. in capitulo primo, numero 53. & ſequen. de offic. ordinar. Natta conſil. 396. numero octauo. Couarr. in epito. de ſponſa. ſecunda parte, capitu. 8. §. 12. numero tertio, & ſequen. Cagnol. in l. ſecunda, numero 62. C. de pact. inter empto. & uendito. Sed quoniam hæc communis opinio non caret dubitatione, quia ut oſtendit Iaſon in dicta l. quoties, numero ſexto, differentia iſta iuris, & facti potius uerbis, quàm rebus videtur impoſita, contra l. ſecundam, C. communia de leg. Qui enim volet trahere cauſam ad eccleſiaſticum, opponet per uiam iuris. Præterea, vt dicunt Imo. & Roma. in dicta l. Titia, & corroborat Dec. in dicto capitu. ſecundo, numero 24. de iudi. cum ex facto ius oriatur, l. ſi ex plagis. §. vltimo. ff. ad leg. Aquiliam. non uidetur quod poſsit eſſe quæſtio facti quin ſit de iure, cum una ab alia ſeparari non poſsit, ſed inter ſe habeat neceſſariam, & inſeparabilem admixturam, ut tradit Fulgoſ. conſilio 134. incipient. In quæſtione circa ſi. ratione ergo connexitatis ab uno Iudice totum erit expediendum, & per iſta quoque reiici poterit opinio Geminia. dum in capitu. ſi annum. §. ſi uero, in ſi. de iudic. 6. ſentiebat ad ſolum Iudicem eccleſiaſticum cognitionem ſuper uſura ſpectare, quando negaretur contractus vſurarius: ſecus ſi abſque tali negatione ageretur ſuper vſurarum ſolutione, quia tunc opinatus fuit eſſe locum præuentioni, quæ opinio ſi diligenter inſpiciatur, eſt eadem cum ſupraſcripta.

Vnde tertia fuit orta ſententia, vt videlicet crimen iſtud vſurarum ſit mixti fori, & quod ſecularis Iudex poſsit inter laicos

cauſam

cauſam iſtam iudicare. eccleſiaſticus uero inter clericos. ita ſenſit Saly. in l. eos. §. ultimo, numero 8. C. de uſur. Gaſpar Calderi. inter conſilia Anchara. 236. incipien. Inhærendo &c. Archidiacono. in capit. quid dicam, 14. quæſtio. quarta. Barba. in dicto capitu. cum ſit generale, numero 173. & Moderni Pariſ. pertinaci & irato animo de more ſuo aduerſus Canoniſtas in tracta. de contractib. quæſtio. 10. numero 155. firmant huius criminis cognitionem non minus ad Iudicem laicum pertinere, quàm homicidij, furti, & ſimilium delictorum. ſequitur poſtmodum hoc magis ex profeſſo tractans Dida. Couarr. libro tertio var. reſolu. capit. 3. numero 1. cuius opinionibus multum arbitror tribuendum, & quem idcirco toties libenter retuli. ſequitur nouiſsimè Caccherã. deciſi. Pedemonta. 137. numero 10. Quæ opinio mihi uidetur ueriſsima, & vbique in uſu & praxi recepta, & in hac vrbe Florent. Iudices ſeculares prout Magiſtratus ille, qui præeſt legibus conſeruandis de uſuris iura dicunt, iuſque litigantibus reddunt. allegatur ad hoc capit. poſt miſerabilem, de uſur. ubi præcipitur principibus, & poteſtatibus ſecularibus compellere Iudæos ad uſurarum reſtitutionem. ex quo colligitur, quòd nedum vetitum ſit per ius Pontificium Iudicem laicum hac de cauſa cognoſcere, ut etiam ipſi permiſſum ſit de uſuris iudicare, licèt contra Iudæos, quod tamen fuiſſet prohibitum ſi cauſa haberetur merè eccleſiaſtica, prout uidemus fieri in capitu. lator, qui fil. ſint legiti. capi. tua, de ordi. cogni. capitu. ſi iudex laicus. de ſentent. excommunic. 6. capitu. ut inquiſitionis. §. prohibemus. de hæret. 6. neque iſtud probrum poteſt dici magis eccleſiaſticum quàm homicidium, furtum & ſimilia ſcelera, quæ in damnum, & iniuriam proximi perpetrantur, cum tamen illa haud ſint merè eccleſiaſtica, ſed cognoſcantur à Iudice temporali, ut clarum eſt. & ſi dicatur hoc crimen lege naturali, & diuina prohibitum, propter quod uideretur cenſeri merè ſpirituale, eadem ratione neceſſe eſt fateri tale eſſe homicidium, furtumq́, adulterium, & ſimilia, cum illa lege naturali, Diuina, Euangelica, & Pontificia ſint expreſsè prohibita, & tamen nullus dixerit illa eſſe merè eccleſiaſtica. Et demum quòd crimen iſtud vſurarum nequeat dici merè ſpirituale, colligi poteſt ex traditis tum doctè, tum eleganter per Nauar. in capit. nouit, nota. 6. Corrola. 7. de iudi. Nam ut ſcelus merè ſpirituale dici queat, oportet, ut ipſe inquit, uetitum eſſe lege ſupernaturali, uel lege tantum Pontificia, aut naturali. Supernaturali autem lege uetitum dicitur, quando crimen ſit contra ea, quæ per Deum aut eccle-

ſiam Catholicam ſupernaturaliter ſunt inducta, aut reuelata; quatenus eſt probrum hæreſos, aut ſimoniæ, & ſimilia, quæ ſcelera grauiſsima committuntur contra eccleſiæ ſacramenta, & articulos fidei. Sed tale haud eſt uſurarum crimen, quod etiam lege tantum Pontificia prohiberi falſum eſt uel naturali, quando de omne iure uetitum demonſtrauimus in Commentario primo. Sed dato quod crimen iſtud Pontificio iure fuiſſet prohiberi cœptum, quod tamen haud uerum eſt, ut iam non ſemel dixi: tamen cum per leges ſeculares poſtmodum iſta prohibitio fuerit expreſsè confirmata, non ſequitur ex hoc dici debere merè eccleſiaſticum. patet hoc in ſacrilegio olim canonibus eccleſiaſticis cœptum prohiberi, quod poſtea legibus ſecularibus fuit uetitum. Et ideo iudex laicus poteſt de illo cognoſcere, vnde id non dicitur merè ſpirituale, ſed ſecundùm quid, uidelicet ratione iniuriæ locis, rebus, aut perſonis ſacris illatæ, qua de cauſa eius cognitio ad Iudicem ſpiritualem tunc debet deferri, ita Abb. in d. capitu. cum ſit generale, & ibi communiter recipitur, numero 31. de for. competen. Modò quò ad crimen uſurarum, de quo agimus, cum illud Pontificio, ciuili, & demum omni iure non ſupernaturaliter uetitum, ſit ſequitur illud eſſe mixti fori, ut uidelicet laici coram ſeculari, & clerici coram ſpirituali Iudice puniantur, ſecundum regulam Gofred. a Panormita. relatam in dicto capitu. cum ſit generale, numero 30. Confirmatur hoc per doctrinam ipſiuſmet Cagno. in l. curabit, numero 45. C. de actio. emptio. ubi tradit laicos expedire poſſe cauſam uſurarum coram ſeculari Iudice, quando agatur de recompenſatiuis, aut de reſtauratiuis. rationem dicit, quia ille ciuili iure ſunt permiſſæ. Atque id prius uoluerat Lap. allegat. 55. columna ultima, uerſic. ſciendum. Franciſc. Purpura. in l. prima, colum. 8. C. de ſumma Trinita. Si ergo uſuræ illæ ex cauſa permiſsionis ſortiuntur forum laicum, idem ſtatuti debet ratione prohibitionis, ut contrariorum ſit eadem diſciplina atque cognitio, Inſti. de his qui ſunt ſui. Ac etiam ut operetur oppoſitum in oppoſito, quod operatur propoſitum in propoſito, de quo in l. ulti. §. vlt. ff. de lega. 3. Deci. in l. in actionibus, nu. 8. ff. de in lit. iuran.

67 Occurrit nunc alia pulchra, nec ſuperuacua quæſtio, quam pro huius libri coronide ſtatuam. Cum enim nobis opus fuerit referre quã plurium Theologorum authoritates ad huius noſtræ vſurę traditiones diſputandas firmandaſue, cumque ipſi repeꝛiantur quandoque in ea diſſentire à noſtris iuris Cæſarei, nec non

Pon-

Pontificij interpretibus. Quęritur, quibus magis ſit adhærendum, & credi debeat? & Pet. Anch. in ſua diſputa. incip. antiquis & mo dernis &c. licèt arguat prima facie uideri dicendum Theologis, necnon ſacræ Theologiæ magiſtris & profeſſoribus in hoc magis credi debere: quia ut ipſe ait, prohibitio uſurarum trahit originē à iure diuino vtriuſq; ſacræ paginæ, ut in c. quia in omnibus, & c. ſuper eo, de vſur. Vnde ſtandum eſt peritis in ea facultate, arg. c. fraternitatis, de frigid. & maleficia. c. ſignificaſti, el ij. circa prin. de homici. l. 1. ff. de vent. inſpic. l. ſemel. C. de teſt. mil. lib. 12. tamen ip ſe contrarium reſoluit, ꝙ imò in tali caſu magis ſit inhærendum opin. DD. iuris Pontificij. Mouetur ipſe, quia ſcientia canonica principaliter ad hoc tendit uidelicet interpretari ius diuinum in dubijs caſibus pertinentibus ad moralem philoſophiam, ut patet in prin. Decret. Scientia autem Theologica pertinet ad interpreta tionem iuris diuini tantum quo ad opera Dei opt. Max. & ſic ſupernaturalia, ut articulos fidei, Eccleſię ſacramēta & ſimilia, quod dicit benè probari in libro moralium B. Gregorij ſuper Iob, in illa duplici expoſitione ueteris & noui Teſtamenti. unde ſubdit ipſe ꝙ ſæpe uidit Theologos reſpondentes ſuper dubijs quæ occurrunt etiam in iure diuino, ſed ſuper caſibus ad moralem philoſophiam pertinentibus, prout ſunt uſuræ, decimæ, teſtamenta, matrimonia & ſimilia, errare: quamobrem periculoſum eſſet illis in hoc affirmantibus, uel negantibus credere. refert & corroborat Alex. conſ. 1. nu. 34. & ſeq. lib. 2. quod etiam ab eo repetitum fuit, conſ. 107. nu. 14. eo. lib. ſequitur Ana. in c. in ciuitate, col. 4. de vſur. Guliel. Bont. in ſuo tract. de uſur. nu. 14. latè Deci. conſ. 111. num. 3. quod etiam alibi repetijt, & faciunt quę dicuntur ſupra in præcedenti articulo, & quæ traduntur per Roma. ſing. 685. incip. Dicas quæ autoritas. Tiraq. in tract. Primigen. q. 60. nu. 5. Atq; ex Theologis ipſis fatentur hoc Sylueſt. in ſum. uerſ. uſura, 1. in prin. Soto lib. 6. de iuſt. & iure. q. 1. art. 1. col. 4.

Ioannis Baptiſtæ Lupi Geminiani I. C. de Vſuris & Commercijs illicitis Commentariorum finis.

REGISTRVM.

a b A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V.

Omnes ſunt Quaterniones.

S ANDREAS ROMÆ

Digitized by Google